

Ételle. O.

~~237.~~

3


Eletir. O.

237.


3.








Em: Jan. 10



SUCCINCTA
MEDICORVM
HVNGARIAE
ET
TRANSILVANIAE
BIOGRAPHIA.



CENTVRIA TERTIA.

DECAS I. ET II.

EXCERPTA

EX ADVERSARIIS

STEPHANI WESZPREMI,
MED. DOCTORIS,

LIB. REGIAEQVE CIVITATIS DEBRECINENSIS PHYSICI
ORDINARII,

SOCIETATIS LIPSICAE SCIENTIARVM IABLONOVIANAE
SOCII.

TOMVS IV.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.

Dido apud Virgil. Aeneid, Lib. IV:

VIENNAE,

TYPIS IO. THOM. NOB. DE TRATTNERN,
CAES. REG. TYPOGR. ET BIBLIOPOLAE.

1 7 8 7.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA

ILLVSTRISSIMO AC MAGNIFICO
V I R O
D. A N T O N I O
LIB. BAR. DE STÖRCK
DOMINO IN JETELSEE,

AVGVSTISSIM. ROM. IMPERAT. A
CONSILIIIS, ARCHIATRORVM COMITI,
INCL. FACVLT. MEDIC. VINDOBON,
PRAESIDI, ET DIRECTORI PERPETVO,
PER VNIVERSAS DITIONIS AVSTRIA-
CAE PROVINCIAS PROTO - MEDICO,
SOCIETAT. FLORENTIN. EDIMBVRG.
ACADEM. SCIENT. NEAPOLIT. SIEN.
ACADEM. PRINCIP. HASS. INSTITVT.
BONON. ET. ACADEM. S. ROM. IMP.
NAT. CVRIOSORVM MITHRIDATI II.
DEGLI AGIATI DI ROVEREDO
MEMBRO ; etc. etc.



*V*ovus Medicorum Hungariae et
Transilvaniae Chorus e tenebrarum
latibulis solutus TVVM, Illustris-

) (2 sime

*sime Liber Baro, nunc denuo ad-
ducitur in conspectum, multo squal-
lore obsitus; TVAMhorum quoque
Manes submissa voce supplices me
interp̄ete efflagitant opem benignis-
simam, effice, ut munere TVO
ad*

MAGY. AKADEMIA
KÖNYVTÁRA

*ad vitam hanc rursus reuocentur ;
fiet ita, non vano promittimus augu-
rio, ut TVAS illi gratae mentis
cultu ac pietate concinant laudes in
sempiternum una cum subsecutura
uniuersae gentis Hungariae posteritate.*



*Ego vero me totum studiaque mea
in posterumquoque TIBI commendo.
Debrecini ad d. XV. Kal. Mart. An.
O. R. CI D I O C C L X X V I .*

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

cultor deuotissimus,

STEPHANVS WESZPREMI,

Med. Doct. m. f.

CARMEN ADGRATVLATORIVM

Ad Clarissimum Biographiae Medicorum Hungariae et Transilv. Auctorem, dum Is, IV. Operum suorum Tomum ederet. Scripsit Ioannes Chryf. Hannulik, e Scholis Piis, Historiae, Matheſeos ac Philosophiae Professor emeritus, Collegii Romani inter Arcades Seralbus Erimanticus, et Societatum Haffo-Homburgensis, ac cett. Sodalis.

Post tot iam curas, post taedia multa laborum,

Sub viridi lauro, STEPHANE,
pone caput.

Sponte tibi nexae serpent in tempora frondes,

Plurima cum Libris fit data palma tuis.

Haec laus longinquas nomen vulgavit in oras,

Atque illud doctis Coetibus inseruit.

Dignus es, vt frondens tua tempora laurus obumbret,

Dignus, quem late Gloria veſtet equis.

X 4

Nam

Nam simul et succis animas a morte
reducis,
Quas iam pene Charon trans
vada lintre tulit:
Et quos aeternae damnarunt funera
nocti,
Doctos, Hercle! Viros eripis
e tenebris.
Vtraque laus primum tibi concilia-
vit honorem,
Dignus laurigerum ferre ab vtra-
que decus.
Et si vtriusque artem Pater inspira-
vit Apollo,
Ille libens gemino necet honore
caput.
Cede, datis igitur possim superad-
dere lauris
Istas, perdurent quae sine fine,
notas!
Regia doctrinae qui Numum prae-
mia caepit,
Pro studio has lauros dona Heli-
conis habet.

Con-

Confortes ergo studii, bona turba,
Medentes,
Ante oculos stimulum ponite
tale decus.

Magno-Karolini ad d. 28.
Dec. An. 1786.

*Epigramma gratulatorium ad
Eundem.*

Cedite per liquidum volitantes aëra
Galli!

Nescio, quid maius Pannonis
ora parat.

Aetherias tentare domos quae va-
na voluptas?

Hungarus en cineres bustaque
peruolitat.

Et Manes medicos dias in luminis
oras

Profert, vt volitent docta per
ora Virum.

)C 5

Quid?

Quid? quod eos secum sublimia
tollit ad Astra,
Dum Vobis Nubes vix tetigisse
datur.

Non illi Chymica, Medici licet,
arte, Globique
Turbine, sed *Pennae* rite ferun-
tur ope.

Vos duo tresue simul superas pene-
tratis ad arces,
Hic fert centenos singula Rheda
Viros.

Illaque Tertia iam terras en linquere
gestit,
VESZPREMI, Pennis nempe le-
vata Tuis.

Vestra Cohors superis vane specu-
latur in oris,
Quid cedro dignum rettulit inde
suis?

Hi Veterum variis Patriam ditant
Monumentis,
Hi spargunt Nummos, factaque
prisca canunt.

Vos

Vos saepe Icariam cogit fors ludere
scenam,

Namque Globum tenuis fertque
fouetque vapor.

Ast hos de solido fabricatus *Codice*
currus

Diuite materia sustinuisse valet.
Immo ad linguos deferre orbis-
que futuros,

Anglica dum vobis littora adire
fat est.

O vecta Icariis longe potioribus alis
Classis! Tvque nouae NAVTA
Tiremis, Ave!

Ituri in terras alio sub sole calentes,
Me quoque laurigero iungite,
quaeso, Choro.

Vltima transtra vacant, sedeam!
comitabor euntes

Carmine, ne totum me mea tum-
ba premat.

Cortice Carmen erit leuius, mihi
credite, nostrum:

Acce-

Accedam aetheriae sarcina par-
va rati.

Ad. d. 13. Febr. An. 1787.

Franciscus Hunyadi, V. D.
Praeco Debrécius.

Aliud ad Eundem.

Praeses Apollo videns, nullo, vt
Libitina, vetante,
Pannoniae Medicos contumula-
ret humo:

Iussit eos coeli celsa regione locare
WESZPREMIO, et tantos tollere
ad astra Viros.

Ille sui calami virtute repagula
mortis

Vincit, adit stygias Orpheus al-
ter aquas. (bris

Ad superas imis auras educit ab um-
Hos, sibi qui structos iam subiere
rogos.

Tum cingens ferto doctam diade-
mate frontem,

Hoc maētavit eum laetus honore
Pater.

Felices Medicos! qui TE inuenere
Parentem, (trem.
Viues in Natis, qui genuere Pa-
Quo vita antistat morti, hoc tua glo-
ria maior,
Gloria vix est, quae sanguine
parta fuit.

Debrecini IV. Non. Mart.

CIDCCCLXXXVII.

Andreas Ormós,
Philolog. Sac. Prof.

Aliud.

WESZPREMI! Elysiis pridem do-
minaris in aruis,
Quaeris et in Lethe quot lateant
Medici.
Exi, et desistas Medicos animare
sepultos,
Si plures reuocas, non capit
Hungaria.

An. 1787. d. 12. April.

Georgius Szigeti,
V. D. Minister
in M. Pérts.

Quin-

Quintum ad Eundem.

Inter tot Medicos vtinam vnus surgat
Homerus,

Et de Te doctam concinat Iliada!
Qui, si laudauit Plutonia regna re-
plentes,

Tolleret ad coelos euacuantis opem.
Stephane Weſzpremi! de Te loquor,
vt Medicorum

Hungaricae Terrae viuificante Deo.
Qui ex buſtis reparas Phoenices ex ni-
hilo res,

Tumba licet tumeat, trux Libitina
gemat.

Namque Tomum ex tumulo quartum
profers Medicorum,

Ars Tua theſauros arcet habere
ſitum.

Quatuor ante Tuas vexere ad fidera
currus

Laudes, altius has quo rota quinta
veham?

Laudatum laudem? non auget riuulus
aequor,

Nobile, Veſter erit quintus Homerus,
Opus.

Quod Te laudabit vere doctiſſime
Doctor!

Vt

Vt fere fructus agros, artificemque
labor.

Vindobonae ad d. 26 Iunii
an. 787.

Samuel András,
Medic. Can-
didatus.

Poeonia fertur. manes reuocasse fe-
pultos
Arte Coronides, diis indignantibus
olim,
Et sua bis non iam mortalis fata nouasse.
Faucibus ex atri multos dum vindicat
orci
Ars tua, nobilior quanto est, clarissi-
me Doctor,
Poeonibus patriae reduces qua tradere
vitas,
Tempora perpetuans aeuo sine fine
perenni, (bori:
Gnauiter instituis, coelo adspirante la-
Debetur tanto maior Tibi gloria, cunctis
Prae Medicisque TVVM viuet per se-
cula nomen.

S. Nemeti, P. E. M. & V
T. K. P. S.

ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΝ.

Ὡς λογὸς ἐν Θηῆτοισιν ἔην μαλὰ πολλὰ παλαίσις,
Νεκρὰ Κορωνεΐδης εἰς σώματ' ἀνήγαγε Φόξας·
Ἄλλὰ Θεοὶ μακάρες Φθονέον, καὶ περὶ κεραύνῃς,
Αἶτον ἀναιρέμενοι ψυχῆν αἰδοὶ προΐψαν,
Ὅτ' ἐγνώ βροβίος τὸν ἐὸν μέρος ἐξυγιάσθαι.

Πότνι' Ἀνὴρ ὅσσον τεχνὴ προφέρειεῖρα σεῖο
ΠΑΪΟΣΙΝ, ἢ Θνητὸς μέροκας τῆς πατρίδος αἰης,
Ἐἰς αἰῶνα διδῶς πολυήρατον ἀνθι βιώναι·
Τοσσὸν σεῖο κλέος προφέρει ὑπὲρ ὄντας ἰατρὸς
Τενομα μὲν καὶ κῦδος ἐς ἡμάτα πάντα βιώσει.

S. Batori, C. R.
D. C. S.

SVC-



SUCCINCTA MEDICORUM
HVNGARIAE ET TRANSILVANIAE
BIOGRAPHIA.

ARTICVLVS I.



De AMELIA (THOMAS) Artium et Medicinae Doctor, quem Ioannis de Kanyfa Archiepiscopi Strigoniensis circa annum 1398. fuisse Medicum, genuinum Instrumentum litterarium a Clar. Pray Specim. Hierarch. Hung. Part. I. pag. 48. excitatum luculenter testatur: Eum natione fuisse Italum, cognominis vocabulum, manifesto monstrat indicio. Plures omnino ex Italia aevo antiquiori in Hungariam nostram lucrandi panis gratia irrupisse Medicos Italos, multis in opere hoc nostro Biographico passim demonstratum dedimus experimentis, tales magno fuere numero: Draco, Magister Perctholdus, Iacobus a Placentia, Welzpr. P. III. A vel

vel *Longobardus*, Caroli I. Chirurgus, mox ad Episcopum Chanadiensem, deinde Zagrabensem sublimatus, *Iulius Milus*, *Franciscus Fontana*, *Philippus Valor*, *Martius Galeotus*, *Magister Sebastianus*, *Magister Hieronymus*, Medici Coruiniani; *Iacobus Manardus*, *Antonius Gazius*, *Franciscus Stancarus*, *Valerius David*, *Georgius Blandrata*, *Marcellus Squarcialupus*, sed *Benedictus ab Italia* Caroli Roberti Chirurgus fuerat praecipuis commemorandus, quem ubi labenti tempore Ludouicus I. Episcopum Nitriensem constituisset, fortuna fratris illecti *Nicolaus* et *Bartholomaeus* in Hungariam aduolarunt, acceptique sunt a Ludouico non benigne minus quam liberaliter, quippe quos, teste Cl. Mathia Belio in Notitia Comitatus Trenchiniensis Mfcta, insigni vico *Déménd*, qui apud Hontenses superat, donauit, a quo illi, postea de *Déménd*, atque eorum posterius *Déméndy* appellati sunt. Vt vero crescente tempore commodius vitam agerent in Hungaria, pagum quoque agri Trenchiniensis *Prawotitz* aliter *Prawota*, et in priscis diplomatibus *Prawo* vel *Pra-ta*, dictum hereditario iure a Ludouico I. acceperunt. Horum gregi non cessabimus alios quoque inpraesentiarum adsociare Medicos, Italica gente prognatos, et in Hungaria nostra diuersatos:

I. *Valentinus Polidamus*, vir Italico genere satus, Medicinae scientia et studio poetico inclauit; in Hungariam adulto Seculo XVI. ingressus, pluribus annis non modo medicinam in oris his nostris factitauit; sed ad Historiam quoque

que Hungariae conscribendam animum adiecit, eamque singularibus illustrauit speciminibus. Et hoc quidem tanto commemoramus lubentius, quod a nullo, quantum equidem sciam, Rerum Hungaricarum scriptore Opusculorum Polidamianorum, res Hungariae illustrantium, mentionem aliquam vniquam factam fuisse nouerim. Relicta patriae nostrae tellure, Craccouiam transpedauit, et vrbis illius Episcopo, Regnique Poloniae Cancellario, Petro Tomicio, duo obtulit opuscula itanno Cracouiensi publicanda, quibus tales in fronte adiecit inscriptiones:

a.) Contenta in hoc Libro: De Laude Medicinae *Valentini Polidami Elegia*. Eiusdem *Declamatio in Laudem Medicinae*. *Erasmi Roterodami Declamatio in Laudem Medicinae*. *Valentini Polidami Elegia et Concio de Natali Iesu*. *Erasmi Roterodami Concio de puero Iesu*. *Valentini Polidami Elegia de Chriſtiana Resurrectione*. Eiusdem *Exordium de Chronica Regum Hungariae*. Cracouiae per Matthiam Scharffenberg. an. 1532. in 4.

b.) Haec sunt: Quae continentur in hoc Libro. Per Valentinum Polidamum. *Querela communis populi de pace ad Chriſtianos principes contra ethnicos*. Et *Erasmi Roterodami Querela de pace, utraque elegantissimo stylo condita Lectori patebit*. „ Valentini Polidami Liber Sextus ex noua et „ nondum in lucem data Chronica Hungarorum „ excerptus, quam tali elegantia scripsit, quali „ inter Chriſtianos paucissimi auctores propter „ rudis ingenii, insensitiae, arrogantiae, superbiae que dominatum scripserunt aliquando hisia-

4 BIOGRAPHIA MEDICORVM.

„rias alicuius gentis, vel regni, vel illustrium
„Virorum. Tota autem Chronica Hungariae vs-
„que ad tempora nostra icripta, et exornata est
„concionibus, et epitaphiis, et additionibus se-
„cundum res gestas Regum.“ *Item venusto ac
delectabili stylo, veterumque elegantiarum multa cura
Bohemorum Chronica componitur vsque ad tempora
nostra. In Regia Vrbe Cracouiensi Mathias Scharf-
fenberg impressit anno ab orbe redempto 1534. in 8.
maiori. Non perderet operam typhotheta, qui
indicata haec rerum Hungaricarum fragmenta, in
Bibliotheca Polonorum Zalusciana custodita in
lucem denuo reuocaret publicam.*

II. *Episcopus Casertanus*; dum aliquamdiu tu-
tandae Mathiae Coruini Regis sanitati inuigilaf-
set, Neapolim reuerti cupientem Rex noster Lit-
teris testimonialibus munitum ob medendi potif-
simum peritiam Regi Siciliae de meliori nota com-
mendat. Leguntur illae inter Epistolas Mathiae
Coruini Cassouiae an. 1743. in 8. editas, num.
XXXVII. hunc in modum: *Serenissime Princeps,
Pater noster charissime. Reuerendus Pater D. Epi-
scopus Casertanus praesentium ostensor, quem Nos pro
cura aegritudinis nostrae apud Nos retinueramus, pe-
tiuit Nos, vt liceret ei, cum bona gratia in Patriam
reuertere, quem Nos reuertentem in Patriam, Maiestati
Vestrae commendamus tanquam Virum probum, et arte
sua Medica, quam profitetur, peritum et expertum,
rogantes, vt velit eum Maiestas Vestra habere com-
mendatum propter Nos taliter, vt ipse sentiat commen-
dationem nostram sibi apud Maiestatem Vestram profu-
isse, tum etiam in dicendo dignetur Maiestas Vestra*

ei fidem adhibere, quam bene valere optamus. Quis illa tempestate Episcopus Casertanus, et quo nomine fuerit adpellatus, cognouimus ex Ferd. Vghelli, Florentini, Italiae Sacrae Venet. an. 1720. in fol. editae Tom. VI. vbi fol. 580. in serie Episcoporum Casertanorum Num. 27. haec de illo leguntur: Ioannes de Leonibus de Galluccio Capuanus, Medicus Clarissimus Ferdinandi Regis Siciliae, Hierusalem et Hungariae Vir doctus et facundus an. 1476. d. 10. Iul. ad Ecclesiam Casertanam, defuncto Ciccho praesule promotus, et inde mox an. 1493. d. 23. Aug. ad Ecclesiam Aquilanam translatus.

III. *Magister Thaddaens, Physicus Apostolicus, seu Pontificis Romani Archiater. Eum in Hungaria aliquamdiu versatum fuisse, et in Domino Iohannis Hunyadi Coruini, Gubernatoris Hungariae, artis suae salutaris exhibuisse specimina patet euidenter ex litteris ipsiusmet Iohannis Hunyadi ad Thaddaeum exaratis, apud Schwandtner. Scriptor Rer Hung. Tom. II pag. 25. vbi Ioh. Hunyadi sic: Iam pridem cognita nobis humanitatis Vestrae affectio commodi non parum attulit, ad futuraque fiduciam praestat, ut postcuram, quam Domui Nostrae amicitia Vestra fideliter impendit (curauerat enim aliquos infirmos) honorem etiam nostrum et pacem securius Vestrae directioni committamus &c. &c. Fit praeterea Magistri Thaddaei Physici huius mentio in Epistola III. Iohannis Hunyadi, Waiwodae Transilvani, ad Eugenium IV. Pontificem Romanum ad d. 20. Febr. an. 1446. scripta, apud Schwandtner. Scriptor. Rer. Hungar. Tom. II. pag 22. Extat por-*

ro etiam ad eundem M. Thaddaeum Physicum Apostolicum Iohannis Episcopi Waradiensis Epistola, Waradino die 22. Iul. an. 1450. data, quae apud laudatum Schwandtner. *l. c. pag. 101.* legitur.

IV. *Bertholdus*, Italiae originis Medicus, Caroli Roberti Physicus, cui Regem Villam quampiam *Iste* vocatam, in Comitatu Pofoniensi sitam, donauisse, eamque singularibus cumulauisse priuilegiis, ex Instrumento autographo, in Tabulario illustris familiae Berzeuicianaee custodito, fuimus edocti.

V. *Petrus Raymundus Amadonus* Italicae etiam, vt putatur, profapiae Doctor Medicinae clarissimus, bellum Hungaricum an. 1556. contra Turcos gestum, cui interfuit, litteris mandauit. Haec de eo *Abrahamus Baksay* in *Chronologia Regum Hungariae*, Bonfinii editionibus adsuta. „Ferdinandus Dux Austriae, Ferdinandi Regis filius, validissimis copiis contractis in Hungariam descendit, hostem aggreditur, et cum immortali praeclarae victoriae monumento reprimi. De his clarissimus D. Petrus Raymundus Amadonus, Medicinae Doctor, in ea expeditione physicus.“

VI. *Martinus Gramelius*. Celebrem hunc eumque pecuniosum, in exordio Seculi XVII. in Hungaria existisse Medicum, ex Documentis litterariis, in Ven. Cap. Strigoniensi delitescentibus, nobis innotuerunt, eorum non nisi Indicem totidem verbis exscriptum vice hac communicaturi: Anno 1610. *Stanislaus Thurzo*, Comes Comitatus *Scepusiensis*, a Martino Gramelio Medici-

Medicinae Doctore erga obligationem bonorum suorum mutuo leuat florenos mille. Item anno 1611. idem Stanislaus Thurzo 15 colonos sessionatos in possessione Farkashida Comitatu Posoniensi degentes in casu non depositionis intra unius anni reuolutionem florenorum mille mutui nomine leuatorum Martino Gramelio Medicinae Doctore obligat. Item anno 1612. idem Martinus Gramelius Stanislaum Thurzo super restitutis florenis mille, alias mutui nomine leuatis quietum facit.

VII. *Franciscus de Strigonio*. Ex ea Latino rum siue Italorum ciuitate Strigoniensi ortum suum duxisse non obscuro colligimus indicio, cuius Sigilli perigraphen Biographiae Centur. II. Part. I. art. 38. hanc fuisse docuimus: *Sigillum Latinorum ciuitatis Strigoniensis*. Artium Liberalium et Medicinae Doctore huic Francisco an. 1563. Nicolaum Olahum Archiepiscopum Strigoniensem, Custodiatum, seu officium Custodis in Ecclesia Alba-Regalensi, quod florentibus Hungariae rebus opimum erat beneficium, liberaliter contulisse, Clar. *Caroli Wagneri* Instrumentum apographum, perbenigne nobis indicatum, clarissime euincit.

VIII. *Nicolaus Buccella*, Chirurgiae et Medicinae Doctore Patavinus, Anabaptistarum Sectae addictus. In patrio solo a Natione Germanica priuatim primum, mox an. 1573. publice quoque ad anatomiam demonstrandam adhibitum fuisse, deinde in Poloniam accitum, Stephani Batori Regis archiatrum se gessisse, atque de illius *santitate, vita medica, aegritudine, et morte*, Libellum

eristicum *contra Simonem Simonium* Cracouiae an. 1588. in 4. vulgauisse, et nouissime an. 1610. in aula regia vitam finiuisse cognouimus. Eum in Hungariam quoque ad curandos non nullos regni Primores subinde excurrisse *Ioannes Bocarius*, Laureatus Caesareus Poeta Hungarus, Scholae Cassouiensis Rector, Libro II. Hungaridum, Bartf. e an. 1599. in 8. editarum pag. 203. seq. commeminit: dum Illustriss. nostrae gentis Comitum Forgachium, eiusque familiares domi suae curare inciperet, ita in Epigrammate suo, de Laude Medicinae ex Eccles. 18. *Honora Medicum &c. &c.* conscriptae, adloquitur:

Credere s; Graecis fas est, Epidaurius ipso

Aesclepias Phoebus dicitur esse fatus. &c. &c.

Et pia Siracidae Medicos quia scita celebres

Suspiceve, et magna tollere laude iubent.

Forgachiana Domus monitis his applicat aures,

Vult Medicos certus porro sequatur honos.

Clara Machaoniis pater artibus, inclite Doctor,

Qui de Bucella nomina stirpe trahis.

Huc te Sarmaticis nuper deuexit ab oris,

Corpora quo fidei crederet aegra tuae.

Quae, precor, vt releues feliciter: arte reseruas,

Vt posthac semper membra valere queant.

O! Bucella, tuam, celeberrime, grandibus artem

Ad coelum vates laudibus vsque feram.

Hippocrates alter, Podalirius alter, Apollo

Alter eris noster tempus in omne solo.

Sed Venerande Senex, quoniam tibi tempore nostro

Non habeat Medicum Sarmatis ora parem,

Quod

*Quod Stephanus Rex Bathorea de stirpe professor,
Quando tibi corpus crederet ipse suum.*

*Quum quoque mortalis tu sis; pia Numina poscam;
Dent, superes Pylum Nestora in orbe senex.*

IX. *Andreas Curtius*, Medicus gente aequae Italus, laudati Bucellae collega, in oris Hungaricis prope Tokainum medicinam factitauisse, idem *Ioh. Bocatius* Libro II. Hungaridum pag. 205. testatur eo epigrammate, quod *Clar. ac Exc. V. D. Andr. Curtio* Medicinae Doctori inscripsit:

*Tu quoque praestantis saluae collega Bucellae,
Hungaris absentem quem dolet esse Virum.*

*Bodrocides Nymphae testantur et vnda Tibisci,
Moenia Pannonibus qua Tokaina iacent.*

*Iam tamen accito tibi Magnas paret in aula
Fergacia Dominus gentis, amorque domus.*

*Clave Machaonii flos et noua gloria coetus,
Fac sint Patrono prospera membra meo.*

*Cura, quae Patrem, Natumque potentibus herbis,
Paeoniis fiat sospes uterque cibus.*

*Ars tua Parcarum Domitrix protollere mortem
Saepe potest vires, suppeditante Deo.*

*Vt rata sint, Curti, medicamina, et aegra triumphent
Corpora, deprecam supplice voce Deum.*

X. *Bartholomaeus Montagna*, Patauius, Mathiae Coruini Physicus, cui *Ianus Pannonius* noster, operum editionis Budensis an. 1754. in 8. pag. 307. tale posuit epitaphium:

*Qui fueras medicae Doctor celeberrimus artis;
Hoc situs in tumulo Bartholomaeae jaces.*

*Credo te stygias mundo inuidisse Sorores
Miyatas raras Tartara ad ima trahi.*

Quippe incredibiles poterat depellere morbos

Et vitae exanimis reddere paene viros.

At licet exstinctus sis corpore, nomine viuis,

Nam longe Ausonio clarus in orbe vives.

XI. Erhardus Placerus, Med. Doctor, Placentia oriundus; quem amicum suum Ioannes Bocatius Hungaridum Libro II. pag. 184. tali cohonestauit carmine:

Quod miseris placeas aegrotis nomine solo,

Nomine reque ipsa, clare Placere places.

Multa avis est Medicus, quem nauseat omnis, inertes

Difficilesque nimis nemo probare solet.

Clare Placere vale, te docta Placentia faxit

Porro placere solo, porro placere polo.

XII. Ioannes Pedemontanus, Medicus natione Italus, qui Stephano Bathorio, Principi Transilvaniae, antequam Rex Poloniae salutareretur, ministravit in Transilvania; ob id a notissimo Andrea Dudithio commemoratus, quod eum diuturnos et pertinacissimos quosdam morbos sola, eaque crebra Antimonii crudi exhibitione, incassum tentatis aliis remediis, felicissime ad miraculum curauisse ipse viderit. Vid. Craton. Epist. Medicinal. Lib. VI. epist. XVII. pag. 562. edit. Francof. an. 1671. in 8.

Sed mittamus hos Italicae prosapiae Medicos, totidem tere Hungariae sanguisugas, quos singulos tere ordini ecclesiastico adscriptos fuisse comperimus: vnde clarissime perspicitur, quantopere Medicorum veri nominis latifundia ciues isti sanctioris Reipublicae ab antiquissimis inde tempo-

temporibus in Hungaria quoque nostra ad medium vsque seculum XVI. et vltra, luculentis Medicorum statim a nobis recessitorum exemplis, occuparint, possederint, vastarint; nihil in re tam ardua, reipublicae ciuili noxia, Clero vero maximopere vtili, tot tantorumque SS. Patrum, Pontificum, Synodorum, atque Conciliorum oecumenicorum consiliis, statutis, interdictis, decretis, poenarum interminationibus, hic quidquam iuuantibus; prouti haec nos vbertim Biographiae n. Centur. II. Part. I. Artic. 40. iam edideruisse probe recordamur. Eo Clerum Regni nostri etiam processisse impudentiae nouimus, v^t praeter Medicinam pharmaceuticam, etiam chirurgicam turpis lucri caussa exercere haudquaquam erubuerit, vt id facile elicere cuique licebit e Canone IX. Synodi Budensis, a Philippo Sedis Apostolicae Legato anno 1279. celebratae; apud Carolum Pèterfy in Concil. Hungar. Part. I. pag. 108. *nec illam partem cerugiae (chirurgiae) exerceat Clericus, quae ad Vstionem vel incisionem inducit.* Plures omnino hac eadem, de qua nunc nobis sermo est, seculi XIII. aetate peritos in Hungaria exstitisse Medicos, Chirurgiae studio deditos, e Diplomate *Ladislai Cumani* an. 1374. signato, liberali eruditissimi *Danielis Cornides*, patrii Historici, manu nobis subministrato, manifeste colligitur, cuius sequentem non pigebit exscribere pericopen: *Cum per insultum Teutonicorum Castrum Iauinense captum*

captum esset, et ad obsidendum ipsum castrum quosdam particulares exercitus misissemus, idem Comes Iacobus, Filius Iacobi una cum Iwachyxo Magistro Tavernicorum nostrorum Comite Pofoniensi et de Plys, contra Teutonicos memoratos laudabiliter dimicando, et quosdam ex ipsis lancea deiciendo, lethalia recepit vulnera, de quibus vulneribus vix per curam expertorum Medicorum per spatium longi temporis exstitit resanatus. etc. Ad refrenandam Cleri medicinam exercentis, licentiam, id quoque pertinere existimauerim, cur Sigismundus Imperator et Rex Hungariae Viros ecclesiasticos, artem medicam professos, peculiari vestitus indicio se se ab aliis sacri ordinis hominibus discriminari debere, Edicto publico sanxerit. Verba Edicti sermone germanico concepti, atque retenta illius aetatis orthographia a Melchiore Goldasto vulgati, haec sunt Cap. XI. *Es (das Kleid des Doctoris in der Kunst Physica) soll lang seyn piz auff die Erden ordentlich als Priester Kleyd, das bezeychnet geistlichen Stat; Es soll auch weyt Ermel haben gefutert mit einer andern Farb, bezeychnet weltlichen Stat.* Ita haec leguntur apud laudatum Goldastum in suo *Reichs-Satzung des heiligen Romischen Reichs*. Part. II. pag. 132. Plurimum interim Sigismundum Regem nostrum ecclesiastici ordinis Medicos fouisse, solo *Seyfridi de Senberg*, Physici sui Regii, vice hac sufficiat demonstrauisse exemplo, quem opimo Cantoratus et Praebendae in Ecclesia Wratislaviensi cumulauit beneficio, testante epistolari Codice membranaceo, tempore Sigismundi Imp. folii magnitudine exarato, variasque

que Stili Cancellariae formulas complexo. In Codice hoc pag. 79. quem Exc. Comes *Ignatius Battyani*, Transilvaniae Episcopus, possidet, recitantur Sigismundi Litterae an. 1423. conscriptae, quibus, *Honorabilem Magistrum Seyfridum de Senberg, Doctorem in Medicinis corporis nostri.*
 - - - - ad Cantoratam et Praebendam *Wratislaviensem* commendat. Liceat nouissime id quoque iam addere; Reges nostros nonnunquam Medicorum, e gente recutita ortorum, in tuenda sua sanitate etiam vsos fuisse opera, *Zachariam, Iudaeum Pofoniensem*, Budam euocatum, *Wladislao II. Regi* et Primoribus Aulae, arte sua medica non nihil profuisse, Litterae fidei publicae, in Archiuo Ciuitatis Pofoniensis sine labe adseruatae, fidele exhibent testimonium; iuuabit forte in has quoque chartas inscribere illas integras;
 „ *Prudentibus et Circumspectis Iudici et Iuratis, ceterisque Ciuitatis Pofoniensis ciuibus iussu regio*
 „ *exaratas. Prudentes ac Circumspecti Amici nobis*
 „ *dilecti! Quia is Iudaeus de Pofonio nomine Zacharias,* quem nos ex voluntate Regiae Maie-
 „ *statis Domini nostri gratiosissimi huc Budam*
 „ *vocari fecimus, tum Regiae Maiestati, tum nobis et vestris amicitiiis non nulla seruitia sua iuxta*
 „ *suae scientiae exigentiam exhibuit, et exhibet etiam*
 „ *in posterum. Qui velit tali praerogatiua spec-*
 „ *ali uti et gaudere, ut ipse a deportatione capucii,* quod vulgariter cuclya vocatur, instar
 „ *aliorum Iudaeorum liber et exemptus haberetur,* proinde petimus vestras amicitias praesentibus, quatenus, nostri contemplatione,
 „ *ipsum*

„ ipsum *Zachariam Medicum* a deportatione capu-
 „ cii liberum pariter ac exemptum habere velitis,
 „ et dum opus fuerit, contra alios in hac re de-
 „ fendere velitis, nam non latet vestras amici-
 „ tias, quod in negotiis vestris; dum opus
 „ fuit, non defuimus, neque de cetero deesse
 „ volumus. Datum Budae Feria sexta inter o-
 „ ctavas Festi visitationis Mariae 1511.

Moyses Buzlay de Gergellaka,
 Magister Curiae Regiae
 Maiestatis et Comes.

Eiusdem fere aetatis cum *Zacharia* Iudaeo
 fuit Medicinae Doctor *Nicolaus* quoque de *Bez-*
ded, Hungarus nobili stemmate natus; plurium
 portionum possessionariarum, vt nostri vocant
 Iurisperiti, in Comitatibus Bereghienfi et Vgo-
 chensî Herus. Multas illi propter Bona haec,
 quae possidebat, cum vicinis Familiis interces-
 sisse contentiones ac vitilitigia, Litterae annis
 1515 — 1520. signatae, non unae atque alterae,
 viua gestarum inibi rerum monumenta, in littera-
 riis Conuentus Lelesziensis Scriniis adseruata te-
 stantur. Iam claudat agmen *Franciscus Ioannes*
Capodilista, quem circa an. 1437. Medicum ex-
 stitisse in Hungaria non incelebrem constat ex
Ludouici Antonii Muratorii de scriptoribus Rerum
Italicarum Tomo XXII. quo inter cetera produ-
 cit Vitas Ducum Venetorum italice scriptas ab
 origine Urbis, siue ab anno MCCCCXXI. vsque
 ad annum MCCCCXCIII. Authore Marino Sa-
 nuto Leonardi Filio, Patricio Veneto, pag. 1050.
 ita habetur:

„ A

„ A di 22. del suddetto mese di Dicembre
 „ s' ebbero lettere di *Don Francesco Capodilista*,
 „ *Dottore dall' Ungheria* de 9. del presente mese,
 „ come l' Imperadore Sigismundo Re d' Un-
 „ gheria era morto di malattia incurabile.

Et post pauca interiecta verba, eadem pa-
 gina: „ A 29. s' ebbero lettere da *Don Giovanni*
 „ *Capodilista Dottore dall' Ungheria* d' 18. come
 „ pe' Baroni era stato eletto Re d' Ungheria il
 „ Duca Alberto d' Austria, che fu genero del
 „ Re morto. Si tiene etiam, ch' egli fara eletto
 „ Re di Boemia. La quale elezione piacque
 „ molto a questa terra, parendole essere buona
 „ nuova. “ Sed aliorum curae nostrae iam sunt
 auocandas.

ARTICVLVS II.

A P A T I (Nicolaus) Patricius Debrecinen-
 sis, patre cognomine Nicolao M. Apatio, ho-
 noratiore ciue, mox scriba, et tandem Urbis
 eiusdem annis XII. Senatore consultissimo, in
 exilio extra patriam mortuo, qui Clar. Petri
 Melii Iuhácz, Ecclesiastis huiatis, et celebris
 aetate sua Botanici fuit ex matre nepos, die 4.
 Ianuarii an. 1662. progenitus est. Positis in pa-
 tria Schola primis litterarum fundamentis, id
 labenti tempore prouida Parentum cura effectum
 est, vt an. 1681. studiosorum togatorum coetui
 vna cum aliis XXVI. commilitonibus suis adgre-
 garetur, elapso biennio Quintariorum, et anno
 sequenti Quartariorum, vt hodieum vocitantur,
 clas-

classi informandae praefectus est; tantum in altioribus quoque studiis, quae ab humanitate denominantur, celebribus id temporis Lycaei humanitatis Rectoribus, Georgio Martonfalvi S. Theologiae Doctore, et sacrarum litterarum interprete, Martino Sylvano Philosophiae et linguarum Hebraicae et Graecae; nec non Paulo Lisznyai S. Chronologiae, Geographiae et Controuersiarum Biblicarum et Logices Professoribus viam prae-euntibus, profecisse censebatur, vt an. 1685. die 8. Iun. aetatis suae vicesimo quarto, studiorum amoenitates quaesiturus, in iter se dare potuerit Academicum: per fines Germaniae vtriusque peregrinatus, Franequerae Frisiorum aliquamdiu substitit, et mox Lugdunum Batauorum delatus in Album vniuersitatis nomen suum an. 1686. cuius Academicus inscripsit, factis scholasticis Lugdunensibus ita adtestantibus: heic loci plurimum temporis, quoad apud exteros ampliandorum studiorum causa commoratus est, exegerat; in celebri hoc Musarum emporio FridERICI Spanheimii, Wittichii, Le Moyne, Gailardi, Triglandii, Volzogii, Leevvenii, Poireti, Arnoldi, Vitriarii, Volderii, Gronovii institutionibus vsus est in addiscendis variis artibus; et imprimis Abr. Poot, Lucae Schaacht, P. Hermannii, I. Le Mort; Iac. Vallan, Iac. Schraderi, celeberrimorum inter Batauos Medicorum conversationibus maximopere delectatus: non prius Foederatorum Belgarum finibus excedere voluit, quam in amicitiam Virorum eruditorum, Amstelredami, Traiecti ad Rhenum, Rotterodami, Gronin-

ningae, Franequerae degentium semet insinuauit, qui nomina sua in *Philotheca seu Albo sempiternae recordationis a Nicolao Apatio adornato professi sunt*, non pigebit aliquos saltim ordine hoc inde exscriptos in has referre tabulas: Westerhoff, Meibomius, Wiesius, Graeuus, Leusden, Braunius, Luyts, Marckius, Vaeyen, Drelincourt, Ry&szius, Tronchinus, Voetius, Vitringa, Iurius, et alii quam plurimi Viri eruditione conspicui, quorum fanore et amicitia se vsum fuisse adiecta singulorum perpetuae recordationis ergo lenimata cum symbolis luculenter testantur. Singularibus multiugae eruditionis adminiculis instructus, dum in gentile solum reuerti in animum induceret, tum notissimus ille nationis nostrae Chalcographus, Nicolaus Kifs M. Tothfaluenfis, Psalterii Daudici, vt et Noui Testamenti, nec non integri Codicis sacri propriis sumtibus et litteris a se fabricatis Amstel. an. 1685. in 8. lingua vernacula Hungarica separatim editorum exemplaria, singulorum aliquot millena, cistis octodecim maioribus ligneis inclusa, Nostro concedit in Transyluaniam secum deuehenda. Quas merces sacras, auro et argento quouis pretiosiores, an. 1689. die 5. Sept Amsteledami nauis Gerit Alofsz, concionatoris Sectae Menonitarum Vlielandiensis impositas, quam procelloso mari iactatus Dantiscum auexerit, et, inde facto per mediam Poloniam itinere periculis pleno, in Transiluaniam deportarit, in Diario suo itinerario Mscto, quod hodie in scriniis nostris haeret, flebili calamo pluribus verbis, longa te-

rie enarrat; se scilicet in portu Gedanensi integri mensis interuallo vna cum itineris sui comite, *Ioanne Bánki*, conterraneo suo, arctissima custodia detentum; Fordae a Quæstoribus regiis iniurias non facile a quoquam explicandas perpeſſum; intra Varſouiam prope Maczibouiczam vna cum impedimentis litterariis in Viſulam, fluuium gelu conſtrictum, fuiſſe fato infelici præcipitatum; Iaroſzlauiae ſqualidi carceris moleſtias duabus hebdomadibus perferre coactum; Duklae a medio inde Ianuario an. 1690. ad d. 8. Iunii vſque, compedibus conſtrictum iuſſu Comitſ Poloni Alexandri Zaboriczky crudeliter tractatum; et nonniſi ſereniſſimi Tranſilvaniae Principis Michaelis Apafii opera aegre eliberatum: plura talia pericula, quibus ſacer iſte codex, Amſteledami recens excuſus, vna cum editore ſuo tuit expoſitus, copioſe enumerat M. Tothfalufius in Apologia ſua cum titulo: *M. Tothfalufi K. Miklóſnak maga ſzemelyének és különös tſelekedetinek Mentſege*. Claudiopoli an. 1693. in 8. plag. 6½ edita. Poſteaquam vero inaeſtimabilem hunc triplicem animarum theſaurum Tothfalufianum, per varios viarum anfractus ab oris exteris fideliter adportatum, in ſinu Eccleſiarum depoſuiſſet Apatius noſter, in aulam nobiliſſimi Viri Franciſci Galambos adſcitus, Concionatoris domeſtici ſpartam ibidem in ſe ſuſcepit exorandam; et mox lectiſſimam virginem, Claram Varannai, a Magnifica Domina Barbara Bark czy a teneris in bonis moribus educatam, vxorem ad d. 12. Sept. anni 1691. legitime naſtus eſt,

ex quo postea coniugio concordi sex liberi, *Iosephus, Gabriel, Iuliana, Maria, Clara, Christina*, progeniti sunt. Ob singularem, qua pollebat, eruditionem et oris facundiam, plures fuere coetus sanctiores, qui honesta velut quadam aemulatione suum deposcebant sacrorum antistitem; unde factum est, vt Kaposini, Dobo-Ruszkæ, Varannæ, Lastocini, Toronyæ, Kereszturini, sed vbique cum singulari populi adplausu, verbum diuinum prædicauit, vt mox in ipsam quoque ciuitatem gentilem, Debrecinum, ad ministerii sacri munera in Ecclesia Ptochodochii suburbana obeunda an. 1721. euocaretur, sed ciuibus nostris non licuit adeo esse felicibus, vt vltra quadriennium hoc vti potuerint Euangelii præcone, anno enim 1724. die 24. Decembr. mortalitatis vinculis solutus, concilium coelitum emigravit, et corpus solemnî pompa funebri in coemeterio extra portam Czegledinam tumulatum est. Licet axiomate Doctor s Medicinæ solemnî ritu impertito haud quaquam gauisus fuerit, sed pro recepta et vsitata in gente nostra temporum illorum conditione, quod artem salutarem apud externos sibi reddiderit familiarem, Medicinam quoque factitasse Testes sunt luculentissimi plures ciues nostri hu ates hodie dum apud nos supersistentes, quos in tenera sua ætate grauioribus morbis adeo felici successu exemerat, vt celebratissimi Medici nomen in his Hungariæ partibus non sine causa gesserit, quod ipse quoque in suo epitaphio, paucis ante mortem hebdomadibus sibi conscripto, et cum adiecto breui vi-

tae suae curriculo, hunc in modum concinnato,
aperte professus est:

Hacce suum poni corpus NICOLAVS in vrna,
Iussit Apatinis qui fuit ortus Au.s.

Debrecen esse dedit: Doctrina Leyda beaut
Captuum Gedanum Duklyaque me tenuit.

APAFIVS Princeps mitti de carcere fecit:

Heros Galambos me Parocho didicit.

Postque Kaposinum tenuit, Dobo-Rufzka, Va-
ranno,

Ter senis annis, me coluitque patrem.

Annos in Lafztótz quatuor, totidemque To-
runi,

Cum docui, Christi fortis athleta fui.

Tres in Kerezstur, Debrecen superaddidit an-
nos

Quatuor. Ah Patriae tam breue fecit humus!

Sexaginta Annos numeravi cum TRIBVS, hic
iam

In cineres abeunt corporis ossa mei.

Et Theomista fui, et MEDICVS, Lucamque ie-
cutus,

Et Carni et Menti Pharmaca sacra dedi.

Hic quamuis iaceat corpus, sed reddita coelo
Perpetuis fruitur mens mea deliciis.

IPSE SIBI POSVIT.

Poesi maximopere fuisse delectatum, variis
constat speciminibus, utpote *Naeniis lugubribus*
Genitori suo pag. 106, *Lachrymis Hungariae* pag.
236. seqq. *Milite ob Heroica facinora laureato* pag.
82. *de scurvis et gelasinis* pag. 84. scriptis, *Vitae*
triumphanti ciuili suae, Amsteledami an. 1688. in

3. edi-

8. editae, passim insertis. Pauca sunt admodum, quae *David Czvitinger* in specimine Hungariae Litteratae in Articulo *Apáti* pagg. 22. et 23. et ex eo *Petrus Bodus* in Athenis suis Hungaricis pag. 10. de *Nostro* memoriae posteritatis commendare poterant.

O P E R A.

1.) Disputatio Theologico-critica tripartita naturae אורים ותומים *Urim et Thummim ad mentem Scripturae Sacrae, superatis heterogeneis opinionibus enucleandae consecrata, Auctore Nicolao Apáti, Vngaro a Debrecen.*

Part. I. Ea, quae proprie ad naturam אורים ותומים spectant, compendio edifferit. Lugd. Batau. an. 1686. in 4. plag 31. Serenissimo Transilvaniae electo Principi, Apasio II. sacrata est: adplaudentibus Iac. Gailardo, Theol. Prof. et Samuele Capossio, natione Pannonio. Talis est ciuis nostri Hungari, Kapossii, ΠΑΕΑΝ ΠΕΝΤΑΙ ΛΩΤΤΟΣ Apátio Auctori conscriptus, quem ob elegantiam, quia meruit, hic, integrum recitabo.

I. Hebraice :

בְּקוֹלָאֵי אֶפְתִּי מֵאֵיר אֲתִיהֶתוּמִים אֶהֱאֹרִים
הַמְהוֹלֵל מִי כְלִי־דָעִי הַבֵּינ וּמִי־דָה כְּלִי־הַנְּחֹרֵיכֶם :

II. Syriace :

סֹנְן נִשָּׂא לִי לִי לִי לִי
לִי לִי לִי לִי לִי לִי לִי

III. Græce :

ΑΤΤΗ ΣΤΜΒΙΒΑΣΙΣ ΦΙΛΟΜΟΤΣΟΙΣ
ΦΩΣΦΟΡΟΣ ΕΣΤΙΝ,
ΟΥΡΑΝΟΘΕΝ, ΚΑΙ ΠΑΝ ΠΡΑΓΜΑ
ΠΑΝΗΤΡΙΚΟΝ.

IV. Latine :

*Hanc nemo laudet; laudabunt hæc duo opellam:
Ingenium,que sagax, iudiciumque tenax.*

V. Scythice :

*A' Fejedelmeknek Fejedelme le-ivatik ebben
A' Munkaba; tehát Fejedelmi ditséreti lé-
gyen.*

Pars II. Myſteria תעוּבַת וְתוֹשִׁיבֵי אֶרֶץ אֲשֶׁר בְּיָמֵינוּ in prima parte latentia e ſuis viſceribus eruit. Lugd. Batau. an. 1686. in 4. plag. 1½. Dicata eſt Nicolao Apáti, Conſuli Reipublicæ Debrecinenſis, Patri ſuo; Paulo Szentzi, V. D. Miniſtro Debrecinenſi; Ioſ. Nagyari, Ceſſif. Principi Apaſto a ſacris concionibus; Mart. Szilagyí et Paulo Liſznyai, Profeſſoribus Debrecinenſibus; Steph. Pathai, Eccleſ. Vnguarienſis parochó, et Ge. Comáromi, cui Debrec.

Pars III. ΤΑ ΕΠΙΟΜΕΝΑ ad intellectum ſimul et voluntatem in viis Domini ædificandum ſcaturientiã piæ menti propinat. Lugd. Batau. an. 1686. in 4, plag. 1½. Honoribus Andreae Balyik, Steph. Comáromi, Balthaſ, Bartha, Valent. Cſatári, Io. Szentefi, St. Fényes, St. Poſalaki, St. T. Debre-

breczeni, Mich. Baranyi, Io. Bonyhádi, St. Fekete, Paul. Palágyi, Petri Vecsei, St. Dobozi, Io. Pofalaki, inclytæ ac christianissimæ Reip. Debrecinensis Consulum, Iudicum, Senatorum, Scabinorum inscripta.

- 2.) Disputatio Theologica *De Virga Mosis*, Lugd. Batau. an. 1687. in 4. plag. 3. Gregorio Hatházi, nobilissimo Chiliarchæ; Nic. Apati Parenti, et Io. Bernáth, Consulibus Reipubl. Debrecin. nec non Georg. Nagy Kállai, arcis et præsidii Kállo Capitaneo; item Frid. Spanhemio, Christoph. Wittichio, St. le Moyne, Iac. Gaillardo, Iac. Triglandio, Phil. Vitriario, Burchardo Voldero, Iac. Gronouio, Præceptoribus suis nuncupata. Hoc Apatium nostrum auctorem laudatus Samuel Capossius, Pannonius, profectus est epimetro:

*Quem nuper sacris radiantem pectora Gemmis
Laudasti, in Sacra facilem, mea Musa Pa-
laestra;*

*Exoriare iterum, reducemque agnoscere nunquam
Detrecta. Felix iam sacram Dextera virgam
Attulit. Hic quaeso, cur sollicitata negares
Laudes, Virtutum comites? quem laudat
utrumque:*

*Gemmaque sacra (ambas redolentem) Virgaque
sacra,*

*Ingenium Gemmas redolet fulgore; virentem
Nunquam deficiente vigore viroreque VIRGAM.
Salve GEMMIFERVM Pectus: tu Dextera salve
VIRGIFERA, votisque meis potiare, fruarè.*

- 3.) *Vita triumphans civilis, siue uniuersa vitae humanae Peripheria, ad mentem illustris Herois, et Philosophi, D. Renati des Cartes, ex unico centro deducta. Auctore NICOLAO APATI Pannonio Debrecinensi.* Amstelod. apud Abrah. a Someren an. 1688. in 8. plag. 22. Reipubl. Amsteled. Praetori, Io. Boreel, nec non COSS. et Senatoribus, Io. Hudde, Corn. Gelvinck, Nic. Witsen, Io. Appelman inscripta. *Samuele Kapossho Curvum triumphalem, et Nic. Kis M. Tothfalusi Iubilum super pompa triumphali, ingeniosis carminibus expreillum, in honorem Auctoris in prooemio decantantibus. Non pigebit interim Carmen hoc eruditissimi Sam. Kaposshii nostri statim indicatum hic repetere integrum ob elegantiam.*

*Vade bonis auibus Famae Quadriga volantis
Praecipites reparata rotas, vectura TRIVM-
PHOS,*

*Atque TRIVMPHANTEM (parto Diademate)
VITAM.*

*VITAM, quae CVRRVS non indiga, sola per
orbem*

*Ire queat, viresque suas acquirat eundo;
Digna TRIVMPHALI tamen (hos quia nacla
TRIVMPHOS)*

*Curru, digna rotis crepitantibus, addito Equo-
rum*

*Cursu, queis teretem sonitu quatit ungula cam-
pum.*

*Adspicite hanc VITAM, quos VITAE cura tenere
Nouit, et ingenuae delectant praemia VITAE.*

At

*At simul aspiciite, hanc qui VITAM monstrat,
et Eius*

*Discite quid valeat mens sana in corpore sano.
Quid valeat pectus, multos docuere sagaci
Nuper pendentes duodenae peflore Gemmae:
Quid valeant humeri, docet hic Labor impro-
bus illos,*

*Quis (praeiudiciis abeuntibus) ista sagaces
Perstringunt oculos.*

*Vadite iam Titonis Equi, CVRRVMQVE per
auras*

*Ducite: rumpe moras felix Auriga: Camaenae
Accensus praeserte faces: torique Cohorti*

Vos, indiuiduas comites adiungite LAVDES.

- 4.) A' Szabados Tudományoknak Mesterehez, Philo-
sophiának Doktorához, Heluetica Confession levő
Szathmári Szent Ekklesiának kegyes Predikatorá-
hoz, azon Dioecesisben levő Tiszt. Atyafiának
erdemes Eszperestjehez, Tiszt. és tudós Vári Mi-
hály Uramhoz, régi baráttságának szívettsége sze-
rint, Vári Kristina szevelmes hajadon Leánya Egí
Tüz miatt esett szomorú Halála felett Vigasztaló
Levele Apáti Miklósának, minap Varaunai, most
a' Nemes Lasztoczi Ekklesiának Predikatorának,
Nemes Zemplén Vármegyében. Epistola haec
est consolatoria, qua Noster Reu. Michaellem
Vári, ecclesiasten Szathmariensem, et eius-
dem dioeceseos Senioremem consolatur, dum Fi-
lia eiusdem Christina, die 5. Iulii an. 1712. ictu
fulminis prostrata, in aedibus patris repente
expiraret; complet ea pagg. 28. et adtex-
ta est Tractatui Michaelis Vári, mortem

filiolae suae XIV. annos natae deplorantis, et naturam fulminis philosophice et theologice explicantis sub tali titulo. *Thabera: az-az: Istennek olyan meg-gyuladott Tüze, mellyet az Egből hirtelen bocsátott N. Szathmár Vármegyében Szathmár Királyi Városában Vári Mihály Szathmári Reform. Tractus Esperestjének Hazára, és ebben kegyességgel és jó erköltsel magát mindeneknél kedveltető szép Hajadon Leányára, Vári Krisztinára, kinek is 1712. eszt. 5. Iulii ezen Menyből le-lívvellett sebes Tüz, és annak kénszves gyulasztó ereje által, orrán, száján ki-takarodó vérnek folyásával, a' nyugotó Halálban való el-aluttatását meg-kefereedett szivüi édes Attya ezen Munkája által akarta tisztí szerént hirdetni, s örök emlékezetben hagyni. Claudiopoli typis Samuelis Telegdi Pap, anno 1716. in 8. plag. 7.*

- 5.) *Vtilitas Pathematum Animorum. Operis huius MScti ad mentem Cartesii elaborati, et typis Amsteledamensibus iam iam excubendi, editionem admaturatus Auctoris nostri in patriam tellurem reditus interuertit, de quo Celebris Philosophus Petrus Poiret quam benigne iudicauerit, ipse Apatius in Epistola sua Consolatoria, Claudiopoli an. 1716. in 8. edita, pag. III. querulis his indigitat verbis: O! vajha Vtilitas Pathematum animorum a vita triumphans Civilisnek utánna eredhet vala, mellyet még Academiákban el végeztem, kit látván amaz hallatlan emlékezetü Poiret Péter Uram, és főkszor olvasván mond: Nunquam Cartesianorum*

norum vllus hoc praestitit: *Hozzá is fognak vala nyomtatásához, ha a' Magyar Bibliákkal nem kentelenítettém vala ez bajos Hazára le-in-dúlai, meg-lítvá abban nándom a' Világ hozzád való Jonatháni szerelmemet.*

6.) *Aduersaria MS. ta Nic. Apati*, quibus praeter vitae curriculum, peregrinationem litterariam, et rem suam familiarem continentur:

a.) Notationes in Petri Rami Logicam, ex dictatis Clar. ac doctiss. Viri D. Pauli Lisznyai excerptae an. 1680.

b.) Sermones sacri et precum formulae suo Marte lingua vernacula elaboratae, et variis occasionibus e suggestu sacro recitatae.

c.) Series Studioforum togatorum Debrecinensium sui temporis.

d.) Meditatio Nic. Apati concepta inter equitandum, quum vocatus ad visitandum et medendum Spectab. D. Ioannem Kanta Seniore, Szonakinum proficisceretur; et plura talia res illorum temporum quodammodo illustrantia.

* Admirari licet in eo quoque summam Diuini Numinis erga nos benignitatem, quod integrum Veteris et N. Instrumenti Codicem Hungarice. verum homo fortis pauperrimae Nic. Kis Toothfalufinus hic, nullo pecuniario aliorum adiutus stipendio, sumptibus propriis et characteribus, exquisita arte opera sua fabricatis, in vsus reipublicae sanctioris Hungaricae edere, et quidem nitidissime potuerit, eo ipso plane tempore, quum

res gentis nostrae domesticae essent angustiores, et sacrorum eiusmodi exemplarium maxima laboraremus inopia: quid vero celeberrimus hic aequae ac doctissimus nationis nostrae chalcographus, cui parem nulla forte subsequutura videbunt secula, in hac S. Codicis editione a se procurata praestiterit, ipse in Apologia Bibliorum anno 1684. Amstelredami impressorum, ut et orthographiae in iis obseruatae, Cludjopoli in officina sua an 1697. in 8. plag, 7 $\frac{1}{2}$ excusa, rationes clarissime exponit. Ita certe cum gente nostra Hungarica comparatum esse, Historiarum patriarum testantur monumenta, quod ab ipso suae ad Christi fidem conuersionis tempore plurimum fuerit Verbi diuini et lectione et auditione delectata; ita Decretis S. Stephani et S. Ladislai reliquorumque Regum nostrorum exemplis nos abunde edocentibus. Si verum est fide testimoniorum a *Iacobo le Longio Biblioth. Sacr.* Cap. XI. adductorum, Ecclesiam Graecam ea olim usam fuisse methodo in conuertendis ad Christianam religionem gentibus, ut Dalmatarum, Sclauorum, Boiorumque constat exemplis, ut Libros diuinos de Graeco in vernaculum suae gentis sermonem traductos iis legendos obtulerit, eam nostrae quoque nationi contigisse felicitatem non male forte opinabimur; quippe quae eidem Orientis Ecclesiae, si cordatiorum nonnullorum Virorum adstipulari velimus sententiae, suae debeat ad fidem Christi conuersionis originem. Sed euidentiora, si placet, audiamus exempla; dum *Hedwiga Ludouici I.* princeps
 Filia,

Filia, in sinu Hungariae educata, omnes diuinos V. et N, Instrumenti Libros, *Christian, Kortholtio* de Var. Scriptor. edition. C. XXX. et *le Longio* I. c. testibus, in gratiam Polonorum, quorum gubernacula a morte Patris fufceperat, in vernaculam linguam transfundendos iuffit, tum idem *Mariam*, germanam sororem, pofteaquam ad folium R. Hungariae fublimata eft, meditatam fuiſſe verofimiliter colligitur ex antiquiffima ordinis S. Franciſci Hiſtoria MSCta, hodieum in ſcriniis Illuſtriſſ. Tranſiluaniae Praefulis, Com. Ign. Bathani litterariis deliteſcente; inuentos ſcilicet fuiſſe Sigismundi Regis noſtri temporibus duos e familia S. Franciſci Viros bene doctos, qui diuina oracula in idjoma Hungaricum conuerterent, ſed mox metu *Inquiſitorum haereticae prauitatis Romanorum*, intra patriae limites oberrantium, in vicinam ſe ſubdixerunt pietiffimi illi viri Moldauiam, optume tam ſacro operi conſulturi, ne in harpyas incidere manus cogeretur. *Ladiſlaum Bathori*; ex ordine S. Paulli primi Eremitae Sacerdotem, in Monafterio S. Laurentii, Budae vicino, Litteras Sacras aetate Matthiae I. Regis, Hungaricae conſuetudini donauiffe integras *Reu. Fongratzius in Triumpho Paulli, a Deo pio dolo decepti*, edito Poſon. an. 1752. in fol. pagg. 51. 65. reſtatur poſt *Andr. Eggererum in Fragmine Corui Panis Proto-Eremitae, ſeu Reliquiis Annal ord. S. Paulli I. Erem. Lib. I. Viennae an. 1663.* edito, quam translationem in aedibus Patrum eiusdem ordinis Elefantenſibus hodieum proſta-

te non vano, ut accepimus, circumfertur rumore. *Oswaldus Pelbartus*, Temesuariensis Hungarus, e familia S. Francisci seraphici orator facer exeunte Sec. XV. in Hungaria peripateticus, in *Sermonibus Pomerii* sui, Hagenawiae per Henric. Gran an. 1508. in fol. editis, in Prologo refert, *populares suos pro deuotione sua deprecare Euangelium lingua sua auscultare*. Sed posteaquam Hungaria post felicem Sacrorum reformationem vberiori Euangelii luce collustrari inciperet, plures fuere Viri diuino Spiritu adflati, qui in Versione Bibliorum Hungarica adoranda salubre coeperunt consilium, inter eos primum omnium existisse *Benedictum Komjdti*, qui diui Paulli Apostoli Epistolas iussu Catharinae Frangepianae, vxoris viduae Petri Pereni, Hungarice interpretatas litteris Hieronymi Victoris Cracouiae an. 1533. in 8. vulgauit, vocata in subsidium perantiqua quapiam, vt inquit, Hungarica Paullinarum Litterarum Versione non facile legibili: isthuncce Librum eum esse noueris, quem patria nostra typorum beneficio lingua Hungarica impressum omnium primo viderat, quod contra Alb Molnarium et Math. Belium alibi iam nos monuisse probe meminimus, *Gabriel Pesti*, Pannonius, Canonicus Albenfis, et Archidiaconus Vgotfensis, Nouum Testamentum seu quatuor Euangeliorum Volumina cum gratia et priuilegio Romanae Regiae Maestatis ad quinquennium Viennae an. 1536. in 8. sub tit. *Uj Testamentom Magyar nyelven* Hungarice edidit, Io. Alex. Brassicano I. C. Vdals. Fabro, Physico, et Wolff.

Wolffg. Lazio, Vniuersitatis Vindobonensis Professoribus et Rectoribus Magnificis, Euangelii luce collustratis, adplaudentibus, *Ioannes Siluester*, Erdössi Lascouio dictus, quem Petrus Bod, Kolosuarium electum Episcopum Chanadiensem, Ferdinandi I. Imp. ad Concilium Tridentinum exmissum a parte Hungarorum Legatum fuisse putauerat, Thomae Nadasdi Regni Hungariae Palatini concionator aulicus, integrum Nou. Testamentum Hungarice vertit, Ferdinandi I. Regis ex Anna Sorore Ludouici Mohacsiensis filii, Maximiliano et Ferdinando dedicauit, Naeonesi seu Uj-Szigethini, oppido Comitatus Simegiensis, in officina typographica Benedicti Abadi, eodem Thoma Nadasdi, Regni Hungariae Palatino, sumtus impendente an. 1541. in 8. alph. 2. plagg. 4. impressum: quae postea editio iterata est a Stainhofero Vien. an. 1574. alph. 3. plagg. 16. quaternis et inscripta Maximiliani II. filii, Rudolpho Regi Hungariae, et Ernesto, Archiducibus Austriae. *Casparus Heltai*, sacer Curio Claudiopolitanus, cum Synergis Stephano Gyulai, ecclesiaste; St. Ozorai, et Greg. Vizaknai Ludi magistro, primus integrum S. Codicem, non inconsultis etiam fontibus Hungarica ciuitate donauit, et ex officina sua, quod esset simul typhetha, Voluminibus quinque in 4 foras emisit. Volumen I. continet Pentateuchum, Claudiopol. an. 1551. alph. 4. plag. 4. edit, Volumen II. complectitur Iosuan, vsque ad Libros Chronicorum, edit, an. 1556. Vol. III. incipit in Esdra et explicit in Cantico Cantic. Vol. IV. inchoat *Klaisas* et claudit

dit Malachias, edit. an. 1557, alph. 5. Vol. V. Noui Testamenti Libros continet, Annae Nadasdi viduae St. Mailat Waiuodae Transilvaniae, Sorori Thomae Nadasdi R. Hungariae Palatini inscriptos, edit. an. 1561. *Stephanus Gyulai* V. D. Minister Claudiopolitanus vertit et typis Heltanis vulgauit Librum Siracidis in 8. plag. 15. exemplaris mei folia prima desiderantur, sic vltimum explicit: *Colosvárba nyomtatott Heltai Gáspár és György Hoffgreff által 1551.* Eodem ipso an. 1551. edidit separatim Libros quoque Salomoni attribui solitos, in Hungaricum translatos, Prouerbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, et Librum Sapientiae, in forma aequae octauae ordinis plag. 18. immo etiam Psalmos Dauidis separatim an. 1560. in 8. Capitulum argumentis et lemmatibus ad marginem adiectis auctos. *Petrus Melius*, aliter *Juhász* de *Horhi*, Verbi diuini praeco Debrecinus, Libros Samuelis et Regum in sermonem patrium ex Hebraico transtulit, doctis adnotationibus auxit, Capita versibus distinxit, Raphael vero Hoffhalter Debrecini an. 1565. in fol. alph. I. plag. 17. per terniones edidit, Sophiae Patotzi, vxori Georgii Bebek, et Iulianae Massai, Caspari Magotfi viduae inscriptos; an. Paralipomena, quae etiam vertit, atque Iosuae, Iudicum, Estherae et Nehemiae Libros, vt in ea dedicatione promisit, publicauerit, non habemus quidquam dicere. Paulus quidem Ember, in Hist. Eccl. Reform. Hung. pag. 728, obscure submeminit Melium vulgauisse Nouum quoque Testamentum typis Szegedinis, sed

sed vehementer falli optimum Virum existimamus, vt
 quidem Biograph. nostrae Centur. I. pag. 110, iam an-
 te docuimus. *Thomas Felegyházi*, Concionator De-
 brecinus, Libros Noui Foederis e Graeco sermone in
 familiarem conuertit, et eruditis adnotationibus atque
 locis parallelis ornauit, excepta Iudae epistola, quam
 a morte illius Collega muneris, *Georgius Göntzi*, ad-
 iecit, et editionem integri operis sacri versibus in-
 terstinctam, Senatui loci nuncupatam Debrecini an.
 1586. in 4. alph. 2 praefixo Insigni Ciuitatis heral-
 dico procurauit. *Stephanus Szekely*, Chronicae Mun-
 di auctor, psalmos Dauidis, Hungarice opera sua
 conuersos, Cracouiae an. 1548. excudendos dedit,
 integrum vero Codicem Sacrum, vt quidem promi-
 sit, in lucem proferre vix potuit. Idem se fa-
 cturos pia quadam aemulatione promiserunt Pe-
 trus Bornemisza, vir multis scriptis illustrissimus;
Elisabetha quoque *Botskai*, notissimi Principis so-
 ror, et *Christophori Báthori* Principis vxor; nec
 non *Sidonia Reuai Matthiae Ostrosith* vidua, et
 plures alii. *Caspar Karoli*, ecclesiastes *Gönczi-*
nius, in subsidium vocatis variis Versionibus, ex
 Hebraico potissimum et Graeco integrum Codicem
 S. in Hungaricum transfudit, capitibus et versibus
 in modum *Tremellii* distinxit, argumentis et notis
 marginalibus auxit; *Stephanus* vero *Bathori*, Iu-
 dex Curiae Regiae, in oppidulo *Göntzino*, trans-
 latoris habitationi vicino, herediolo suo, *Visóly*
 dicto, erecta prius in finem hunc nova typographiae
 officina, duobus Voll. in fol. an. 1589. et 1590.
 typis *Valent. Manskouit* excudendum iussit. *Al-*
bertus Molnar editionem *Bibliorum Visólyinam*,
Wespr. P. III. C *Hassiae*

Hassiae Principis liberalitate adiutus, duplicem apud exteros procuravit, alteram Hannouiae an. 1608. alteram Oppenheimii an. 1612. ut 4. adiectis vbiq; locis parallelis, et subnexis Daudidis Psalmis, ad melodias Gallicas a se adaptatis. *Ioannes Ianfonijs* typotheta Amsteledamensis, Molnarianam hanc editionem in forma minori an. 1645. repetiit. Prodiit praeterea Amsteledami anno quoque 1700. in 8. Codex Sacer, cum praefixis Tothfalusianae editionis prolegomenis. Non abfimiliter *Ioannes* quoque *Ingebrand* typographus editionem Tothfalusianam sumptibus suis an. 1704. in 4. Cassellis iteravit, hanc vero *Martinus Endterus*, bibliopola, Norimbergae anno et formato eodem, sed Cassellae, antiquo illo impressionis nomine substituto, recudit. *Stephanus Arator*, aliter *Szántó*, eruditus ordinis Loiolitici presbyter, Testamentum Vetus ex collatione Hebraici, Graeci, Latiniq; textus, Hungarice interpretatus est in exordio superioris seculi: lucubrationes has non vidisse lucem publicam testis est *Nathan. Sotvellus* in Biblioth. Societ. Iesu Ale gambei, Romae An. 1676. fol. 425. *Georgius Kaldi* Tirnauienfis Hungarus, e Societ. Iesu Sacerdos, solam Vulgatae Hieronymi Versionem secutus, vtriusq; Instrumenti Libros nativo sermone expressit, et Viennae an. 1626. in fol. typis Matth. Formica in vsum Ecclesiae Romanae vulgavit, repetit. Tirnau. an. 1732. in fol. Editio Bibliorum Sacrorum *Varadina*, typos coordinante Abrahamo Kertész, Szentzino, Magno-Varadini an. 1657. inchoata, et mox arce hac per

Turcas

Turcas an. 1660. expugnata, Claudiopoli an. 1661. in sol. finita, munifica virorum Transilvaniae principum Stephani Bethlen, Georgii Rakótzii, Francisci Redei, Achatii Bartsai, et aliorum pietissimorum heroum liberalitate procurata est; prioribus omnibus longe excellentior, ad fontes puriores, vt Hebraicam et Graecam linguas ab eruditis patriae yris curatius reuocata, locis parallelis et doctis adnotationibus ad normam Bibliorum Belgicorum pulchre exornata *Georgius Csipkes Comaromi*, Theol. Doct. Professor, et mox Verbi D. Minister Debrecinus, Scripturae Vet. et Noui Testamenti translationem, genio Hebraicae et Graecae linguarum exacte et quam strictissime accommodatam An. 1685. vertendo abloluit integram, quae tamen fatis ita inuidentibus, non nisi an. demum 1719. in 8. a morte Translatoris foras emissa est quam nitidissime, Lugduni Batauorum, Alexandro Ros, negotiatore Gedanenfi, sumtus impendente. Cur talium exemplarium tanta fit in patria hac raritas, pluribus edisseruit verbis Reu. Petrus Bod in Historia Biblior. S. pag. 147. seqq. Cibirii an. 1748. in 8. Hungarice edita. *Fridericus Lampe* et *Hieron. van Alfen*, duumviri Theologiae Professores Traiecti ad Rhenum, ex munifica patronorum Foederati Belgii liberalitate fundum formarunt eiusmodi stabilem, ex cuius prouentibus annuis, quoties necessitas vrserit, Codicis S. exemplum pro vsibus Ecclesiarum Hungaricarum prelo Traiectino subiiciatur. Incæpta tali modo est loco hoc Translatio Caspari Károli an. 1730. in 8.

primum excudi, iterata au. 1737. et repetita eodem formato an. 1747 et an. 1765. *Ioan. Rudolph. Im-Hoff*, typographus Basiliensis, editionem Bibliorum Traiectinam secutus, ex officina sua in forma minori 8. an. 1751. primum emisit, et mox annis sublequentibus 1764. et 1770. iteravit. *Antonius Lüwe*, industrius Bibliopola Pofoniensis, totum Codicem S. secutus editionem Basiliensem alteram, cum praefixis Reu. Mich. Moßótzii Instititoris, V. D. Ministri Pofoniensis prolegomenis, et interfertis apocryphis, typis Lipsiensibus, et sumptibus suis an. 1776. in 8. maj. expressum, Hungaris obtulit legendum. *Ioannes Sartorius*, Nemes-Tfoiensis Pastor, *Georg. Bárdny*, pater, S. Lörintziensis; et huius filius *Ioannes Bárdny*, Superattendens; triumviri Theologi Auguft. Confessi vtriusque Instrumenti Libros Hungarica consuetudine donarunt. Nouum quidem Testamentum adnexis librorum et capitum argumentis, item selectis interpretationibus atque porismatibus, Iaubanae in Lusatia tectis nominibus an. 1754. in 8. typis Nic. Schill promulgarunt; sed Vet. Testamentum in MSCto ineditum reliquerunt. *Georg. Nagy Megyeri Besnyei*, Euangelii praeco Madarenfis, et in terra Ducis Matthaei, Mátyus-földe ab accolis dicta, Senior, vir Hebraica, Chaldaica, et Graeca lingua bene doctus, integri Codicis S. translationem Hungaricam nouam singulari cura adornauit, eamque anno 1737. tersa manu exarata preloque destinata Bibliothecae publicae huiati Testamento legauit, lucem aliquando forte visu-

vifura. Pfalmos interim S. Davidis idem *Georgius Besnyi* opera fua ex textu Hebraico in idioma Hungaricum transfufos, et feperatim fub titulo: *Kis Biblia*, Miapoli absque indicio anni et typographi in 12. plagg. 15. impressos publicavit. Exstant feperatim quoque typis mandatae Noui Testamenti translationes Hungaricae plures: *Csepregiensis*, quae florente adhuc illustri loci eiusdem Aug. Confess. addictorum Collegio, olim typis mandata fuisse creditur, iam penitus intercidiſſe putatur. *Amſteledamensis* triplex eſt, prima typis Ioan. Ianſonii an. 1646. altera litteris Nic. Kis M. Tothfalusi an. 1687. tertia vero anno demum 1725. Singulae in forma 12. ordinis prodierunt. *Leutſchouienſis*, duplex proſtat, altera quae ſtanno Laurentii Breueri an. 1664. in 12. ſignata, altera litteris Sam. Breueri an. 1714. vt et *Vratiſlaviensis* an. 1725. excuſae, quarum in praefatione Baſileenſis primae mentio fit, in tantum diſparuerunt, vt raro admodum conſpiciantur. *Lipſienſis* duplex circumfertur, altera, quam Comes Catharina Banſi, Lib. Bar. Veſſelenyii coniux, absque indicio nominis ſui, loci, et temporis (an. 1715.) ſumptibus ſuis in 12. procuravit, in calce frontiſpicii Littetis S. K. ſignatam, quod Samuel Koleseri, celebris Medicus Tranſiluanus, qualemcunque impenderit operam; altera quam Matthias Bel, Poſonienſium Antifteſ, an. 1717. adornavit. *Wittebergensis* ab Andrea Forkos, Iaurinenſi, e graeco ſermone traducta, et mox a filio Iosepho Forkos, h. t. Sempronienſium V. D. Miniſtro, ad-

iectis nonnullis interpretationibus aucta, et prelo typographico Dau. Ioan. Scheffleri an. 1736. in 8. subiecta est. *Debrecinensis* Translatio Felegyhaziana an. 1586. in 4. Karolina bis an. 1749. in 8. et an. 1767. in 12. lucem adspexit. *Franco Orvendr. Mólnár*, argumenta capitum, quae 1189. numeravit, tam Veteri quam Nouo Testamento contentorum, rythmis Hungaricis expressit sub titulo *Lelki Tár-Ház* excusa Debrecini an. 1666. in 8. repetita Leutschouiae litteris Sam. Breueri an. 1692. in 12. plag. 10. *Michail Küröfi*, ptochodochii Debrecinensis Pastor, Indicem Vocum et Rerum in Nouo Testamento occurrentium, qui Concórdantiarum loco inferuire potest, typis huiusmodi an. 1739. in 12. sub tit. *Uj Testamentomra mutató Tabla*, lingua Hungarica promulgauit, iterat. an. 1773. in 8. min. Vtinam Index talis, Veteri Testamento accommodatus, qui manu exaratus in officina nostra typographica delletscit, in vsus publicos etiam foras emitteretur! *Petrus* quoque *Bod* Lexicon Biblicum Hungaricum concinnauit, cui titulum dedit: *Szent Irás értelmere vezérlés Magyar Leksikon*, et characteribus Iosephi S. Pataki expressum, Claudiopoli an. 1746. in 4. plag. 21. luci publicae commisit. *Petrus Pereni*, vir rebus gestis illustrissimus, Historias Vet. et Nou. Legis in Carcere Neostadiensi picturis scite efformauit, easque subiectis versiculis pulchre explicuit, teste Basilio Fabricio in Oratione funebri Gabrielis Pereni Vitteb. anno 1570. in 4. edita: Qui vero in gente nostra Libros vtriusque Testamenti Commentariis suis

suis familiari nobis sermone illustrauerunt, fessus calamus iam in id inquirere haud quoquam modo patitur.

Duplex traditur ab antiquo inde tempore Debre-
cini apud nos exstitisse Infirmorum Hospitium, al-
terum intra cincturam ciuitatis, alterum in subur-
bio constitutum; illius meminerunt fasti vrbis no-
strae publici ad an. 1627: vbi prouentus molend-
inorum ptochodochio interno destinatus et dari
solitus, iam in restaurationem desolatae aedis sa-
erae D. Andreae honoribus olim dicatae conuertend-
us, d. 9. Iun. primorum consensu decernitur:
alterum, quod hodiernum superat, in suburbio lo-
catum est, templo turri instructo, e lateribus co-
aetis, quod ante annos 50. non nisi e luto ligno-
que et asseribus coagmentatum fuisset, exstructo
dotatum est. Non satis certo constare videtur,
vtrum horum Rudolphus II. Imperator et Rex
Hungariae ita liberali complexus est beniuolen-
tia, dum in Litteris an. 1600. d. 14. Oct.
Pilsnae manu Martini de Hates, Archi-Episcopi
Colocensis, et Aulae Regiae Cancellarii, signatis,
vniuersa Ciuium, in femine vtriusque sexus defi-
cientium ac ab intestato decedentium, Bona ac fa-
cultates quocumque demum nomine censendas ad
Xenodochium seu Hospitale huius ad sustentatio-
nem pauperum et non alio conuertendas praeci-
pitur: quam pientissimi Regis voluntatem ab Imp.
Leopoldo nouis diplomatibus an. 1689. et an.
1693. repetitis vicibus ratam habitam et con-
firmatam fuisse cognouimus. Sed quid iuuat de
his et similibus sermonem longius producere? Suf-

ficiat Ecclesiae duntaxat illius Ministros Euangelii, qui eam praeter *Apatium*, Medicum nostrum, administrarunt, quantum quidem nobis innotescere poterant, iam etiam nominumtenus recensere; *Georgius Kátai*, † die 24. Nou. an. 1720. *Nic. Apati*, † d. 24. Dec. an. 1724. *Paullus Kereszteji*, Medicinae Doctor, ab an. 1725. † d. 24. Ian. 1734. *Michael Donga Debreceni* post biennii moram Karczaginum educus: *Michael Kürösi* an. 1755. dimissus, Naduduarinum diecessit. *Andreas Kabai* ab an. 1756. ad an. 1762. *Michael Csepeli* anno altero Deretskeinum inuitatus abiit. *Stephanus Vetszi* a d. 2. Maii an. 1763. † d. 7. Sept. an. 1779. aetat. 45. *Andreas Ormós*, gener mihi carissimus, ab an. 1780.

ARTICVLVS III.

BETHA (Ioannes.) Duplex est Fanum S. Gotthardi in Hungaria, alterum est in Comitatu Szaladiensis fluuio Szala adpositum, et Szent-Groth Hungaris adpellatur; alterum in Comitatu Castri ferrei quatuor ab illo lapidibus milliariis distitum, Rabae fluuio adiectum, et Szent-Gotthard ab accolis vocitatur. Gloriatur hoc loco posteriori memoratum Fanum S. Gotthardi praeter arcem vetustate detritam, etiam Abbatia ordinis Fratrum Cisterciensium antiquissima, a Bela . III. Hungariae Rege anno 1183. vt quidem dicitur, fundata, et vndecim praediis praepinguibus liberaliter dotata; quam *Regis Maximiliani Physicum* Ioannem Betha nomine, annis 1550 - 1556.

1556. rexisse, *Theophilus Heim* in *Notitia Historica de ortu et progressu Abbatiae Sacri ordinis Cisterciensis B. M. V. ad S. Gotthardum dictae, et in Inclyto Hungariae Regno sitae; Viennae anno 1764. in folio editae pag. 71. his testatur verbis:*

„Ioannes Betha ab anno 1550. ad an. 1556.
 „Abbas S. Gothardiensis in Hungaria. Anno
 „1550. atque sequenti (*Archiv. Fascic. XIII.*
 „*Num. 3, 4, 15. Fasc. XXIV. Num. 16.*) ad
 „Instantiam Martini Rhunensium Abbatis, cum
 „Pontificiis, tum Regiis Ferdinandi I. decretis.
 „Regularem Visitationem ab Rhunensi Abbate
 „instituentiam iubebatur admittere, quam quo-
 „que Visitationem An. 1553. Ipusus eidem inti-
 „mabat Rhunensis, Betham filium compellans,
 „insinuansque se, vt ordo et Conuentus ibidem
 „ob defectum Conuentualium instauretur, quosdam
 „de suis aptos, et linguae patriae gnaros adductu-
 „rum. At excusauit se suis in Responsoris *Betha*,
 „indictamque Visitationem elusit ea causa
 „praetenta, quod *Aulico suo officio distineretur;*
 „quale porro illud fuerit? e Ferdinandi I. ad
 „Betham datis literis est colligere, in quibus
 „eum Caesar *Serenissimi Regis Maximiliani, filii*
 „*sui charissimi, PHYSICVM* appellat. (*Vid. in*
 „*locis cit.*) Exstat praeterea eiusdem Abbatis
 „Quietantia (*ibid. fasc. 1. Num. 2.*) seu Apocha
 „et Absolutorium in paribus, per Ven. Capitu-
 „lum Ecclesiae Castriferrei an. 1736. transum-
 „tum, quod Praelecto suo et Procuratori extra-
 „didit in S. Gotthardo feria IV. proxima post
 „Circumcisionem Domini Anno 1555. Circa

„idem fere tempus Romam suis de caussis mo-
 „uens, moram anni integri ibidem fecit, inde
 „que an. 1556. redux, subitaneo morbo suppres-
 „sus, re ipsum inter et Rhunensem inlecta, fa-
 „tis cessit.“

Alios praeterea longe antiquioris aevi duos
 ordinis ecclesiastici Viros, Medicinae peritia
 tinctos, Articulo huic adnectimus:

1.) *Magistrum Ioannem Physicum*, Ven. Ca-
 pituli Colocensis Canonicum, dum Illustris pa-
 triae Historicus Georg. Prayius patentissimos Di-
 oeceseos Colocensis limites, Hierarchiae suae
 Hungaricae Part. II. describeret, et Descriptio-
 nem Decimae Papalis, Caroli Roberti Regis no-
 stri temporibus peractam, e tenebris erueret,
 haec de Physico nostro *Ioanne* pag. 25. ex ad-
 ducto coaeuo instrumento recitat: *Nota: quod*
Magister Ioannes Physicus et Canonicus soluit de tribus
annis, pro quolibet anno mediam Marcam, 30 grossos
pro media Marca computando.

2.) *Alexander Physicus*. Hunc Medici ordi-
 nis Virum, litteratum et honestum, Andreas
 Rex Belae III. Hungariae Regis filius e choro
 Clericorum ad Archiepiscopen Spalatensem,
 Hungariae dominio subiectam, An. 1217. euehe-
 re conatus est: sed malo Canonicorum dolo Rex
 optimus praepeditus, efficere haud quaquam po-
 tuit. Illam de *Alexandro Physico* hoc historiolum
 Thomas Archidiaconus Historiae Salonitanae
 Cap. XXVI. Scriptor. Rer. Hungaric. Tom. III.
 edit. Schrandtner. pagg. 573. - 574. ita recen-
 set: *Itaque anno Redemptionis nostrae MCCXVII.*
mensis

*mensis Augusti XXIII. die aduenit Andreas Rex ad ciuitatem Spalatensem. — Quum aliquantam moram faceret praeparando nauigium, Bernardus Archiepiscopus mortis debitum soluit. Protinus autem Rex misit ad Canonicos Spalatenses, rogans et consulens, ut eligerent de Clericis, qui circa ipsum erant, maxime quidem instabat pro quodam Alexandro Physico, qui erat Vir litteratus et honestus, per quem Ecclesiae poterant multa commoda prouenire: sed non fuit petitio Regis admissa, quoniam alioversum tendebat intentio seniorum. Tantane ergo potuit esse Cleri renitentis temeritas, ut Regis sui supplicationibus surdas praebuerit aures? Spretis Regis precibus, salubribusque consiliis, qua astuta cauillatione in eligendo alio praeter *Alexandrum Physicum* nouo Pontifice mox vli fuerint Canonici Spalatenses, sequenti Cap. XVII. idem bonae fidei vbertim enarrat historicus.*

3. *Bartholomaeus Chrysaeus* tribus his ordinis Sacri Medicis Doctoribus, Viris singulari dignitate conspicuis, Medicorum latifundia pro more temporum illorum: populantibus, adiungi loco hoc meruit, qui circa an. 1582. in Libera Regiaque Ciuitate Montana Schemnitzienfi non sine celebritate nominis Medicinam fecit. Exstat doctissimi Viri huius singularis prorsus de affectione hysterica Obseruatio Medica, quam per litteras Schemnitzii in Hungaria an. 1582. signatas cum Abrah. Seyllero, Medico Vratislauenfi amice communicauerat hunc in modum: „Cum „patricius iste Schemnitzienfis — — Quaedam „ex Magnatibus nostris postquam feliciter peperif-

„perisset, et per tres septimanas sufficienter
 „purgata fuisset, suffocatione matricis laborare
 „coepit, ita vehementer, vt nisi debitis reme-
 „diis fuisset adiuta, vitam cum morte commu-
 „tasset. Hoc esse contra Galeni doctrinam ma-
 „nifestum est. Nam conuenit inter Medicos
 „omnes, prout Galenus asserit VI. de Loc. af-
 „fect. hunc affectum magna ex parte viduis eue-
 „nire, hisque maxime, quae cum antea purga-
 „rentur ac parerent, atque virorum concubitu
 „gauderent, iis omnibus priuantur. Ex quibus
 „conicere possumus, quod ob retenta menstrua,
 „vel ob semen cohibitum mulieres vteri suf-
 „focatione cruciantur. Ex his Galeni verbis
 „elici potest, duas esse saltem suffocationis vte-
 „ri causas vel mensium, vel seminis retentio-
 „nem praeter naturam. Vnde ergo Magnificae
 „huic Feminae strangulatio vteri prouenerit,
 „merito inquirendum, quum nec seminis nec
 „mensium abundantia fuerit in causa, utpote
 „quae et peperit, et post partum optime purgata est.
 „Ergo statuendum, non fuisse veram suffocationem,
 „sed potius vteri a sua sede motionem et ad-
 „scensum ad superiora. Maritus enim non ex-
 „spectato tempore verae et exactae purificatio-
 „nis, quae in lege Dei praecipitur, octauo die
 „a partu cum ea rem habuerat, qui cum alias
 „sit Arthriticus, frigidum et morbosum habere
 „sperma nemini dubium. Quare vterus antea
 „ex partu debilitatus, laxatis ligamentis vel lo-
 „co motus fuit, vel ex frigido spermate intem-
 „perie frigida affectus. Vnde strangulationem

„illi superuenisse credibile est. Peto autem ob-
 „nixius, quid de hysterico isto symptomate sit
 „sentiendum, mihi paucis declarari verbis,
 „quod quidem mihi futurum est gratissimum. Be-
 „ne vale Datae Schemnizii, an. 1582.“ Haec
Barthol Chryseii nostri Epistola legitur inserta Io.
 Cratonis Epistol. Medicinal. Libr. VI. Francof.
 an. 1671. in 8. edit. pag. 585. Responsorias
 Abrah. Seylleri ad Chrysaemum litteras, cui vo-
 lupte fuerit, ibidem subnexas legere poterit.

4. *Christophorus Gallus*, Mathiae Coruini aetate in Hungaria Medicus, Italica gente satus, cui Ianus Pannonius Noster tale posuit epitaphium, Epigrammatum suorum pag. 251. edit. Budens. an. 1754. in 4.

*Nomine Christophorus fuerat, cognomine Gallus,
 Cuius in hoc tumulo condita membra iacent.*

*Heu quantum distat natali a sede sepulchrum,
 Pannonia exstinxit, Bixia progeniuit.*

*Saepe colos medica fatales arte morantem
 Tres indignatae praeripuere Deae.*

5. *Carolus Clusius*, Atrebas, indefessus ille in orbe Medicorum rei herbariae cultor, instituta per Germaniam, Galliam, Hispaniam, Portugalliam, Angliam peregrinatione Botanica, anno 1570. Eum Maximilianus II. Viennam euocauit, cui instruendi horti sui Botanici curam commisit, cum Is sumtibus Regiis, teste Ioachimo Camerario in Praefat. Horti sui Medici Francof. anno 1588. in 4. editi, ex omnibus terrae regionibus selectissima quaeuis simplicia conquirenda iuberet, *Clusius* Pannoniam quoque nostram ingressus:

maxi-

maximam illius partem vna cum vicinis prouinciis peragrauit, multas plantas et stirpes rariores Hungaricas singulari cura collegit non solum in locis, quae faciles habuere aditus, sed etiam in summis summorum alpium superciliis, vt in quibusdam per niuem glaciali duritie constrictam, ferreis vncis ad pedes adligatis, eidem delabendum fuerit; illasque iconibus 353. scite effabricatis et naturali vt plurimum formae respondentibus expressit, aptis nominibus Hungaricis donauit, habitaque temporis ratione, quo mense planta vel florem, vel fructum, vel semen ferat, sollerter adnotauit. Et haec a nobis dicta breuiter, optime cognosci poterunt ex illo bonae frugis Clusii opere Botanico, quod *Rariorum aliquot Stirpium per Pannoniam, Austriam et vicinas quasdam prouincias obseruatorum Historiam IV. Libris expressam* inscripsit, Antuerpiae an. 1583. in 8. editam, in cuius calce adiectus conspicitur *Stirpium Nomenclator Pannonius*, ibidem Antuerpiae anno subsequente 1584. in 8. excusus, Nomina plantarum et stirpium Hungarica continens, mox a Cvittingero in specimine Hungariae Litteratae interpretatione Germanica auctus, et pagg. 52. et seqq. ad prelum reuocatus. Meruit omnino, vt tantae huius sollertiae, quam in hoc studii genere eruditissimus *Clusius* adhibuit, gloria sempiterna apud Hungaros conseruetur memoria, et nobile eius in describendis plantis Pannonicis studium ciues nostri aemulentur, et idem institutum sedulo vrgeant, similibusque monumentis plantas Hungariae indigenas aequae atque

que alias rariores sollicitius ad posteros transmittant.

6.) *Franc. Ern. Brückmannus*, Medicus practicus Wolfenbüttelensis, homo peregrinus, ob id vnice hic a nobis commemorandus, quod rem Hungariae litterariam singularibus illustrauerit speciminibus, dum maiorem Hungariae partem an. 1724. perambulasset:

I. *Specimen physicum sistens Historiam Naturalem lapidis nummalis Transyluaniae. Guelpherb. an. 1727. in 4. cum figg.*

II. *Specimen I. Botanico-Medicum exhibens fruticem Koszodrewina, eiusque Balsamum Koszodrewinowy Oley dictum. Brunswig. an. 1727. in 4. plag. 3 $\frac{1}{2}$. cum fig.*

III. *Specimen II. Botanico-Medicum sistens arbo-rem Limbowe Drewo eiusque oleum Limbowy Oley dictum. Brunswig. an. eod. in 4. plag. 2 $\frac{1}{2}$. cum fig.*

IV. *Observationes rerum Hungaricarum insertae Epistol. Itiner. Wolfenbüttel. ab anno 1728. ad an. 1744. in 4. cum figg. edit. Centur. I.*

1.) *De Chrysocolla Hungarica Neosoliensi, Epist. II.*

2.) *De bellariis lapideis Liptouiensibus Hungaricis, Ep. III.*

3.) *De quibusdam auratis Hungariae lapidibus, Epist. XI.*

4.) *De frutice Carpati Hungarico Koszodrewina et arbore Limbowe Drewo, Epistola XXIII.*

5.) *De*

- 5.) *De Memorabilibus Sempronienſibus*, Epist. XXXV. et XXXVI.
- 6.) *De Memorabilibus Poſonienſibus*, Epist. XLVIII.
- 7.) *De Memorabilibus Tirnauienſibus*, Epist. LXI.
- 8.) *De Chamae ceraſo Hungarico et ſalice orientali Daudis*, Epist. LXXI.
- 9.) *De Memorabilibus Montis Regii in Hungaria*, Ep. LXXIII.
- 10.) *De Memorabilibus Schemnitzienſibus in Hungar.* Ep. LXXIV.
- 11.) *De Memorabilibus Cremnitzienſibus in Hungar.* Ep. LXXV.
- 12.) *De Memorabilibus Neofölienſibus in Hungar.* Ep. LXXVI.
- 13.) *De antris draconum Liptouienſibus*, Ep. LXXVII.
- 14.) *De Memorabilibus Comitatus Liptouienſibus*, Ep. LXXVII.
- 15.) *De Memorabilibus Kéſmärkinis in Hungar.* Ep. LXXXVIII.
- 16.) *De Montibus Carpaticis in Hungar.* Ep. LXXXIX.
- 17.) *De Memorabilibus Leutſchouienſibus et Dobſchinenſibus in Hungar.* Ep. XC.
- 18.) *De Memorabilibus Szomolnokenſibus*, Ep. XCI.
- 19.) *De Memorabilibus Eperienſibus*, Epist. XCII.
- 20.) *De Salisfodinis Soovärienſibus*, Epist. XCIII.

21.) *De*

21.) *De Memorabilibus Szent-Iuánensibus*, Ep. XCIV.

22.) *De Memorabilibus Trenchinensibus*, Ep. XCVI.

23.) *De vinis Hungaricis*, Ep. XCVII.

24.) *De Pannoniae aquis Mineralibus*, Epist. XCVIII.

25.) *De Memorabilibus Hungaricis*, Epist. XCIX.

26.) *De Scriptoribus Rerum Hungaricarum*, Epist. C.

Centur. II. *Additamentum ad Histor. Natur. Lapidis nummalis Transilvaniae*, Epist. VIII.

V. *Relationes Rerum Hungaricarum Annalibus Physico-medicis Vratislaviensibus intertextae*:

1.) *De Salisfodinibus Soouáriensibus in Hungaria*, Tentamine XXX. pag. 630.

2.) *De Thermis Vibnensibus in inferiori Hungar.* Tentam. XXXI. pag. 54.

3.) *De thermis Sklenensibus*, German. *Glashütten dicitur*, in infer. Hung. Ibid. pag. 55.

4.) *De thermis sulphuratis Leibitzensibus*, Ibid. pag. 57.

5.) *De puteo animalibus lethali prope Thermas Ribarienses*, Ibid. pag. 148.

6.) *De hospitalitate Hungarorum, et Lapide nigro*, *Tšermi-Kamen dicitur*, in Comitatu Aruensi, Ibid. pag. 149.

7.) *De esu carnis porcinae, inter Hungaros causa dysenteriae*. Ibid. pag. 150.

- 8.) *De specie cucurbitae in Hungaria, Lopótök adpellatae, Ibid. pag. 151.*
- 9.) *De tubervis terrae Szarvas-gomba hungarice dictis in Comitatus Liptouiensi et Scepusiensi prouenientibus, Ibid. pag. 283.*
- 10.) *De Theriaca Hungarorum Liptouiensi, Ibid. pag. 286.*
- 11.) *De praecaltis Carpati montibus in Hungaria, Tentam. XXXII. pag. 401.*
- † 12.) *De draconibus Belgradiensibus in Hungar. Ibid. pag. 509.*
- 13.) *De fermento, quo mulieres Hungaricae in coquendis panibus utuntur, Ibid. pag. 511.*
- 14.) *De Valachorum pane Male adpellato. Ibid. pag. ead.*
- 15.) *De annonae et victualium an. 1724. in Hungaria vilitate, Ibid. pag. 512.*
- 16.) *De pascuis Hungariae praepinguibus, Ib. pag. 513.*
- † 17.) *De alendis barbis, comis nodosis, Hungarorum, Ibid. pag. 514.*
- 18.) *De diebus calidis et noctibus frigidis in Hungaria, Ibid. pag. 515.*
- 19.) *De antris Draconum Liptouiensibus, Ibid. pag. 629.*
- 20.) *De lentibus lapideis Hungaricis in Comitatu Liptouiensi, Tentam. XXXIII. pag. 68.*
- 21.) *De Zingaris, et eorum viuendi genere in Hungaria, Ibid. pag. 69.*
- 22.) *De Mumia Cleopatrae Pofoniensi, Ibid. pag. 192.*

23.) *De*

- 23.) *De caepis et alliis Hungarorum*, Ibid. pag. 194.
- 24.) *De piscatura Nitriensi in Hungaria*. Ibid. ++ pag. 195.
- 25.) *De VII. ciuitatibus Hungariae inferioris Montanis*, Ibid. pag. ead.
- 26.) *De aurifodina Cremnitziensi*, Ibid. pag. 309.
- 27.) *De auri et argenti fodinis Schemnitziensibus*, Tentam. XXXIV. pag. 443.
- 28.) *De cupri fodinis Neosolensibus*, Ibid pag. 521.
- 29.) *De auri fodina Montis Regii in Hungar. infer.* Ibid. pag. 648.
- 30.) *De Rugganzensibus, Belensibus et Szibethensibus fodinis in inferiori Hungar.* Ibid. pag. 649.
- 31.) *De Cinnabaris et argenti viui fodinis Sclanensibus in Hungaria*, Tentamine XXXV. pag. 82.
- 32.) *De Cupri fodinis Szomolnokensibus*, Ibid, pag. 198.
- 33.) *De fonte animalibus lethali Szent-Iuánensi in Hungar.* Ibid. pag. 343.
- 34.) *Specificatio plantarum siluestrium et vegetabilium, statis temporibus in Hungaria florentium*, Tentamine XXXVI. pag. 474. et 574.
- 35.) *De usu fructus arboris Sumach in Hungaria*, Ibid. pag. 572.

VI. Obseruationes Miscellaneis Physico-medico-mathematicis Illustris Büchneri insertae:

1.) *De melonibus hungaricis. Vol. III. pag. 60.*

2.) *De pecoribus cornutis, butyro, caseo, hungaricis. Ibid. pag. 66.*

VII. *Obferuatio Commercio litterario Novico adiecta:*

De lapide nummali Transilvaniae. Vol. IX.

Pudere omnino debet ciues reipublicae nostrae litterariae Hungaricae, si a *Browniis, Tolliis, Clusiis, Bruckmannis, Marsiliis, Scopoliis* et aliis huiuscemodi hominibus peregrinis, occasionem de Patria litterata sua bene merendi, sibi eripi patiantur in posterum!

ARTICVLVS IV.

CONRAD (Andreas) Parentibus honestis et nobili profapia oriundis in Libera Regiaque Superioris Pannoniae Ciuitate, Iaurini, die 15. Dec. an. 1724. natus est. Singulari Parentum suorum cura et beneuolentia non solum inde a teneris annis et domi et publice vniuersa, quae ad fundamenta sacrae religionis, bonos item mores et artes liberales pertinent, ex fideli institutione atque exemplis addiscendi occasionem nactus est, verum etiam aetate prouectiore omnia accepit, quae in rationes studiorum suorum, atque commodum vitae genus necessaria eidem fuerunt. E gymnasiis patrium, Trencheniense dein, post etiam Pofoniense aliquamdiu frequentauit, vsus in his Viris docendi peritia maxime illustribus, altero quidem scholae

pa-

patriae Rectore, et Sacrorum simul Antistite, M. Iosepho Torkos, mox coetus euangelici Sempronienſis paſtore; altero Ioanne Tomka Szafzky, olim gymnaſii Poſonienſis Rectore meritiffimo. Sub horum manuſductione, poſitis, quae ad altiora ſternunt viam, ſtudiorum fundamentis, firmiter ſtatim animum ſuum Medicinae addiſcendae dicauit, atque hunc in finem a Dauide Gümöri, Medico Patriae feliciffimo, multa egregia monita ac ſubſidia ad ſalutare illud ſtudium conferentia accepit, venerabili demum Parentum ſuorum indulgentia, atque excellentium aevi ſui Medicorum Iuſti Ioan. Torkos, et Ioan. Wallafzky conſilio adiutus an. 1743. Halam Magdeb. ad ſtudia laudabili propoſito inchoata feliciter proſequenda conceſſit; heic loci Profeſſorum ac Doctorem academicorum inſtitutione ſtudiis partim philoſophicis, mathematicis et phyſicis, partim etiam medicis, uſus quippe in hiſce, Schulziis, Boehmeris, et Baſſiis, per biennium ſedulo operam nauauit. Exaeto annorum horum decurſu, an. 1745. in Almam Georgiam Auguſtam digreſſus eſt, in quo Muſarum Parnafſo vt nihil deeſt, quod ad excolendas artes liberales et ſcientias pertinet, ita artis medicae curriculum, cum primis ſub celeberrimis Profeſſoribus noua induſtria per triennium pro voto abſoluit. Hic quidem G. G. Richterum, et Albert. Hallerum, M. Britannie archiatros, et conſiliarios aulicos, illum quidem Practica in aphoriſmos Boerhauianos, et praefcribendarum Formularum artem tradentem,

ac priuata disputandi, et clinica exercitia moderantem, hunc in Botanicis, anatomicis, et physiologicis praelectionibus magno cum emolumento et fructu audiuit. Reliquas quoque institutiones artis salutaris ambitum absoluentes partim apud Andream Segnerum, magnum illud Patriae nostrae Decus, et ornamentum, Regi Borussiae a consiliis aulicis, partim apud Io. Godofred. Brendelium, ordinis medici Virum praestantissimum; e quorum praesertim quotidiano humanissimo conuictu, et familiari conuersatione plurimum profecerat. Vniuersum itaque medicae Disciplinae campum laudabiliter Noster emensus, dum ad summos Doctoris medici adspiraret honores, ad amplam de profectibus ingenii egregii et doctrinae existimationem publice confirmandam et orbi erudito declarandam, sub moderamine laudati Segneri Nostri pro Doctoris honoribus et priuilegiis obtinendis Dissertationem inauguralem Marte suo elaboratam speciminis loco publice propugnauit, et luci publicae exposuit. Vt autem honorificum hoc Doctoris nomen an. 1748. adeptum ipso facto comprobaret, in patriam ciuitatem reuertit, atque auspicato ibidem artis Apollinae fecit initium. Sed praegnantibus adductus rationibus non diu in ea statione sibi permanendum duxerat, collectis reculis an. 1750. Sempronium concessit ad salutarem artis scientiam crebriori vsu exercitationeque magis firmandam. Vix annuo spatio in hac vrbe exacto, insequente anno postero 1751. ad d. 30. Nov. in consortium inclitae Societatis

cietatis Naturae Curiosorum adscitus, honorifico Diodori III. cognomento cohonestatus est, et in causa Legati Genseliani, vt vocatur, Plenipotentarius renunciatus est. Dum scilicet Io. Adamus Genselius, Eques D. Marci, Physicus Sempronienis, et Regiae Scientiarum Borussiae Societatis Sodalis, testamentaria lege liberaliter paulo ante obitum constituisset, vt redundaturam ex legatis sex mille florenis vsuram Academia S. Rom. Imp. Naturae Curiosorum quotannis a Sempronienibus accipiat; vt itaque foenori locata haec pecuniae Genselianae summa eiusque fructus annuus rite apud Sempronienfes euraretur, ne nouis difficultatibus et impenis, vt ante quidem contigerat, oneraretur, tum actor curatorque causae huius testamentariae Conradus Noiter ab Academia laudata denominatus est: quam vero indefesso studio, fide, ac prudentia prorsus singulari, partes has in se susceptas accurauerit, Andr. Elias Büchnerus, Praefes, in Historia Acad. S. R. I. Leopoldino-Carolinae Nat. CC. Halae Magdeburg. an. 1755. in 4. edit. pag. 561. verbis his publice testatus est: *Oportet omni tempore aliquem Sempronii futurum, qui pari fide, pari prudentia, parique accuratone Legati Genseliani redditus nostros sibi habeat commendatos, ac praesens Viv Excellentissimus Du. D. Andreas de Conrad, poliater Sempronienfis celeberrimus, et Academiae nostrae Collega dignissimus. Nouis honorum accessionibus Conradum Nostrum cumulatam fuisse probe nouimus, quippe qui non modo in membrum Societatis electorals Lusaticae*

an. 1767, receptus, sed etiam anno sequenti 1769. poliater seu Physicus Ciuitatis Sempronienſis in locum Samuelis Küttl merito ſuo renunciatus eſt: quibus muneribus ad mortem uſque, quae in d. 18. Ian. an. 1780. incidit, rite deſunctus eſt. Filium erectae et mentis et indolis, *Iosephum Conrad*, reliquit an. 1756. in lucem editum, virtutum paternarum haeredem, qui poſteaquam an. 1779. omnium primus e numero Auguſt. Confeſſ. addiſtorum in Vniuerſitate ſtudioſum Vindobonenſi gradum Doctōris Medicinae obtinuiffet, inclita Naturae Curioſorum Societas non modo Legati Genſeliani adminiſtratoſtem conſtituit, ſed etiam Commembrum ſuum an. 1781. d. 20. Maii denominauit, atque honeſto Diodori IV. agnomine inſigniuit, Ciuitas uero Sempronienſis Medicum ſuum ordinarium oblato annuo ſtipendio delegit.

O P E R A.

- 1.) Diſſert. inaug. med. *De Depoſitionibus criticis*. Praeſide Andr. Segnero Götting. an. 1748. in 8. plag. 6. Accedit breuis Georgii Riſteri Med. Prof. *de Criſibus Veterum et morbis, proprioque iis tempore*.
- 2.) *Kurtzer Unterricht von den Wirkungen und nützlichem Gebrauche des Wolffſer Baades bey der Königl. Freyſtadt Oedenburg*. Sempron. anno 1772. in 8. plag. 1. Non prius exiguum Libellum hunc, *de Vu Thermarum Wolffſen-*

sensum concinnatum, e manibus deposuero, quam praecepta seu leges lauantium Versibus perscriptas vetustis loco hoc recitauero :

*Hic quicumque cupis medico de fonte hauri,
 Vt tibi proficiat, disticha parua lege!
 Quo melius valeas, leges seruare madentum,
 Non tibi purpurei desit arena Tagi.
 Ante tuum corpus praescripto tempore purges,
 Quam tu Paeonias ingrediaris aquas.
 Nec primum veniens totis utere diebus,
 Omni sed fugiens hora sit aucta dies.
 Non nimium caleas, nec te mala frigora laedant,
 Tempore membra laues conueniente tibi.
 Dumque salutifera feruens immergeris unda,
 Pertingant fauces nulla alimenta tuas.
 Inualidum certa corpus ratione gubernes,
 Quin etiam morbi maxima cura tui.
 Lotus ubi egrederis, calido velamine cinge,
 Non frigus noceat, transeat aura poros.
 Cinctus ubi exieris, madeas sudore fluenti,
 Et dormire queas, tegmina plura cape.
 Membra leuans, tenui sudorem abstergito tela,
 Ire lubet: modice pocula fume, cibos.
 Quae uatura cibi, et quantum meminisse iuuat, quae
 Thermarum vires impedisse solet.
 Nec prius ingrediare, nisi hunc concoxerit ante,
 Fercula sumta tibi nulla pericla ferant.
 Et Venus eneruat corpus, mentisque vigorem
 Opprimit: admonitus plurima damna caue.*

- 3.) *Observationes Physicae, Medicae, Mathematicae*, quarum pleraeque Nouis Naturae Curiosorum Actis destinatae tuere, manserunt ineditae, Fili haud degeneris Iosephi curae relictae; a quo sequentia iam etiam publicata fuisse accepimus opuscula:
- 4.) *Philosophia Historiae Naturalis, specimen inaugurale*. Viennae an. 1779. in 8. plag. 6. Honoribus Patris sui, Andreae Conradi, nuncupata.
- 5.) *Ueber Verbindung und Zusammenhang des systematischen und historischen Studiums der Naturgeschichte*. Id est, de Studio Historiae naturalis methodico et physico inuicem combinando. Legitur in Scripto litterario periodico Windischiano, *Vngvisches Magazin* nuncupato. Tom. I. partic. 1. num. 5. pag. 36. seqq.
- 6.) *Bemerkungen über die Entomologie überhaupt, nebst Beyträgen zur Kenntniß der um Oedeaburg befindlichen Insekten*: id est, De Entomologia, insectisque Sopromensibus. Ibidem. Tom. II. part. I. num. 2. pag. 5. seqq. Plura singularis Viri eruditi iuuenis indutria nobis promittit opuscula edenda.

En, accipe L. B. reliquorum quoque, praeter duos Conrados hos, omnium, quot quot Hungaria nostra tuo vnquam gremio fuit, Collegarum Academiae S. R. Imp. Nat. Curiosorum Nomina et Agnomina academica, Patriam, munerum dignitatumque rationes, et dies denique

que et annos, quibus tam humanis, quam academicis rebus interesse coeperunt, atque desierunt; singula secundum temporum ordinem, quo quisque ad inelitam eam societatem litterariam accessit, velut in Tabula hac descripta:

Mart. Christoph. Metzger, poliater primum Pofoniensis, deinde Ratisbonensis, Archiepiscopi Salisburgensis, aliorumque Principum Confiliarius, et archiater, natus Viennae Pannoniae prid. Non. Sept. an. 1625. receptus in Academiam Nat. CC. an. 1689. d. 19. Sept. † Ratisbonae anno 1690. die 9. Mai. dictus *Phoenix II.*

Io. Frideric. Kebrn, Ducatus Styriae, et Ciuitatis Graecensis Physicus, Medicaeque Facultatis Vindobonensis Membrum, tandem Physicus Varasdinensis in Croatia, adscriptus in Academiam Nat. CC. an. 1693. d. 24. Iul. adpellatus *Sethus I.*

Dan. Guilielmus Moller, primo Subrektor Gymnasij Pofoniensis, dein Historiarum et Metaphys. Professor P. O. in Academia Altorfina, et tandem Comes Palatinus Caesar. natus Pofonii Hungariae inferioris Metropoli an. 1642. d. 26. Mai. Academicus Curiosus cretus an. 1694. d. 7. Ianuar. † an. 1712. d. 25. Februar. nuncupatus *Solinus I.*

Carolus Rayger, Pofoniensis, Physicus ibidem, et diuersorum Regni Hungariae Optimatum archiater, recept. in Academ. an. 1694. d. 24. Decemb. † an. 1707. d. 14. Ianuar. cognominatus *Philo II.*

Io. Baptista Gründler, Incliti Comitatus Vngvariensis in superiori Hungaria Physicus prouincialis, Academicus Curiosus renunciatus an. 1701. d. 11. Aug. dictus *Marbodaeus*.

Io. Adam. Gensel, Eques D. Marci, ac Lib. Regiaeque Ciuitatis Sempronienfis, et Comitatus Castriferrei Physicus, natus Sempronii anno 1677. die 26. Oct. receptus in Academiam anno 1712. d. 1. Febr. † anno 1720. d. 31. Aug. nuncupatus *Diodorus I.*

Sam. Köleferi de Keres - Eer, Debrecinensis Hungarus, Practicus primum metropolitanus Cibiniensis, mox Incliti Gubernii Secretarius, tandem Praesidiorum Caesareo-Regiorum in Transilvania Medicus prouincialis, nec non vniuersae Rei metallicae per Transilvaniam supremus Inspector, et nouissimae Caesareo-Regiae Maiestatis Consiliarius, natus an. 1663. d. 17. Nou. receptus in Academiam Nat. CC. an. 1719. d. 18. Octobr. † an. 1732. d. 21. Dec. cognominatus *Cbrysippus I.*

Io. Adam. Rayman, Physicus Eperiesiensis, natus ibid. an. 1690. † an. 1770. d. 23. Apr. adsociatus Academiae an. 1719. d. 18. Oct. dictus *Aristophanes*.

Daniel Fischer, poliater Kesmarkiensis, vt et Comitatum Liptouiensis et Scepusiensis Physicus prouincialis, nec non Episcopi Magno-Varadiensis, mox Primatis Regni, Comitum Nicolai Csaky, archiater, natus Kesmarkini anno 1695. d. 9. Nou. adgregatus Academiae anno

1719. d. 18. Octob. † anno 1746. nuncupatus est *Caius*.

Georg. Sigism. Liebezeit, Nobilis Hungarus, Lib. Regiaeque Ciuitatis Sempronienſis Phyſicus, et Marchionis Brandeburgo - Byrutini archiater et Conſiliarius, natus Sempronii anno 1689. d. 11. Nou. Collega Academiae ſalutatus an. 1721. d. 24. Iulii † an. 1739. d. 30. Nou. adpellatus *Nileus*.

Car. Frid. Loewius, primo poliater Vindobonenſis, dein Sempronienſis, natus Sempronii an. 1699. d. 20. Mai. adſociatus Academiae an. 1724. d. 18. Oct. † an. 1741. d. 6. Nou. nomine inſignitus *Pittali*.

Io. Iacob. Neubold, Comitatum Neogradienſis et Comaromiensſis Phyſicus, vt et Medicus Caefareus prouincialis et praefidiarius Komaromiensſis, nouiſſime poliater Sempronienſis, natus Sempronii an. 1700. d. 28. April. adgregatus Academiae an. 1729. d. 24. Mart. Praefidi adiuñctus ſalutatus an. 1735. d. 10. Dec. † an. 1738. m. Mai. cohoneſtatus nomine *Apollophanis II*.

Io. Theoph. Windiſch, Phyſicus Baſiniensſis, dein Practicus Poſoniensſis, natus Poſonii anno 1689. d. 16. Aug. adſociatus Academicis Curioſis an. 1729. m. Iun. ſalutatus *Hierax*.

Ioan. Wallaſzkai, Medicinae Practicus primum Vindobonenſis, dein Poſoniensſis et nouiſſime Peſthienſis, natus in villa Atſa Comitatus Peſthienſis an. 1709. d. 14. Sept. receptus in
Aca

Academiam an. 1736. d. 27. Febr. † an. 1767. d. 15. Sept. insignitus est nomine *Columbi*.

Sam. Drauth, Medicinæ Practicus Coronensis in Transilvania, adlectus inter Socios academicos an. 1738. d. 30. Mart. inopina morte extinctus Mense Sept. anno eodem, dictus *Chrysius II*.

Io. Albrich, Medicinæ Doctor Practicus, et Adfessor Senatus Coronensis in Transilvania, Academicis Curiosis adnumeratus an. 1740. d. 14. Mai. † an. 1750. *Chrysi III*. agnomen impositum.

Io. Thomas Degenhard, Lib. Regiæque Ciuitatis Sempronensis Physicus, in Socium Academiae electus an. 1742. d. 14. Apr. † an. 1751. d. 18. Oct. cognominatus *Diodorus II*.

Io. Daniel Perlitzi, Nobilis Hungarus, Regiæ Borussicæ Societatis Scientiarum Sodalis, Comitatus Neogradiensis Physicus, natus Kesmarkini in Scepusio an. 1705. d. 29. Oct. inter academicos Sodales relatus an. 1742. d. 20. Dec. nuncupatus *Archimedes IV*.

Georg. Christian. Maternus de Cilano, Pofoniensis Hungarus, Philosophiæ et Medicinæ Professor Altonauensis, Comitatum Pinnebergensis et Rantzouiensis Medicus prouincialis, Altonauensium poliater, Collegii Anatomici ibidem Director, nouissime Antiquitatum Graecarum et Romanarum Professor, et Gymnasii academici Director, Reg. Hafniensi Scientiarum Societati adscriptus, natus Pofonii an. 1696. d. 18.

d. 18. Dec. receptus in Academiam Curiosorum an. 1745. d. 20. Aug. † an. 1773. d. 9. Jul. titulo decoratus *Menander II.*

Dau. Sam. Malui, Nobilis Hungarus, Ducis Saxo - Martisburgensis, nec non Principis Anhaltino - Cöthenfis archiater et Consiliarius aulicus, Orphanotrophus Hailensis Practicus, in Guffen et Seeburg Dominus hereditarius, natus in Lib. Regiaeque Ciuitate montana Schemnitzii an. 1709. d. 4. Ian. Sodalis Academiae adscriptus an. 1745. d. 24. August. † an. 1780. d. 2. Jul. cognomen Academici adeptus *Hermes V.*

Adamus Molnar, Nobilis Hungarus, Practicus primum Claudiopolitanus, dein Principis Valachiae archiater, postea po'iater Coronensis in Transilvania, natus in vico Comitatus Castris Ferrei Tresztyénfalua an. 1716. d. 24. Dec. Academiae Nat. CC. adgregatus an. 1747. d. 4. Dec. † an. 1780. m. Nou. Academicum nomen gefit *Marcellus II.*

Io. Michael Hofinger, Physicus Regius in Transilvania et Reip. Cibiniensis in arte obstetricia Magister, natus Viennae an. 1723. d. 23. Nou. Academicis Curiosis adnumeratus anno 1755. die 10. Octob. titulo ornatus *Philomus III.*

Georg. Zacharides, Med. Doct. Practicus, Comitatus Zolienfis, et Lib. Regiaeque Ciuitatis Necsolenfis Physicus, albo Academicorum Curi-

Curiosorum inscriptus an. 1769. salutatus *Aristophanes II.*

Io. Paterfön Hain, Med. Doctor, celebris Eperiesiensium seculo superiore poliater, ibi vita functus, honorarium et laboriosum Academiae Caesareae Nat. Curiosorum Commembrum: ut et sequentes, quae observationibus suis rite captis Acta Societatis illius litteraria etiam locupletarunt.

Andreas Loewius, Nobilis Hungarus, poliater Sempronienfis, natus ibidem an. 1677. † an. 1710.

David Spielenberger, Lib. Regiaeque Ciuitatis Leutschouienfis elapso seculo superiori et poliater et Iudex primarius, nec non Comitatus Scepusienfis Physicus prouincialis.

Georg Vette, Graudentii natus an. 1645. d. 30. Oct. Cibinii in Transilvania pharmacopola, insignis Botanicus † an. 1704. m. Mart.

Christoph. Ausfeldius, Ducis Saxo-Altenburgici archiater, mox Medicus Caesareus in Hungaria castrenfis, tandem Szegedini urbe Comitatus Csongradienfis poliater, † anno 1715. m. Aug.

Samuel Slotze, Med. Doctor practicus, et Physicus Cibiniensis in Transilvania, † an. 1730. m. Octob.

Stephanus Wefzpremi, Lib. Regiaeque Ciuitatis Debrecinensis ab an. 1768. d. 4. Aprilis Physicus ordinarius, et Societatis Lipsicae Scien-

entiarum Iablonouianae Socius, an. 1780. d. 29
Dec. electus.

Franciscus Kereštví, Hungarus, Anatomiae
et Chirurgiae Professor publicus ordinarius in
Vniuersitate caesarea Mosquensi, Academicis
Curiosis adgregatus an. 1781. dictus *Callisthenes*.

Huiusmodi vero honor tam eximius ab
illustri hac Naturae Curiosorum Societate non
confertur nisi Viris, ingenii acumine, doctrinae
excellencia, longinquo rerum usu, atque ex-
perientia, laborisque industria clarissimis, et
qui non modo curandis aegrotis numeros suae
professionis implere student, sed qui simul am-
plissimo rerum naturalium studio curiosius dediti,
et nunquam otiosi, siue splendidos illos coeli
orbes, siue admiranda cuiusque generis anima-
lium agmina, siue praetiosos abditosque terrae
ac montium thesauros, siue varias plantarum
structuras ac delicias, siue inexhaustas aquarum
scaturigines ac virtutes, siue quaecunque alia,
quae coelo, quae aere, quae terra, quae ma-
ri, aut continentur, aut fiunt, haud obiter in-
tuentes, vbique id, quod verum, quod scitu
pulchrum, quod necessarium esset, ac salutare,
curatius inuestigant, orbi litterato bona fide
detegunt, atque hac ratione cunctis mortalibus
Deum praesentem demonstrantes, communem
humani generis salutem promouent.

ARTICVLVS V.

CZEGLEDI (Ioannes) Oppidum laxum, in agro Prouinciae Pesthienſis Czegledinum huic ortum: ſimulque cognomen tribuit, qui parentibus honeſtis, ſed pauperibus ibidem in hanc mundi lucem editus: ad quos ſubleuandos quoniam ſacro munere nihil tum putabatur abundantius, huic a parentibus vouebatur, eamque ob rem in patrio ludo litterario, idoneo tradebatur Magiſtro erudiendus. Exactis mox in nobilioribus Hungariae et Tranſilvaniae ſcholis magna cum induſtriae litteris humanioribus impenſae adoleſcentiae annis, ad exterarum orarum prouehendae doctrinae cauſa profectus eſt, Vittebergae Saxonum an. 1589. conſediſſe, et in Album ſtudioſae iuuentutis Leucoreae nomen ſuum inſeruiſſe, Matricula Vittebergendiſis Nationis Hungaricae abunde teſtatur, quam quia tato ſatis felici in manus noſtras perueniſſe, alibi quoque iam inuimus, integram ex ea in hanc rem placeat exſcribere pericopen: *Martino Thurio ſeniore XL. an. 1589. ſequentes fuere excepti: Iohannes S. Czegledius, qui itinere germanico conſecto in Patriam reuerſus, mox italicam quoque peregrinationem ſuſcepit. Mich. Varadinus Vittebergae hic mortuus, Andr. Vngvari, Petrus Bakai, Matthaeus Dobvai, Thomas Eſterhaz Galanthenſis Nobilis, Georg. Comaromius, Laurent. Thurius, Ioh. Tantzus Debrecinus.* Hoc in celebri Muſarum emporio non minus Philoſophiae et Theologiae, quam etiam Medicinae parti, quae morbis me-

de-

detur, non postrema cura vacauit, indeque magna cum laude et existimatione redux, contigit ipsi operam suam maximopere probare non nullis viris patriae illustrioribus, quorum adhortationibus et profusa liberalitate excitatus, mox alteram quoque in Italiam suscepit peregrinationem litterariam. Quo ex itinere feliciter denuodum in patriam tellurem reuerteret, votis suorum suorum, inter quos praecipuis Balthorios coluit, respondere summo studio adlaborauit. Dum itaque Nobilissimi Adolescentis Gabrielis Bathori, Stephani Filii, orphani, ex antiquissima Dacorum prosapia oriundi, et, ut ipse erat, ad solium Principum Transilvaniae mox euehendi, cura educationis Eidem committeretur, ut scilicet erectae indolis Iuuenis iste seuerioribus studiis bonisque moribus imbueretur, ita fideliter honorificam et pinguem hanc oblatam sibi prouinciam exornauit, ut non habuerint tutores quidquam, quod in ingenuo hoc praecceptore reprehensione dignum censerent. Hoc mox potissimum merito id quoque consecutus, ut Etsedini, loco nobili, gentis Bathoriae heredis, ministerio sacro cum luculenta eaque opima conditione admoueretur, qua in statione summa suorum beneuolentia semper usus ad finem usque vitae perseverauit, ductaque subinde vxore familiam auxit. Sed quo feruore, qua prudentia et dextertate uerbi diuini praecconis partes explere nouerit, ex eo saltem facile intellectu est: quod venerabilis quoque Fratrum in ea uicinia constitutum Contubernium

vnanimi omnium consensione suum elegerit Praesidem, quem Seniore[m] Tractus adpellitare hodie[m] moris est, vt testis est Historia Eccl. Reform. in Hungar. et Transilvania, a Frider. Lampe adornata, pag. 623. *Tractus Venerab. Közép-Szolnokiensis Seniorum nomina sequentia sunt: Num. 5. talia leguntur: Iohannes Czeglédi, Pastor Ecclesiae Etsediensis et Senior, Anno 1629.* Virum hunc ab omni Scientiarum genere instructissimum Medicinae quoque peritia existisse inclitum, publico indubie constat testimonio, talibus enim in Exequiis Principalibus, seu concionibus Parentalibus in Susannam Károli, vxorem Seren. Transilvaniae Principis, Gabrielis Bethlen, ipso exequiarum die, Kal. Quintilis, an. 1622. dictis. Albae Iuliae an. 1624. in 4. iussu Principis foras editis. Libr. II. pag. 85. condecoratur elogiis: *Ioh. Czeglédi in omni disciplinarum genere nemini secundus, Philosophiae. Medicinae, atque Linguarum peritia celeberrimus, Antistes Ecclesiensis, quum cadauer Ser. Principis Susannae Karoli, vxoris Gabrielis Bethlen, ex hypocausto, quo per integrum mensem delituerat, elatum est, atque in planctus domicilio (Castro doloris) depositum est, suggestum conscendit, et eruditissimum instituit sermonem, vt manarent Auditoribus lacrymae ad verba disertissimi concionatoris.* Quanta apud Optimates Regni, Gabrielem imprimis Bethlen Principem valuerit gratia, non vano inde saltim colligitur indicio, quod Heros iste Magnanimus, in articulo mortis constitutus centum numos aureos, et cantharum maioris molis ex solido

argento conflatum testamento Ei legauerit; quae quia dispositio testamentaria phylliras quinque complexa in Arce Varadina die prima Sept. an. 1629. signata, singularia continet rerum patriarum aeuo illo gestarum momenta, lubet non nulla duntaxat in nostras has eo, quo scripta sunt, sermone vernaculo referre tabulas: Hagyk az Országnek Portáira tartozó ajándékira Aranyot mindenestül - fogva tizenhárom ezeret: Husz ezer sallért; tizenket lotos ezüstöt, harmad - fel száz gyrat.

Romai Császárnak eö Felsőgének.

Edgy Lovat mentöl jobb és szebb talíttatik az Ifjállómiban. Edgy szederjes bársony gyöngyel füzött köves nyerget: Edgy szederjes bársony gyöngyel füzött Czafvangot. Edgy által tördeit arannyal bevert Lóra való szibjos újj szerszimat. Edgy bokor Türkéfes arany Kengyelt. Edgy arannyal bevert Robintos Ló orvára valót. Edgy Robintos, Jáspisos Ló nyakára való arany Vértet. Edgy jáspisos, gyöngyházas, Türkéfes mevü ezüst hüvelyü Palloft. Edgy arany és ezüst fonallal prémzett Lóra való Jakopot. Ezek-mellett edgy Robintokkal rakott tiszta arany Kupát, mellyet meg - mutattunk Gubernator Uram ötsémnek.

Ifjú Királynak eö Felsőgének.

Császárnak eö Felsőgének legalt Lóhoz illendő más jó Lovat, és ahoz tartozó edgy Türkéffel bevert Robintos köves Kírmény nyerget. Edgy Türké-

fec. Ló nyakára való Vértet. Edey bokor eziüst Kavány Kenyvelt. Chartae angustia prohibet, quominus reliqua quoque hic commemorare liceat, quae vel Regi huic Hungariae iuueni, vel Regi Sueciae, aut Electori Brandenburgico testamento legata sunt: adscribam tamen Catharinae Brandenburgicae vxori suae donatas.

Ferdelem Afzszonynak eo Felségének.

Ötven ezer Aranyat; ötven ezer Tallert; ötven ezer Forintot. De Gubernátor újsémnek Lelkésre le jeny kötve, hogy Férjhez menésig kezebe ne adja. Arany pohár székü eszközök-köszul; Tízta a ny Relintokkal rakott két Pohárt. Cetera non vacat enumerare Clenodia varii generis pretiosa, vt et Cimelia, supellectilia, vestes, possessiones, quae vel Serenissimae huic Principi Coniugituae, Amicis, Magnatibus, Nobilibus Viris, Subditis, verbi diuini Ministris, Scholisque pro munifica liberalitate sua testamento reliquit.

O P E R A.

- 1.) *Elso Prædikatio, mellyet Czegledi Iános Etsedi Predikátor, az Senior Fejér-Várat az Udvarba az Levél szinek alatt ad Castrum doloris az Test még helyben oda be az bolban lévén tot in frequenti Procerum ac Ordinum concursu die 29. Iunii an. 1622 Ex Apoc. XIV. 13. Beati, qui in Domino moriuntur. Est laudatio lugubris Sufar nae Károlyi, Sereniss. S. Rom. Imp. Transilvaniaeque Principis Gabrielis Bethlen*

len vxori. III. Kal. Quintil. an. 1622. in sede Principum Albae Iuliae recitata. Legitur illa in *Exequiis Principalibus* Albae Iuliae an. 1624. in 4. alph. r. pag. 10. typo impressis, Classe II, a pag. 140. ad 150. Exequiarum coremonialium Serenissimae Principis Cominae Susannae Karoli compilator, Caspar Bojthi, tales D. Iohanni Czegledio Oratori Nostro pag. 85. admensus est laudes sane non vulgares: *D. Ioannes Czegledi, Philosophiae, Medicinae, atque Linguarum peritia celeberrimus Antistes Ecediensis, eruditissimum instituens sermonem, comprobavit ex Veteri et Nouo Foedere, praeclarissimisque Philosophorum placitis, mortem etiam charissimorum aequo ferendam esse animo. Manuere nihilominus multis mortalibus lacrymae: ita enim disertissimus Viv consolationem animis imprimebat, vt eandem pro singulari ingeni ac eloqui dextevitate in plandum conuertere posset. Qui vbi dicendi apud audos tantae doctrinae audit. Non sine multorum genuitu fecisset finem etc.* Ad vitam defunctae Principis Susannae Karoli Bojthi us pertinere arbitratus est, Lib. I. pag. 12. etiam praeter alia commemorare, „Eam Kal. VIII. Sextil. „an. 1620. frequentissimo vniuersorum Regnorum Hungariae etc. assensu, vt cimitientiae quoque maritalis fieret confors, „Noquisolii, Ciuitate Regiomontana ad Electam, vt loqui amat, Regnalem fuisse sublimatam Maiestatem. Sed quum natura

„vini vsum auersaretur, gelida in potu a-
 „qua vteretur, frigidus humores in toto col-
 „legisse corpore, eam ob causam incidisse
 „in morbum, industriam Medicorum refugien-
 „tem — Sed temporalibus Medicorum ere-
 „cta subsidiis, in Transiluaniam, facto per
 „Cassouiam itinere, dum redire statuit, mox
 „in Oppido Bánfi Hunyad recidiuam morbi
 „vehementiorem sensisse: ea propter cum
 „peritissimi quique Medicorum ex edicto
 „aduolassent, et medicas admouentes manus
 „morbi vehementia nullum admittente cata-
 „plasma, parum profecissent, sacra prius
 „refocillatam eucharistia, IV. Idus Maii
 „piam Claudiopoli efflauisse animam etc.“

- 2.) *Az Nehai Felsőges Báthori Gábornak, Erdely Országának Fejedelmének, Szekelyek Ispánnjának, Magyar Ország részeinek Urának, tizenöt esztendővel egy bolnap 's hat nap héán az előtt, árultató szolgaitól, öldököltetett, és mind ennyi ideigh Föld szinén hagyatott Testének el-takarításakor az Báthori Templomban. Anno 1628. 21. Sept. Alvinci Péter, Cassai és Czeglédi Iános, Etsedi Prédikátorok által töt intések. Albae Iuliae impressit Iacobus E. Lignicensis an. 1628. in 4. plag. 5 1/2. Sunt duae Orationes sacrae funebres in obitum Principis Transilvaniae Gabrielis Báthori, a duumviris clarissimis, Petro P. Alvincio, Cassouiensium; et Ioanne Czeglédio Nostro, Etsediensium Verbi diuini praeconi-
 bus,*

bus, recitatae, quibus Epigramma elegans Reu. Auctorum honoribus dicatum praemisit Caspar Bojthy, et praefatione ad Ser. Principem Transilvaniae Gabrielem Bethlen directa adornauit Petrus P. Aluincius. Dum scilicet Gabriel Bathori Princeps ob dissolutos mores, et malam Transilvaniae administrationem a ciuibus desertus suis, a Turcis exauctoratus Magno - Varadinum se reciperet, a Matthia II. Rege Hungariae promissas sibi auxiliatrices copias praestolaturus, quibus aemulum imperii sui Gabrielem Bethlenium a Turcorum dominatore adiutum profligare posset, et id temporis a duobus Viris nobilibus Ioanne Szilasi et Gregorio Ladanyi, quorum vxores per vim stuprauerat, extra portam arcis Varadinae miserandum in modum interficeretur, cadauer Etsedinum mox deportatum quindecim fere annorum interuallo permaneret inhumatum, quoad Principis Gabrielis Bethlen indultu in splendidissima aede sacra Nyir Bathoriensi, vbi illustrissimae huius Familiae Mausoleum prostat hodie dum integrum, sollemni pompa tumularetur, tunc laudatissimi hi Viri in frequenti Hungariae et Transilvaniae Nobilium concursu funebres haec duas facundo ore recitauere Orationes. Laudationis suae lugubris thema Ioannes Czegledius noster depromsit ex Eccles. 1. v. 2. argumentis ex recta ratione et scriptura sacra petitis, et variis o-

mnis aevi historiis illustratis, dum mundum hunc innumeris vicissitudinibus et mutationibus obnoxium, et aliquando interiturum, contra Aristotelem Physicorum 8. et Galenum his loquentem verbis: *αὐτὴ ἰσότης ἡσθε αὐτὴ ἰσότης ἡσθε* aeternitatem illius statuentes, ex ipsa eiusdem fabricatione, pulcro satis ordine demonstrasset, adducto in hanc rem Io. Magiro, Physiol. Peripatet. Lib. II. adferente solem nobis nunc viciniorem esse 9976. miliaribus, quam fuit aetate Ptolemaei; nec non Augustino, referente stellam erraticam dictam Venerem temporibus Regis Ogygis et figuram et molem ac cursum quoque sibi praescriptum immutauisse; immo haud ita pridem, anno 1572. scilicet, stellam quampiam nouam in medio coelo adparuisse, quae Mathematicorum multum torserit ingenia: ipsa quoque medicamento- rum nonnullorum, eadem licet dosi propinatorum diuersas nunc prorsus esse agendi vires, quam fuisse olim apud veteres artis salutaris commemorantur interpretes: perinde vitam quoque humanam infinitis instabilis fortunae ludibriis, omni temporis momento expositam esse demonstrauit, confirmauitque id nouissime Iuulento Principis sui Gabrielis Bathorii in enormes mundi huius delicias irretiti, et mox infelicitate trucidati exemplo, dum ne ipsis quidem defuncti Heri sui Manibus hunc in modum parceret: *Ez Islenben el-nyugott Felfeges Bãthori*

*thori Gabor Fejedelem-is mind tagadbatatlan
 dologh az h vy uvis ez világhi dolgokban, ugy
 mint-is lakásban, tántzban, és lovakban, tzi-
 ra ruhákban miben nem gyönyörködött volna,
 de láfál a' fzerentsenek álbatalanságát, sokak-
 nak keferüspere, edgy idő, eley óra mind
 életetés s' mind penigben mindenjavaitol meg fozta.*
 Hæc ob id' pro ixioribus his ita referimus
 verbis, quod Cel Iosèphus Benkò, Tran-
 silvaniae nondum Orbi satis cognitae Au-
 ctor, Tom. II pag. 362. dubitauerit, hos
 Aluncii et Czegledii Nostri sermones sa-
 cros vni insertos volumini, fuisse vniquam
 typorum beneficio exscriptos et luce pu-
 blica donatos. *)

*) Dum itaque Medicum hunc Nostrum Iohannem
 Czegledium, in Templo Nyir-Batorienfi, Tran-
 silvaniae Principem, Gabrielem Bathorium pro
 funeris celebritate laudauisse, illiusque cadauex
 in splendido illustris Bathoridum familiae Maufo-
 leo ibidem excitato reconditum fuisse intelligere-
 mus: iuuabit Monumenta quoque, quae ad no-
 stra haec vsque tempora in eadem N. Bathori-
 ensi aede sacra opere magnifico olim exstructa,
 permanferunt, licet iniuria temporum maiorem
 partem protrita sint, in has nostras iam etiam
 inscribere tabellas:

Effigies Stephani Bathori, clausa casside, lo-
 rica, carbatinis, calcaribus oblongis tenuioribus,
 rotulis calcariis hexagonis etc, ornata, humi
 pro-

procumbens primum quoque occurrit. Manu dextra Bathorius hastam tenet ad terram vsque demissam, sinistra ensen vaginae inclusum prensat, cuius manubrium capite serpentis decoratum est; circa lumbum ascopera militaris expansa conspicitur, cui ensis transversim superpositus est; pedibus Leoni humi procumbenti insistendo. Effigies haec e marmore rubro affabre exculpta, nunc in parte templi orienti soli obuersa humi haerere observatur, sed iam marmoris rhombi figuram referentis, angulis incuria parochorum detritis: erecta illa olim loco suo perstitit tandiu inuiolabilis, quoad miles quidam maleferiatus globo e sclopo marmori proiecto, eoque mox ad caput resiliente, semet trucidasset, praefectus vero militum illo iniquior iniuriam plurus statuum, quae spithamas nouem longa est, in terram manu sacrilega deiecisset.

In orientali Templi parte fundamentum Altaris, e lapidibus politis foci formam referens, altum quinque, decem cum dimidia longum, et sex spithamas latum occurrit, cuius pars austro obiecta hanc gerit inscriptionem: *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Omnis caro sicut foenum veterasceat, et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, et alia deiiciuntur, sic generatio carnis et sanguinis alia finitur, et alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, et qui illud operatur, ibit cum eo. Eccl. XIII.*

Latus septemtrionibus obuersum tali notatum est epigraphæ: Scio quod Redemptor meus viuit, et in nouissimo die de terra resurrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius, reposita est hæc spes in sinu meo. *Iob. XVIII.*

Margo huius Monumenti quadrangularis duos Inscriptionum exhibet ordines. In Ordine priori sequentia leguntur: *Speçtabili et magnifico Domino Domino Comiti Stephano de Bathor comitatum Simigieñ, Zathmarieñ et de Zabolch perpetuo Comiti, Heroi magnanimo, Patri Patriæ Inclyto, Religionis orthodoxæ vindici acerrimo, mecaenati benignissimo, pauperum nutritori liberalissimo, Deo et hominibus charissimo. Anno aetatis L. Christi vero 1605. die 25. Iulii pie et sanctæ defuncto.*

In altero Ordine sic: *Perpetuae gratitudinis ergo fratri de se optime merito M. D. Gabriel Bathori moestus posuit. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent; expergiscimini, et laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis, ros tuus. Esaiæ XXVI. Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me, non morietur in aeternum. Ioh. XI.*

In superficie lateris occidentalis tales versus, lapidi litteris vncialibus incisi, leguntur supra exculptum Familiae Bathorianæ Insigne Heraldicum:

*Insignis pietate Comes et stemmate clarus,
Bathoridum Stephanus Dux, Patriæque Pater.
Quin-*

Quingentos steterat cuius genus amplius annos,
 Ereptus terris hac tumulatur humo.
 Quem Regni Proceres lugent, Ecclesia deflet,
 Ipsaque egenorum languida turba gemit.
 Heu domus antiquae sobolis viduata nepote,
 Bathoridum subito sic ruitura cadis.
 Sic tu qui proavos et Regum stemmata iactas,
 Splendida cuncta, vides, conficit hora brevis.

Ab Oriente infra idem Insigne hi Versus ornant
 Lapidem:

Quam cito bullatae pluuius tumor interit vndae,
 Tam postrema cito cuilibet hora venit.
 Respicit ad nullos Lachesis communis honores,
 Nec curam vllius Nobilitatis habet.
 Parcere nec senibus, nec parcere nouit ephoebis,
 Non a formoso continet ore manus.
 Nos stulti longos nobis promittimus annos,
 Linquendas aliis et cumulamus opes.

Supra frontispicium aedis sacrae visuntur etiam
 Arma seu Insignia Gentis Bathorianae, Serpens
 puta insignis magnitudinis, vel potius Draco in
 orbem circumuolutus, qui pedibus rastro trium
 dentium; scuto inhaerenti, insistit, ex cuius
 ore verba in charta oblonga profluunt sequentia:
STEPHANVS DE BATHOR VAIVODA. In
 margine inferiore ibidem 1488.

Sub Insigni eodem in frontispicio, superlimi-
 naris marmoris albo incisa talis prostat Inscriptio:
*Ad honorem magni Dei. eiusque Matris Mariae
 Virginis intemeratae ac Divi Georgii Martiris Ma-
 gni-*

gnificus Dominus Andreas Andree de Bâthor Filius suis impensis hoc Templum a fundamentis exstruxit ob pietatem.

In Orientali Templi parte, instar Sacrarîi in formam semicirculi exstructa, a meridionali et septentrionali latere duæ imprimis sedes stupendo sculptorum opere plulquam phrygionico, ex illice aliisque lignorum generibus, est fabricatae prostant illaefae, quibus varia florum, anium et animalium genera, Cherubinatorum capita, et id genus alia incisa conspiciuntur ornamenta, cum circulis superne inpendentibus singulae excipiendis commode XIV. nominibus destinatae.

Variis praeterea nonnullarum fellarum tabulae signatae sunt nominibus. Una habet: *S. Thomas de Aquino*; altera: *VITA CHRISTI*; quarta sella sic: *Cecerone Siluestro Papa Abrosidaetor* In sella sexta leguntur: *Herminale Chanx-male Chledario Musicha*. In octava: *Dante Vergilio Ner[one] Ancroie*. In decima: *Terezo Prutone Galba Roma Nerocraldio* etc. quorum pleraque quid sibi velint, iuxta cum ignarissimis scimus.

Sella quinta, quae septemtriones spectat, hanc conseruauit Inscriptionem, litteris vncialibus opere tessellato expressam: *Hoc opus fecerunt feri Mçi Dni Georgius de Bâthor, Agaxonum Regalium Magister, et Stephanus de eadem Bâthor, Comes Timisiensis, et Partium inferiorum Capitaneus Generalis, nec non Andreas de Bâthor, Comes*
Comi

*Comitatum Simig. Satmariensis et de Zaboc,
Comes licet fuerit iunior inter ceteros, opera
tamen eius egregium hoc opus perfectum est Anno
D. M. CCCCC. XI.*

Addimus nouissime quosdam dimidiatos quoque
versiculos, in fragmento marmoreo superstites:

— — — — *Vos qui pectore Turcus,*
— — — — *hac requiescit humo.*
— — — — *hunc lugete Parentem,*
— — — — *ma culmina domus. Pientiffi-*

mi Bathoriorum Manes subticere vetant: dum
ante XXX. et quod excurrit, annos, magnifi-
centiam structurae aedium harum sacrarum prae-
sentes fuisset contemplati; in angulo, soli
occidenti obuerso, obseruasse nos cadaueris cuius-
piam, balsamo ex lege artis conditi, membra
dilaniata in pulueribus haerere; nec iam pudet
fateri, nos quoque vna cum reliquis itineris co-
mitibus integra digitorum manus dextrae phalange
fuisse pro more donatos, quam cistulae illico in-
clusam hodieum studiose in scriniis adseruamus,
sed plures alii quoque Viatores ibidem diuersati
possident eiusmodi subreptas Bathoriani nominis
Reliquias, quibus debita earum veneratio et si-
mul artis quoque corpora condiendi ratio haud
quaquam sordere potuit.



ARTI-

ARTICVLVS VI.

DECCARD (*Ioannes Chriſtophorus*) editus est in lucem Sempronii, ciuitate regia et libera Pannoniae inferioris, anno 1686. d. 21. Octobr. Patre Ioanne Iacobo, ciue oppidi eximio, ex Morauis familiam ducente; matre Barbara, genere Lewaldia. In hoc si animi candorem, virilemque in bono sectando constantiam spectes, alterum Catonem; si rei scholasticae regundae, atque in vitae ac reipublicae lucem producendae prudentiam, virum multis meritis insignem; si genus scribendi dicendique Romanum, alterum Ciceronem; si naturae contemplationem, ac rei praecipue herbariae peritiam, inter Nostros facile primum, tum exteri, tum Ciues admirabantur. Indoles pueri mature satis eluxit. Cel. Linnaeum, fama est, in cunis puerum, iam tum se oblectasse floribus, passim proiectis, atque vel sic promicantis indolis in naturae studium intentae, felix praesagium edidisse. Ad eundem modum Deccardus harum similiumque rerum contemplatione animum suum capi ac deliniri ab ineunte aetate sentiebat. Pro ea indole, in rerum naturalium curiosam inspectionem indagacionemque propensa, in vinetis, ac per siluas, montes, campos, agros, prata, vagus, in res passim occurrentes, oculos animumque, etiamnum puer, intendebat. In lapidinis Semproniensibus, puer, vehementer admirans contemplatus est corpora quaedam naturalia, quae, alioquin animantium generis, saxo difflso, in-

uenta sunt in duritiem lapidis mutata. Habent Sempronienſes quippe hae lapicidinae, vt pauca exempla ponam, piſces lapideos factos, halecis fere magnitudine, in lapidum ex telluris viſceribus erutorum, non duriffimae materiae, ſed, marmoris comparatione, molliorum, et friabiliſſimum, fragmentis apte effictos: habent contemplatione digniſſimas concharum patellas teſtaceas, virilis volae amplitudine, dorſo, ſeu parte poſtica, ex leui tumore in rotunditatem fere deuexa, ſulculorum aequabiliter impreſſorum, ordine ſtriato admirabiles: habent gemmas, auium quarundam aut linguis aut ſuperiori roſtri parti ſimiles, coloris varietate differentes, alias ſaphirino, roſeo alias, lutulco alias et candicante, tum laeuore ſuo naturali, non politura artificioſa conciliato, nitentes. Haec puer omnia oculis uſurpauit, manibus tractauit, contemplatus, et admiratus eſt. Sed herbarum ac florum, fruticum, et frugum, et, quaecunq; e terrae, ſiue cultae, ſiue incultae, gremio proueniunt, frequentiffimus per omnem vitam, quoad officium aetasque patiebantur, venator erat: iſtarum rerum ſpectaculum, inde ab aetate puerili oculos eius mouebat, et delectabat. Sed nemo erat, qui, quarum ſtirpium herbarumque vel nomina, vel uſum diſcere auebat, earum notitia imbutus, tenero et diſcendi cupido diſcipulo magiſtrum ſe profiteri poſſet. In Parentum hortulo ab eius cultrice ſedula, matre, aut dum puer cum puero comite inter proxima vrbi loca ſilueſtria et virgulta oberrabat, vulgarium herba-

herbarum, et radicum, quae vulgi etiam mentas instruunt, et florum quorundam nomina, arripuit, sed falsa fere, aut inepta: qui propria ac certa vocabula scire desiderabat. Sitim vero hanc hauriendae certae stirpium, et herbarum notitiae deinceps, accedente doctorum virorum, in academia praesertim, institutione, adiuuante etiam propria intelligentia, restinxit: plures etiam herbas ex Horatio, Virgilio, Ouidio, Hesiodo, Theocrito, et aliis, veris nominibus agnoscere et designare didicit. Haec Decardi ex ephebis iam excedentis, atque in rerum passim occurrentium naturae contemplatione, cum voluptate, defixi, indoles cum annis creuit, maturitatemque cum aetate nacta est. Quare, magnam sui, factis his non obscuris indicibus, expectationem excitans, iactis elegantiorum litterarum in schola patria fundamentis, vsus in ea doctoribus, Ioanne Friedelio, et Georgio Balog, Wittebergensem academiam adire statuit, et eam an. 1707., tametsi magna, quae tum orta est, tempestatas belli ciuilibus cum a proposito deterrere poterat, Rectore Academico Ioan. Balth. Wernhero feliciter salutauit. Inter hos Ioa. Baptistae Roeschelii, patria Sempronensis, et hospitio, et conuictu, et institutione, tum publica, tum priuata, vsus est: praesertim autem Ioa. Guilielemi de Berger, Germaniae Ciceronis, Romana dictione et suauitate sic delectatus est, vt omnia in succum et sanguinem conuerteret. Hos duumuiros attendebat in publico iuxta et priuatim: vtrosque audiebat

intra velum: vtrisque adhaerebat assidue. In sanctioris autem disciplinae studio, cui se consecrauit, audiendos sibi delegit Wernsdorsium, Loescheros, tum patrem, tum filium, Schroeerum, Neumannum, Chladenium, aliosque. Etiam matheseos subtilioris adyta studio non vulgari adiit. Vt vero animum a seuerioribus his disciplinis vtiliter, et cum quadam animi, discendi cupidissimi, delectatione abstraheret, impetum naturae cum ratione et intelligentia secutus est, id est, ad iucundissimum Botanicæ studium, ad quod excolendum a iuuentute, vt dictum est, mirum in modum ferebatur, semet conuertit. Excellebat hoc tempore in exacta plantarum notitia Ioa. Henricus de Heucher, Archiater, et Consiliarius aulicus Regis Poloniarum, qui horto medico Academiae Wittebergensis cum dignitate Botanices Prof. Publ. praeerat. Huius viri publicas in plantarum notitiam recitationes studiosissime visitauit, et, quasi diuturnam sitim reslinguere vellet, auide hausit. Absoluto in hac academia per quinquennium studio academico, cum Ioannes Friedelius Rector Scholae Sempronienensis, senio iam venerabilis, munere scholastico se abdicaret, Senatus Sempronienensis sanctior Deccardum, delato ei communibus suffragiis Rectoris munere, an. 1712. per litteras domum reuocauit. Hoc ille munere per XXVIII. annos pro virili defunctus est, tandemque, an. 1741. cum et aetatis senescentis molestias, et in audiendo defectum persentiret, quieti litterariae se tradidit.

In

In muneris scholastici administratione, praeter studia illa, quibus iuuentus a barbarie reuocatur, politiorisque humanitatis cognitione imbuitur, illud etiam consilium tenuit Vir, de commo-
modo iuuentutis, patriae rebus aliquando admini-
strandis bona spe succrescentis, sollicitus, vt.
in Scriptorum veterum Romanorum explanatio-
ne, etiam *de Re Rustica scriptores* explicandos,
nouo et adhuc inaudito exemplo, sibi sumeret:
quod nos non tacendum esse existimauimus.
Atque vtinam hanc rationem rectorum studio-
rum mature ineundam censerent nostri omnes!
Quid enim, quaeso, vel consilii, vel verae de-
lectationis est, rerum antiquissimis temporibus
gestarum, bellorum, bellique ducum, exerci-
tuum naualium, ac pedestrium, coloniarum huc
illuc deductarum, aliorumque factorum similium,
de quibus puer in triuio iudicare non possit,
enarratione, nempe enerui illa, nihilque succi
habente, iuuentutem obtundere, aut fabularum
poeticarum ludicra magis, quam utili expositio-
ne, non tam animos iuuenum, quam aures pa-
scere; atque interim illa omnia, quae magis ob-
uia sunt, quae ante pedes posita, et quae Theo-
logum non minus, quam Medicum, aut Iuris
studiosum addecent, propudiose omittere? Sed
hoc verbum adeo non capiunt omnes, vt mirum
non sit, habuisse Deccardum, dum haec apud
iuuentutem moliretur, qui eum roderent, et ini-
que illi obtrectarent. Sed Rude donatus, vt
dixi, an. 1741. Vir meritis grauis ita vixit in otio,
vt semper esset in negotio.

tidiani erant per extremos vitae eius annos interpellatores, numquam non offenderunt eum, ad vltimos vsque vitae dies, vel scribentem, vel legentem, vel commentantem aliquid. Botanicum studium, graui iam tum aetate affectus, in deliciis semper habuit. Fide digna refertur, Venerandum Senem singulis fere aliquot annorum hebdomadis, dum anni vices patiebantur, aliquoties vrbe egressum, et per plufculas horas in campo fluisque oberrantem sero saepe vespere, herbis, floribusque collectis, de quorum vsu mox a reditu multa cum amicis, huius studii cupidissimis, differebat, fere onustum redisse. Has ille excursionses saepius antea, sed, perraro adscito vel admissio comite, plerumque solus faciebat, vt sine interpellatore in meditatione, ac commentatione versaretur; et, vt liberius secum omnia consideraret, et contemplaretur, non cum illa multitudine, opere diurno in agris et vinetis confecto, domum properante, sed serius ad vrben, fere solus redibat; nemine curiosius speculantis cogitationes interrumpente. Quid dicam de hortulo, aedibus, quas incolebat, paternis vicino, sed pro cultoris eius industria angustioribus spatiolis circumscripto, illa tamen arbusculorum, fructuumque, independentium varietate, florumque praecipue, varie coloratorum, imaginibus, tam mirifice distincto, vt ad illum, velut ad blandum spectaculum visendum admirandumque, pro anni temperie, non modo ciues, sed et vicinae regionis accolae, interque hos non pauci rei herbariae periti viri,

saepe

taepe multumque confluerent. Hanc famam botanophili Deccardus lactea loquendi, scribendique elegantia, Romanaque dictione auxit, et ad posteritatem quoque *Hungariae Ciceronis* nomen transmisit: eius Ciceronianam, non seruilem illam, succo neruisque carentem, macilentamque dictionem, sed suauem et graui viro dignam eloquentiam, quae in scriptis eius, vtut pauca essent, cernitur, plerique omnes etiamnum praedicant. Qua re illud meruit Noster, vt eruditissima Societas Latina Ienensis eum in Sociorum suorum Honorariorum numerum an. 1738. adscripserit. Accepto diplomate, vt Societati gratam mentem testaretur, Vir, senio iam grauis, et vitae scholasticae satietate, in molestissima hac statione, spatio XXVIII. annorum, quos Gymnasio praefuit, contracta, ductus, epistolam scripsit nimis querulam, sed et nimis veram, argumentique huiusmodi, quod non sesamo et papauere sparsum, sed, citra criminatorem, vellicans hominum quorundam obesae naris pinguisque Mineruae stomachos vehementer mouebat. Paulo post haec Rude donatus est Noster, anno, vt supra iam dixi, 1741. relicta cathedra scholastica genero suo, Danieli Haynocio. Vixit deinde in otio hoc litterario honestissime, nullo cum famae, summo studio et integerrima virtute partae ac conseruatae detrimento, eaque insuper felicitatis accessione maectatus, vt duos, quos genuit filios, Ioannem Guilielmum, Medicum apud Sempronienfes experientissimum, et Ioan. Christophorum, Verbi diuini

in eadem patria vrbe, apud ciues Aug. Conf. praeconem fidelissimum, honoratiore satis scilicet loco positos videret; et diu superstites relinqueret, vtrumque iam fato suo defunctum. Mortuus est Noster anno 1764. die 19. Martii. Vir bonus, et qui nunquam cuiquam parium, nedum superiorum, iniuriam fecerat: in rem publicam, scholasticam imprimis intentior, quam in rem suam: in suas laudes adeo non propensus, vt etiam abiectiori animo videretur: alienus a voluptate, etiam licita: risus in ore rarissimus: lucem et consortia fugiebat: in contemptu apud turbam barbaram, leguleios et rabulas; amatus tamen a bonis.

Liceat Interim nouissime bona L. B. venia, Iudicia quoque nonnullorum virorum eruditorum hic iam adnectere: Franc. Ernest. Bruckmannus Epist. Itin. XI. Cent. I. in qua de figuratis quibusdam Hungariae lapidibus agit, Deccardum Nostrium, cum quo familiariter conuersatus, *Rectorem Gymnasi Soproniensis dexterrimum, virum doctum, studiique botanici amatorem magnum, eximiumque Historiae Naturalis cultorem* nominat. Idem Bruckmannus, dum Memorabilia Sempronienfia ibidem Epist. XXXV. et XXXVI. recenset, eundem Deccardum, *virum probum et doctum nuncupat, qui scientiam botanicam in deliciis habeat, et istam optimè calleat.* Car. Frid. Loewius, notissimus Hungariae Medicus, alibi quoque a nobis iam laudatus, in Epistola de conscribenda Flora Pannonica, Sempron. an. 1739. in 4. edita, et in Act. Eruditor. Lips. recusa, *Deccardum omni suo praeconio,*

onio, quod ad humanitatem, sibi elegantioris, rei herbariae studium, omniuariamque litteraturam, maiorem adpellat, qui grauiores curas, ceterasque molestias scholasticas vel vinearum, vel horti, florumque cultura, vel etiam plantarum indigenarum studio, quo non vulgariter delectatur, lenire soleat. Rotarides in Lineamentis Historiae Hungariae Litterariae Alton. an. 1745. in 4. edit. pag. 77. Deccardum Vir. clar. ac amplissimum, alterum Pannoniae Nostrae Ciceronem, reique botanicae peritissimum scribit, qui si, inquit, susceptos Car. Frid. Laeewii, Medici Sempronio oriundi, haud ita pridem praematura morte nobis erepti, desideratissimos Labores botanicos continuaret, atque ederet; quorum obtinendorum spe injeliciter excidimus: praestaret projecto rem uti Patriae uniuersae uilem, ita etiam integrae reipublicae eruditae gratissimam, immo omnium nostrum querelas plurimum leniret. Hac itaque paullo longiore descriptione illud nos iam affectos credimus, ut appareat, Deccardum in rerum natura indaganda cognoscendaeque virum solertem fuisse, adminiculis etiam doctrinae, eo inspectantis, non obiter instructum, omniaque aliis oculis, atque imperita multitudo, intuentem.

IOANNES GVILIELMVS DECCARD, Ioannis Christophori Senioris, viri eruditissimi Filius non degener, matre, Eleonora Theresia, natalibus Ienichia, in hanc mundi lucem anno 1722. die 15. Nov. Sempronii editus. In Gymnasio patrio praeuentibus clarissimis ac

doctissimis viris, Ioanne Zámbo, et Daniele Hainoczio, affine suo, in litterarum elegantiarum studio, accedentibus simul doctissimi sui parentis, tum publicis, tum domesticis institutionibus, ita adoleuit, vt iactis antea in re botanica sub manu ductione Patris, fundamentis, ad studia academica an. 1743. mitteretur. Hoc itaque anno almam Salanam, Prorectore Academiae Magnifico, Teichmeyerò, ingressus, huius et vt reliquorum Professorum, Stockii, Hambergeri, Hilscheri, Wedelii, in artem salutarem habitas eruditissimas recitationes frequentauit, et in suum vsum conuertit. Exacto quadriennio ad summos Doctoris honores adspirans, Dissertationem inauguralem sub praesidio Cel. Hilscheri an. 1748. Auctor defendit. Redux Medicinam in patria vrbe exercuit, virique et boni et litterati famam strenue tuitus est, mortuus anno 1778. d. 19. Octobr. eius morte proles mascula Deccardorum, de Sempronio annis abhinc fere centum optime meritorum, plane extincta est.

Opera Deccardi Senioris I. edita.

- 1.) *Laudatio funebris Celeb. M. Christiani Serpili, Theologi incomparabilis, et Sacrorum apud Sempronenses Euangelicae Doctrinae addictus, Antislitis desideratissimi, scripta a Ioan. Christophoro Deccardo, Gymnas. Sempron. Rectore, Ratish. 1714. fol.*

- 2.) *Oratio funebris Viro summe reuerendo, ampliss. doctiss. spectatissimoque D. M. Meisnero Sacrorum apud Sempronienfes quondam Antistiti grauissimo, d. 17. Maii an. 1723. coelo recepto, supremi honoris testandi causa dicta a Ioan. Christoph. Deccardo, Gymn. Rect. Ratisb. 1723. fol.*
- 3.) *Laudatio funebris in obitum Viri sanctitate muneris summopere reuerendi, Ioan. Andreae Kastenholzii, Liberae Regiaeque Ciuitatis Sempronienfis Coetui euangelico a Sacris, Scholarum Inspectoris, et Senatus sanctioris Assessoris grauissimi, recitata a Ioanne Christophoro Deccardo, Gymn. Rect. Ratisb. 1724. fol.*
- 4.) *Concio parentalis, in Virum summe reuerendum, nobilissimum, doctissimum, D. Ioan. Sig. Pilgramium, Regum, Electorum et Principum in Aula Caesarea Legatis et Ministris Augustanae Confessionis, ut et Lib. Reg. Ciuitatis Sempronienfis communitati euangelicae a Sacris, Scholarum Inspectorum dignissimum, ac Senatus sanctioris Assessorem grauissimum, Theologum de sacra Sempronienfium republica immortaliter meritum, ipso exequiarum die 8. Kal. Febr. 1739. dicta a Ioan. Christoph. Deccardo, Gym. Rect. Vindae 1739. fol.*
- 5.) *Commentatio Theologica, Ioan. Sig. Pilgramii, Sacrorum apud Sempronienfes quondam Antistitis, in Caput IX. Epistolae Pauli ad Romanos, latinitate donata a Ioan. Christophoro Deccardo, Gym. Sempr. Rect. Ienae 1746. in 4.*

6.)

- 6.) *Supremi officii munus, quo Vivo clarissimo, doctissimoque, Danieli Haynoczio, Gymn. Sempr. Reſtori digniſſimo, de iuuentutis, litteris et moribus imbuendae coetu, quem in Seminario doctrinae naſcentis aluit cultor ingeniorum per-induſtrius, praeclare merito, deſideratiſſimo Genero, quoad per ſummi doloris acerbitatem facere potuit, iuſta ſoluit moeſtiſſimus Socer Ioan. Chriſtoph. Deccardus, Sempr. d. 2. Martii 1747. Ienae 1747. in 4.*
- 7.) *In Ioannis Peltzii, Viri litterati, et ſenatoriae apud Sempronienſes dignitatis, Hungaria ſub Waiwodis et Ducibus, quae prodiit Sempron. an. 1755. in 8. plag. Stilum latinum, per integrum fere libellum, Deccardus Noſter adhibuit.*

II. Inedita.

- 1.) *Schola Latinitatis.* Abit quidem hoc ſcriptum a Rhetorum recentiorum libellis, preſſiusque ſequitur veterum dicendi magiſtrorum et dictionem et methodum: lucernam tamen, vt alia omnia huius virt ſcripta, olet, et fontes pure dicendi ſcribendique penitus recludit.
- 2.) *Analyſis quorundam Librorum Codicis ſacri V. et N. T.*
- 3.) *Index latinitatis Ciceronianae.*
- 4.) *Obſervationes botanicae Deccardianae plures ſunt, quarum talia recitabimus ſpecimina:*
a.)

a.) *Arum*, plantam, cuius radicis effossae et degustatae, sapor initio dulcis est, post linguam palatumque acrius vrens, et vellicans. ipse Clusius non nisi in Stirpium Nomenclatore Pannonico solo nomine *Natrugulya* citat, hanc plantam Deccardus ante confuse cognitam, interque proxima vrbi loca siluestria et virgulta, passim nascentem, discrete 'Αγορ Graecorum, seu *Arum* Plinii Natur. Hist. Lib. XIX. Cap. 5. circa finem, et Lib. XXIV. Cap. 16. aut certe huic maxime cognatam plantam esse deprehendit.

b.) *Acetosa pratensis*, alio tempore in prato flosculos carpenti occurrit, quam tandem plantam illam esse animaduertit, quae Horatio in *Epod. Iamb. II.* herbae *Lapathi prata amanti* nomine adpellatur.

c.) Fruticem, virgas ab stirpe seu radice plures fundentem, arboris, ne mediocris quidem, proceritatem numquam attingentem, atque adeo rectius in fruticum quam arborum numero referendum, saepe admiratus est, vel solius fructus consideratione memorabilem. Baccas nempe post ficrem profert in muscario, ita Plinius vocat, recentiores artis herbariae magistri umbellam nuncupant, non dependentes, sed iusum spectantes, ouata specie, densioreque ordine dispositas, alio identidem atque alio colore in conspectum sese dantes, vt primo diluta viriditate tinctae, compressae, vtrisque fere planae, et exsuccae,
dein-

deinde turgescences albo tum confestim elegantiori rubore coccineo, denique per maturitatem nigro colore, eodemque saturatiore appareant, qui ipse aues minores ad praedam inuitat: quamquam nec rusticorum fossorumque pueri puellaeque has baccas pulpa molli seu succo spissiori turgidas et sorbiles fastidiant. Ab his enim umbellae illae baccis nondum omnibus maturis, sed magnam partem rubentibus foecundae decerpuntur, et domi loco aprico exponuntur, ut solis tactu maturefiant. Germani adpellant *Wappelbeere*, Hungaris *Bangita vagy Ostromén-Fa* gymölése dicitur. Huius fruticis partes singulas et virgarum ab radice copiose fusarum ramorumque omnium sequacem ad vincturas lentitiam, qualem Plinius Nat. Hist. Lib. XVI. Cap. 37. virgis, quas salicum quoddam genus emittit, adsignat, non minus nostri fruticis virgis tribuendam paullo adtentius considerans Deccardus *lenta* sibi *Viburna* Virgilii Eclog. I. non ariolans, sed plane probabili coniectura, et ratione deprehendisse visus est.

d.) Semen plantae a Doctore quodam Medico oblatum, quod ex *Trifolio bituminoso* se collegisse testatus est, cum in areola horti sparsisset Deccardus, adultam ex eo semine et florentem plantam eandem plane agnouit, quae apud veteres Romanos propter figuram *Trifolium acutum*, quia longis et hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit, quam

pratense; apud Graecos vero, quia odoris grauis est, neque absimilis bitumini *ασφαλτιος* vocatur, Columella de Re Rust. Lib. VI. Cap. 17. et ad ictus serpentis, noxiorumque animalium, et venena depellenda remedium celebratur efficacissimum.

e.) Plantae mentionem bis facit diuinus Vates Ieremias Cap. 17. 6. et Cap. 48. 6. quam b. Lutherus vulgo Saxonum notissimam, humilem et ad fruticum naturam proxime accedentem, in solo sterili, radice, stipite exiguo, et ramusculis lignosis, per annos plures durantem, satis apto vocabulo *die Heide*, Hungarici interpretes *Hanga-Fa*, ille vero latinus, quis quis fuit, sacri Codicis interpret *Myricam*, recentiores autem artis herbariae Doctores communi fere sententia *Ericam* appellarunt. Hanc Deccardus cum Virgilio *Myricis humilibus* Eclog. IV. et Plinii *Myrice* conferens, haerebat initio, cum apud Plinium de sua *Myrice* breuiter et obscurius differentem nihil occurreret, quod in deliberando de aptiore nomine plantae huic ponendo distractum animum iuaret: deinde vero verba Ieremiae diligentius perpendens, *Ericam* vel *Ericem* Plinii Hist. Nat. Lib. XXIV. Cap. 9. oraculis Ieremiae vindicandum statuit. Talem enim is plantam significare videtur, quae in locis propter sterilitatem incultis atque desertis prouenit.

f.) Altioris indaginis maiorisque difficultatis et laboris res est ex Ionae diuini Vatis verbis Cap. 4 6. eruere verum nomen illius plantae, quam miris ramorum et foliorum incrementis unius noctis spatio Deus excitauerat, ad locum illum opacandum, quem Ionas sibi elegerat, ex quo vrbs amplissima, Niniues, vel ingenti hiatu terrae discedentis hauriendae, vel alio insolito horribilique excidio funditus euertendae, vt ne vestigium quidem tantae vrbs posteris esset reliquum, occasum interitumque nimium curiosus spectator intentis oculis contempleretur. Neque enim b. Lutherus, vel Hungaricus interpres, qui cucurbitam satis quidem amplo folio, proindeque umbroso, vestitam plantam; nec latinus translator, qui nescitur, quibus initiis ac fundamentis artis, quae viam rationemque plantas et frutices cognoscendi tradit, subnixus, *Hederam* lectori suo obtrudit, illam Ionae plantam idoneo nomine expressit: quod quidem Lutherus alibi de sua interpretatione ingenue fatetur. Nouit certe vulgarem cucurbitam crescere flagellis longius humi reptantibus, quae ipsum pondus fructus sui tam grandi mole tumidi tollere se a terra altius non sinit. Hedera vero et ipsa humi reptit: sola illa, quam rigentem vocat Plinius Nat. Hist. Lib. XVI. Cap. 34. sine adminiculo stat: ceterae species tum demum in longitudinem altius scandentem adolescunt, cum arbores aut muros multiplici lapsu et erratico serpentes, et velut adminiculum,

ad

ad quod annitantur, et per quod in editiora enitantur, quaerentes naetae fuerint. Ac tum quidem scandens hedera conuestit, quicquid radicosis brachiis adprehenderit, arbores sigillatim, quas fugit et strangulat, omnem succum auferendo, et muros, quos rumpit: ramis tamen ita patulis diffusa, aut foliis latioribus vestita nulla species est, vt umbrosum perfrugium, quod nimios solis ardores defendat, praebere possit. Missa igitur cucurbita, aut hedera, conicit Deccardus *Kixi*, vel *Koxi* Aegyptiorum et Graecorum, plantam nempe illam, quae tota quamcunque eius partem spectes, admirationem habet, quamque ideo Germani den *Wunderbaum*, latini vero et nominatim Plinius Hist. Nat. Lib. XV. Cap. 7. etiam *Cici* et *Ricinum*, a similitudine seminis caule ferulaceo et foliis vitium, semine vuarum gracilium, in Aegypto praesertim copiose provenientem adpellarunt, esse intelligendam. Hanc Deccardus plantam in hortulo suo cultam saepe vidit proceritatem viri excedentem: vnde facili coniectura iudicauit eam in terrae illius, in qua Ninive sita fuit, foecunditate quam coeli temperatio commodissima adiuuabat, praesertim vi illa, omnia regentis et gubernantis DEI, qui, quicquid velit, potentissimo nutu efficere potest, ad plantae huius insolitum et iucundum spectaculum Ionae dandum extraordinem accedente iis foliorum et ramorum incrementis auctam fuisse, vt homini sub ea recubanti largiilimam umbram praebere potue-

rit. Ipsa praeterea *Κίκεως* notio, quae Graecis ad hanc plantam designandam placuit, quo propius abest ab ipsa hebraeae vocis *קיקיון* imitatione, hoc maiore probabilitate animos inuitat ad hanc sententiam, quae Graecorum et Plinii notationem tanta similitudine veri commendat, tantisper saltim adseui comprobendam, dum aliquis meliora docuerit. Piget reliquas obseruationes botanicas in aduersariis prostantes in nostras has iam iam inscribere Tabellas.

Opera Deccardi Iunioris.

- 1.) Dissert. inaug. med. Praef. Sim Paul. Hilschero. *De Mosborum acutorum prae chronicis malignitate et leibalitate. Ienae an. 1748. in 4. plag. 6.*
- 2.) *Flora pannonica seu Sempronienfis, a Car. Frid. Loewio inchoata. Operis huius continuandi, vt Biographiae nostrae Centur. I. pag. 99. iam alias indicauimus, coeperat Nester consilium. Descriptio Florae huius in Mseto latentis, quoad partem praecipue officinalem, Deccardiana, integro ordine alphabetico decurrit, animadversionibus botanicis aucta, et amplius a Io. Carolo Haynoczio, Danielis filio, Deccardi senioris ex filia nepote, Viro litteratissimo, vt quidem per litteras promissit, augenda, immo etiam forte litteris vulganda.*

3.)

- 3.) *Rei rusticae Hungaricae Libri III. congesti indefessa industria et labore Clav. Matthiae Belii, polyhistoris quondam inter Hungaros celeberrimi, et Io. Christophovi Deccardi, olim Rectoris Sempron. Gymn. euanq. aucti observationibus a Duumviribus coniunctissimis, Io. Guilielmo Deccardo Med. Doct. et Io. Christophoro Deccardo, Societ. Lat. Ienensis Membro honorario. Ichnographia Operis integri, in quo elaborando cum laudato Matthia Bello Io. Christophorus Deccardus senior, et post hunc ambo huius filii, triga ergo Deccardorum, defudarunt, talis est:*

LIBER PRIMVS.

In quo differitur de occupationibus Rei Rusticae necessariis, vtpote, de Re pecuaria et agricultura in Hungaria. Post Praefationem, quae continet Prolegomena de Re Rustica Hungariae sub Romanis, et deinde sub Hungaris, sequuntur iam ipsa Capita Libri primi:

Caput I. agit de negotiis rusticis in Hungaria generatim.

- §. 1. *Dissindio negotiorum rusticorum.*
- §. 2. *Res pecuaria pertinet ad rem rusticam.*
- §. 3. *Agricultura, an res pecuaria praecesserit?*
- §. 4. *Res pecuaria agriculturae ratione originis praepositur.*

Membrum I. agit de re pecuaria Hungariae.

- §. 1. *Origo rei pecuariae Hungaricae.*
- §. 2. *Dignitas rei pecuariae.*
- §. 3. *Ars et Scientia rei pecuariae.*

S E C T I O I.

De pecorum Hungariae forma, specie, natura.

CLASSIS PRIMA.

De pecoribus maioribus Hungariae.

- §. 1. *Frequentia pecoris Hungarici.*
- §. 2. *De boue hungarico, eiusque forma.*
- §. 3. *Discrimen specierum in bobus hungaricis.*
- §. 4. *Bouum hungaricorum natura.*
- §. 5. *De equo hungarico.*
- §. 6. *Forma et color equi hungarici.*
- §. 7. *Diuersa equorum hungaricorum species.*
- §. 8. *Natura equi hungarici.*
- §. 9. *Alacritas equorum hungaricorum.*
- §. 10. *Fortitudo equi hungarici.*
- §. 11. *Quamdiu partum gerunt equi hungarici?*
- §. 12. *De asinis hungaricis.*
- §. 13. *Color asinorum hungaricorum.*
- §. 14. *De mulis hungaricis.*
- §. 15. *Forma muli hungarici.*
- §. 16. *De bubal s hungaricis.*
- §. 17. *Natura bubali hungarici.*

CLASSIS SECVNDA.

De pecudibus Hungariae minoribus.

- §. 1. *Pecudum minorum in Hungaria frequentia.*
- §. 2. *Oves hungaricae, et earum discrimen.*
- §. 3. *Earum natura et vitia.*
- §. 4. *Caprae hungaricae, et earum natura.*
- §. 5. *Sues hungaricae, earum color, diuersitas, et natura.*

SECTIO II.

De pecoris hungarici comparatione, conseruatione, et vsurpatione.

- §. 1. *Comparatio pecoris.*
- §. 2. *Quid adtendunt emptores in comparatione pecudum?*
- §. 3. *Campestria pecora montanis antecedunt.*
- §. 4. *Lira pecus coemendi.*
- §. 5. *Conseruatio pecoris et foetura.*
- §. 6. *Nutricatus bubuli pecoris.*
- §. 7. *Nutricatus equorum.*
- §. 8. *Nutricatus ouium et caprarum.*
- §. 9. *Sum hungaricarum nutricatus.*
- §. 10. *Vsurpatione pecoris hungarici.*
- §. 11. *De carne hungarica.*
- §. 12. *De lacte hungarico.*
- §. 13. *De butyro hungarico.*
- §. 14. *De caseo hungarico.*
- §. 15. *De vsu pecorum hungaricorum ad vsuendum.*

- §. 16. *De usu pecorum hungaricorum ad tra-*
hentum.
- §. 17. *Quomodo boues hungarici domantur.*
- §. 18. *De balorum mulorumque vestura.*
- §. 19. *Boues hung. aratores agrorum.*

Membrum II. de agricultura Hungariae.

S E C T I O I.

De curis agrorum.

- §. 1. *Connexio cum praecedentibus.*
- §. 2. *Ager hungaricus diuiditur in arua*
et prata.
- §. 3. *Pratorum Hungariae situs.*
- §. 4. *Cura pratorum hungaricorum.*
- §. 5. *Agri hungarici situs.*
- §. 6. *De natura soli hungarici.*
- §. 7. *Agrorum hungaricorum cura.*
- §. 8. *Cultus agri hungarici in genere, et*
res ad cultum pertinentes.
- §. 9. *Qualis mensura hungarici agri, et*
quot operis absoluitur?
- §. 10. *Aratio hungarica quotuplex?*
- §. 11. *De ritu vertendi terram.*
- §. 12. *De stercoreatione agri.*
- §. 13. *De semente in Hungaria.*
- §. 14. *De semente autumnali.*
- §. 15. *De satione verna.*
- §. 16. *De ratione ferendi in Hungaria.*
- §. 17. *Opera post sationem.*

S E C T I O II.

De foenifecio, melle, trituratione, granariis,
et diftractione.

- §. 1. *De foenifecio.*
- §. 2. *Ratio foenum hungaricum conuebendi.*
- §. 3. *Mellis hungaricae tempus.*
- §. 4. *Meffores hungarici, eorumque merces.*
- §. 5. *Falcis hungaricae genera.*
- §. 6. *Hungariae melle faciendae ratio.*
- §. 7. *Aflores et ferui operariorum.*
- §. 8. *Triumphus post melle.*
- §. 9. *Operae post melle.*
- §. 10. *De decimis.*
- §. 11. *De fpicilegiis et inaratione flipulae.*
- §. 12. *De areis.*
- §. 13. *De trituratione hungarica.*
- §. 14. *Ventilatio frumenti.*
- §. 15. *De repositione flramentorum.*
- §. 16. *Granaria hungarica.*
- §. 17. *Annonae caritas et fames.*
- §. 18. *Annonae vilitas.*
- §. 19. *Diftradio frumentaria.*
- §. 20. *De pane hungarico.*
- §. 21. *De speciebus panis hungarici.*

Caput II. de negotiis domesticis feu villaticis.

Membrum I. de villis Hungariae.

- §. 1. *De villis Hungariae.*
- §. 2. *De villis ruflicis Hungarorum.*
- §. 3. *De villis in Hungaria Germanicis.*

- §. 4. *De villa Slauica.*
- §. 5. *De villa Rustica.*
- §. 6. *De villa Croatia.*
- §. 7. *De villis Vallachicis et Rascianis.*
- §. 8. *De villis urbanis et nobilitaribus.*
- §. 9. *De villae suburbanae et nobilis structura.*
- §. 10. *De villa familiari.*
- §. 11. *De stabulis pecuariis in villa.*
- §. 12. *De villae parte auaria.*
- §. 13. *De villae parte fructuaria.*

Membrum II. de adminiculis, et hominibus villaticis.

- §. 1. *De adminiculis agriculturae.*
- §. 2. *De curribus, vehibus, plaustris, pabonibus, carvis.*
- §. 3. *De instrumentis foeni et messis.*
- §. 4. *De rebus domesticis pro animantibus.*
- §. 5. *De instrumentis culinariis.*
- §. 6. *De hominibus villaticis.*
- §. 7. *De villicis.*
- §. 8. *De villicorum negotiis in genere.*
- §. 9. *De propriae villicationis negotiis.*
- §. 10. *De conductorum villicorum negotiis.*
- §. 11. *De villicae necessitate.*
- §. 12. *De conditione villicarum.*
- §. 13. *De officiis villicae, specialia circa vestitum.*
- §. 14. *De nutricatu liberorum.*
- §. 15. *De cura villicae erga totam familiam.*
- §. 16. *De cura villica erga pecudes.*

§. 17.

- §. 17. *De cura villica in opera culinavi et penuaria.*
- §. 18. *Eius cura circa acetum et crematum.*
- §. 19. *De literis villicorum.*
- §. 20. *De villicorum liberorum laboribus.*
- §. 21. *De bulcis.*
- §. 22. *De subulcis.*
- §. 23. *De equisonibus.*
- §. 24. *De opilionibus.*
- §. 25. *De feminis villaticis.*

Membrum III. de animantibus villaticis in Hungaria.

- §. 1. *De animantibus villaticis in Hungaria.*
- §. 2. *De pavonibus.*
- §. 3. *De gallopavis.*
- §. 4. *De genere gallinaceo.*
- §. 5. *De gallo.*
- §. 6. *De capis.*
- §. 7. *De galinis.*
- §. 8. *De columbis.*
- §. 9. *De turturibus.*
- §. 10. *De cygnis.*
- §. 11. *De anseribus.*
- §. 12. *De curis villicarum circa anseres.*
- §. 13. *De sagina anserum.*
- §. 14. *De anatibus, earum cura, educatione, atque usu.*
- §. 15. *De re auararia conductori data.*

LIBER SECVNDVS.

Differit de occupationibus rei rusticae vtilibus, vtpote de cultura hortorum, atque apium in Hungaria.

Caput I de hortis in genere, speciatim de hortis agrestibus in Hungaria.

- §. 1. *Hortorum cultus referri potest ad occupationes rei rusticae.*
- §. 2. *Hortorum in Hungaria varietas.*
- §. 3. *Flori agrestes.*
- §. 4. *De lini et cannabis in Hungaria cultu.*
- §. 5. *De uariatione et semine cannabis et lini.*
- §. 6. *De brassica variis.*
- §. 7. *Semen brassicae.*
- §. 8. *De transplantatione brassicae.*
- §. 9. *De plantatione lupuli, eiusque cura, item de lupulidemia.*
- §. 10. *De fabis.*
- §. 11. *De tritico turcico.*
- §. 12. *De croco.*
- §. 13. *De pipere hungarico.*
- §. 14. *De feponibus, eorumque cultu.*
- §. 15. *De tabacca, eiusque cultu.*
- §. 16. *De hortis domesticis.*

Caput II. de hortis olitoriiis.

- §. 1. *Hortus olitorius in Hungaria quid?*
- §. 2. *Olitoris qui et quales?*
- §. 3. *Instrumenta olitoria.*

§. 4.

- §. 4. *Soli ratio et pastinatio.*
- §. 5. *De partitione hortorum.*
- §. 6. *Areolae stercoraceae.*
- §. 7. *Seminum genera infinita.*
- §. 8. *De seminibus, quae radice proficiunt.*
- §. 9. *De seminibus, quae germine proficiunt.*
- §. 10. *De seminibus, quae solo surculo proficiunt.*
- §. 11. *De seminibus, quae caulem suppeditant.*
- §. 12. *De seminibus, quae gemmis supiunt.*
- §. 13. *De seminibus, quae flores suppeditant.*
- §. 14. *De seminibus, quae fructum praehent.*
- §. 15. *De seminibus, quae in culinam adhibentur.*

Caput III. de pomariis.

- §. 1. *De pomariis Hungariae.*
- §. 2. *De cura et industria pomariorum.*
- §. 3. *Arborum praecipuarum genera.*
- §. 4. *De pomis seu malis hungaricis.*
- §. 5. *De pyris hungaricis eorumque diuersitate.*
- §. 6. *De cotoneis malis.*
- §. 7. *De sorba et mespila.*
- §. 8. *De aliis pomorum generibus ignotis.*
- §. 9. *De nucibus hungaricis.*
- §. 10. *De cerasis.*
- §. 11. *De persicis.*
- §. 12. *De prunis hungaricis.*
- §. 13. *De arboribus carnosae generis.*
- §. 14. *De ritu arbores ferendi.*
- §. 15. *De naturali modo ferendi arbores.*

§. 16.

- §. 16. *De artificiali modo ferendi arbores.*
- §. 17. *De institutione arborum.*
- §. 18. *Quae quibus inferantur?*
- §. 19. *De cura arborum.*

Caput IV. de viridariis.

- §. 1. *Quid per viridaria intelligendum?*
- §. 2. *Viridaria rusticorum, et quaedam specialia de iis.*
- §. 3. *Viridaria urbana.*
- §. 4. *Florem varietas, et quidem qui ex frutice proveniunt.*
- §. 5. *Flores, qui ex bulbo proveniunt.*
- §. 6. *Flores, qui ex semine et surculo.*
- §. 7. *De hortis Magnatum.*

Caput V. de hortis medicis.

Caput VI. de apibus.

- §. 1. *Apium tria genera in Hungaria.*
- §. 2. *Vbi optimae apes coluntur.*
- §. 3. *Quae in loca ponuntur apes in Hungaria?*
- §. 4. *De aedibus, quas apibus construunt.*
- §. 5. *De alveis.*
- §. 6. *De translatione, collocatioue, et correctione alveorum.*
- §. 7. *De apiariis et custodibus.*
- §. 8. *De condendo examine, et eius fuga inhibenda.*
- §. 9. *Quo tempore exeant apes, et quoties?*

§. 10.

- §. 10. *Cibatio, et refocillatio apium aestate frigida.*
 §. 11. *De apium cura hieme.*
 §. 12. *Remedia curandarum apium in morbis.*
 §. 13. *Castratio apium et vindematio.*
 §. 14. *Vindemia apium.*
 §. 15. *Ritus mel conficiendi.*
 §. 16. *Mulsi et cerae opera.*
 §. 17. *De utilitate Hungarorum ex re apiarum.*

LIBER TERTIVS.

Differit de occupationibus rei rusticae iucundis, utpote de venatione, aucupio et piscatione in Hungaria.

Caput I. de venatione.

- §. 1. *De venatione, eiusque antiquitate.*
 §. 2. *De venationis usu apud Hungaros.*
 §. 3. *De frequentia venationis apud Hungaros.*
 §. 4. *De Principum et Magnatum Hungariae praerogativis in venando.*
 §. 5. *De venatorum regionum vicis peculiaribus in Hungaria.*
 §. 6. *De tempore venationis in Hungaria.*
 §. 7. *De arte et scientia venandi Hungarorum.*
 §. 8. *De modo venandi per veneficia.*
 §. 9. *De modo venandi per scélopos atque canes.*
 §. 10. *De modo venandi per equos.*

§. 11.

- §. 11. *De genere ferarum Hungariae.*
 §. 12. *De cervis Hungariae, eorumque diuersitate.*
 §. 13. *De foetura et venatione ceruorum.*
 §. 14. *De capreis.*
 §. 15. *De rupicapris et capricornis, et eorum venatione.*
 §. 16. *De leporibus et eorum specie, itemque ritu venandi.*
 §. 17. *De vulpibus earumque venatione.*
 §. 18. *De lupis eorumque venatione.*
 §. 19. *De vrsis, eorumque specie et venatione.*
 §. 20. *De taxis seu melibus, earumque venatione.*
 §. 21. *De apris, eorumque venatione.*
 §. 22. *De martibus, istidibus, mustelis, sciuris, erinaceis, canis siluestribus.*
 §. 23. *De lycibus.*
 §. 24. *Dubium, an habeat Hungaria alces et vros; sed non caret muribus alpicis.*

Caput II. de aucupio Hungariae.

- §. 1. *De aucupio Hungarorum.*
 §. 2. *De mediis, quae adhibentur ad aucupia.*
 §. 3. *De aucupandi studio accipitrario.*
 §. 4. *De instructione accipitrum ad aues captandas.*
 §. 5. *De auium generibus, quae aucupio destinantur.*

- §. 6. *Aues ad aucupia sunt vel terrestres vel aquaticae. Enumeratio uirum terrestrium in Hungaria, imprimis descriptio tetraonis.*
- §. 7. *Descriptio anis otidis.*
- §. 8. *Descriptio phasiani.*
- §. 9. *Descriptio perdicis.*
- §. 10. *Descriptio attaginis.*
- §. 11. *Descriptio gallinaginis.*
- §. 12. *Descriptio coturnicis.*
- §. 13. *Descriptio alandae.*
- §. 14. *Descriptio columbarum siluestrium.*
- §. 15. *De genere auium bacciuoravum.*
- §. 16. *De auiculis musciuoris.*
- §. 17. *De auiculis canariibus in Hungaria.*
- §. 18. *De uibus aquaticis: de ardeis.*
- §. 19. *De gruibus.*
- §. 20. *De anseribus feris.*
- §. 21. *De anatibus feris.*
- §. 22. *De gallinis aquaticis.*
- §. 23. *De gallinaginibus aquaticis.*
- §. 24. *De gibeis seu vanellis, et motacillis.*

Caput III. de piscatione Hungariae.

- §. 1. *De incumditate piscationis.*
- §. 2. *De piscium frequentia in Hungaria.*
- §. 3. *De piscatione flumiatili in Hungaria, et quidem piscis antacaei, eiusque generibus, quomodoque torrefaciant.*
- §. 4. *De siluro, eiusque captura: hic simul de aliis instrumentis piscatoriis differitur.*

- §. 5. *De anguilla.*
 §. 6. *De orpho seu capitone.*
 §. 7. *De sarachio.*
 §. 8. *De piscibus saxatilibus, et quidem de truta.*
 §. 9. *De umblis.*
 §. 10. *De thymallo.*
 §. 11. *De barbo.*
 §. 12. *De mustela fluuiatili.*
 §. 13. *De fundulis et gobiis, item cobitibus, pisciculis asperis et capitatis.*
 §. 14. *De pisculorum horum piscatura in Hungaria.*
 §. 15. *De captura piscium lacustrium; et quidem de carpione.*
 §. 16. *De lucio.*
 §. 17. *De brama et carassis.*
 §. 18. *De percis.*
 §. 19. *De tinca.*
 §. 20. *De rubellis, phoxinis, alburnis, gobionibus caninis, et mustellis fossilibus.*
 §. 21. *De piscatione horum piscum.*
 §. 22. *De animantibus in Hungaria, quae partim in aqua, partim extra eam vivunt. etc.*

Vtinam Liber hic optumae frugis, et utilissimus aequae ac necessarius, suos in Patria inueniat aestimatores non modo, sed etiam fautores, quorum munifica liberalitate lucem videre queat publicam; futurus is certo esset tanto iucundior, si iconibus periti artificis manu effabricandis illustraretur.

ARTICVLVS VII.

ERHART. Filiam Sigismundi Regis, Elisabetham, Alberti Austriaci regis nostri coniugem viduam, in tutanda sanitate sua, Ioannis Stockii, Med. Doct. et Physici regii, Venerabilis Capituli Ecclesiae Collegiatae S. Martini de Scepus Praepositi, opera usam fuisse, Centur. I. Art. 86. pag. 179. ex adducto Diploma- te, Iaurini feria sexta proxima post Octauas Corporis Christi an. 1440. signato iam demonstraui- mus: nunc alterum eiusdem Reginae Elisabethae Physicum, cui nomen ERHART fuit, e tenebris in lucem protrahimus; conseruauit quip- pe nobis memoriam illius *Codex MSctus Rationum percepti et expensi Vrbs Posonien- sis an. 1440. consignatus. Adponam locum integrum retenta ipsiusmet Codicis dicendi, scribendique ratione obsoleta. Ita vero habet: Item Am Mitichu noch sannd Anthony tag hab wir geben dem Erhart der Künigin Artzt, das er dy Soklner vnd ander lüt geartzneid hat, als man vor dem haust gelegen was, noch des purgermaister vnd des richter geschest, das man ym lanng schuldig ist geheln, x. flor. auri klain gelt, von des Weihnerperger gelt, ye viij F R fuer i guldein, facit viij W ij F R.*

Item auch an dem tag hab wir gehn dem Maister Erhart Artzt, noch des Ludweig Künigsfelder ge- sebest, das er dem Iacob leffler In der Newenstat gelihn hat, als er pey dem Künig do was, das ym czerung do ab was gegangen, das er ym gelihn hat j flor. auf dy stat — — — „ — — — j flor.

Wespr. P. III.

H

Co-

Codex is, vt et alter anni 1439, eiusdem argu-
 menti, in Tabulario Vrbs Posoniensis studiose
 adferuatur, vnde haec diligenter excerpta char-
 tis nostris his inscripsimus. Sed *Erharo* huic,
Elisabethae Reginae, Sigismundi Regis Filiae,
 Medico, priorem aetate Doctorem Medicinae,
 Sigismundum *Albicum* nomine, hic adnectimus
 comitem, qui Patris Sigismundi Caesaris, et Re-
 gis Hungariae fuit Medicus, ac postea designa-
 tus Archiepiscopus Pragensis. Memoriam Phy-
 sici huius regni conferuauit *Zamoscius* in Opere
 suo MScto de *Origine Hungarorum*, quod *Lau-*
rentius Toppeltinus prae manibus habuerat. Pro-
 lixam *Toppeltinus* hic e memorato Opere *Zamo-*
sciano pericopen adducit in *Originibus et Occasu*
Transiluanorum Cap. III. pag. 30. - 32. edit.
 Viennensis, an. 1762. in 8. quam hic integram
 inuenit adscripsisse. En eam: „Non igitur Go-
 „thi adeo obscoenae deriuationis sunt, ac *Za-*
 „moscius in Originibus Hungaricis affinxit: Go-
 „thi, inquit, nominis etymon ex *Albico, Si-*
 „gismundi Caesaris, et Regis Hungariae Medico,
 „ac postea Archiepiscopo Pragensi designato, cuius
 „et *Bonfinius*, et *Pius Pontifex*, in Chronico
 „Polonorum meminerant. Is in libello, quem
 „inscripsit de *Complexionibus Gentium*, scribit,
 „Gothos ad aduentum Hunnorum, panico qua-
 „si terrore perculsos, derepente Pannoniae pos-
 „sessione cessisse; ac Illyricum versus iter in-
 „tendisse; moxque eos per vestigia Hunni in-
 „secuti ad Danubii trajectum foeda strage adfe-
 „cisse, et quia nullo virium periculo facto, ho-

„ſi aduentanti turpi ignauia terga vertiſſent,
 „quoscuque viuos praelio ceperant, hac in-
 „famia notaſſe, vt femoralia, ſeu campeſtria,
 „quae Hunnis Gothia (gadgya) vocantur, na-
 „tibus detracta, ac craſſiore excremento oblita,
 „quae quandoque pauore percitis laxata alio
 „vel inuitis effluunt, capitibus captiuis inuol-
 „uerent, vt quae antea natium erant, capitum
 „eſſent poſtea velamina. Ita tum bello, tum
 „ignominia, belli clade grauiore attriti, ex Pa-
 „trio Hunnorum verbo, Gothi ſunt poſtea mi-
 „litari irriſione appellati. Et hoc eſt, (pergit
 „ille) quod *Dominicus Niger* Scythiam Aſiati-
 „cam, veterem Gothorum patriam, etiam nunc
 „ab incolis patria lingua *Sarpaticum* dici teſtatur,
 „a ſtercore, et femorali compoſita dictione.“
 Sed placet interim ſermonem de hoc Hungariae
 ſimul Medico vberius producere, qui Neotadii
 Morauorum natus, Pragae Medicinam per an-
 nos XXX. ipſo in *Traſtatu de Regimine Sanitatis*
 teſte, publice profeſſus eſt: hoc temporis in-
 teruallo Italiam ingreſſus, gradum Doctoris in
 vtroque Iure an. 1404. Paduae conſecutus eſt.
 Anno 1411. a Caefare Sigismundo. in locum
 Zbinconis de Berka, tum e viuus ſublatus, Ar-
 chiepifcopus creatus eſt, ſed abdicato poſt ali-
 quot annorum moram ſplendido hoc munere, in
 Hungariam intrauit, atque an. 1427. aetate gra-
 uis in oris noſtris his Hungaricis deceſſit. *Bal-
 binus* quidem Sigismundum hunc Albicum in *Bo-
 hemia doctus* ſua ſilentio praetermiſit: vitae tamen
 ſeriem et Scripta Clar. *Adauſtus Voigt* in *Abbil-
 dungen*

dungen *Böhmischer und Mährischer Gelehrten* Part. II. pag. 82, diligenter recensuit, effigiem quoque aeri incisam ibidem exhibuit. Hanc Albici biographiam a Voigtio Germanico sermone descriptam *Iosephus Wladisl. Monse* in latinum transposuit, eamque Operi suo *Insulae doctae Moraviae* inscripto, Brunaeque an. 1779 in 8. excuso pag. 47-51. inseruit. *Iob. Christoph. Adelnig* quoque in *Fortsetzung und Ergänzung zu Christ. Gottlieb Kochers allgemeinen Gelehrten-Lexico*, Tom. I, Lipsiae an. 1784. in 4. mai. voce *Albicus* col. 470. 471. peculiarem Albico adsignavit Articulum. Praeter *Bonfinium* facit *Aeneas* quoque *Sylvius* Nostri mentionem in *Histor. Bohem.* c. 35. et 42. non absimiliter et *Iac. Manlius* in *Collectan.* pag. 371.

O P E R A.

- 1.) *Practica medendi. Regimen Pestilentiae. Regimen sanitatis.* Lipsiae iunctim excusa sunt an. 1484. in 4. Postremo Operi datus est titulus: *Tractatus de Regimine hominis compositus, per Magistrum et Dominum Albicum, Archiepiscopum Pragensem.* In fine legitur: *Magistri Albici, arte Medici, nec non Archiepiscopi Ecclesiae Pragensis, Regimen Sanitatis, quod alio nomine Vetularius nuncupatur. In Lipsk per Marcum Brander anno 1484. die 26. mens. Augusti.*
- 2.) *Tractatus de Quercu*, qui necdum typis vquam editus est.

3.) *De*

3.) *De Complexionibus gentium Liber singularis*, ex quo Ioh. Zamoscius in Manuscriptis Orig. Hungar. pericopen superius adlatam recitavit.

4.) Trewius, celebris Medicus Norimbergensis, Codicem habuit MS. in 4. chartaceum Seculi XIV. in quo inter cetera continebantur Albici Praescriptiones nonnullae, quas vulgo *Recipe* vocamus, contra Diarrhoeam, dolorem capitis, &c. et Praecepta Diaetetica sequentia:

*Pone gulas metas, et erit tibi longior aetas,
Diuersus potus inimicus sit tibi totus.*

*Quatuor proueniunt ex somno meridiano,
Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrhus.*

Vid. Christoph. Gottlieb von Murr *Journal zur Kunst-Geschichte und zur allgemeinen Litteratur*, Part. V. Norimb. an. 1777. in 8. pag. 265. vbi Albici fordida avaritia verbis his perstringitur: *Er war so geizig, dass er die Schlüssel zum Keller selbst bey sich trug, und seine Bedienten fast verhungern lies.* *

* Quid de Gothorum, eorumque veteris Patriae, Scythiae Sargaticae, a voce Hungarica *Gatya* facta deriuatione, non satis honorifica, vt *Albicus Sigismundi Regis Medicus Noster* in suo *de Complexionibus gentium* Libello voluit, sentiendum sit? interrogatus eruditus et amicissimus nobis quidam Patriae Historicus, nugis accensendam eam pronunciauit. Licet quidem *Gatya* nominis ety-

mon ex Oriente arcessendum, vix tamen ex Arabico *كابلون* *Gathlon*, vt quibusdam placet, repetendum; sed apud Persas, aut Turcas potius, vocabuli illius originem quaerendam esse, si quidem pleraque rei vestitariae vocabula Hungarica Maiores nostri a Persis, Turcisque adsciuerint. Sic verbi gratia, Vt res exemplis fit clarior, *Kalpag* itidem Turcis *Kalpak* audit, vnde forte Turcicum *Kalabuk*, pileus viliorum hominum *Filzhut Kalap*, et Slaunicum *Klobuk* enatum. *Kutsuma*, *Sapka*, *Tsifixma*, *Paputs*, *Zabon*, *Kaplan*, *Irha*, *Szattyán*, *Suba*, Turcica sunt absque omni controuersia. *Kapots* dicitur Turcice *Koptsa*. *Ing*, feu vt quibusdam hodieum placet pronounciare *Imeg*, accedit quodammodo ad Turcicum *Giombek*. Huc porro referendum est *Dolmány*, vocabulum acceptum a Turcis, qui vestem interiorem ex panno vocant *Doloman*. *Kopenyeg* Turcis *Gepenek*, de qua voce, et similibus plura videri poterunt apud Io. Leunclauium in Pandectis Turcicis cap. 172. pag. 374. *Mente* videtur deriuatum ex illo veteris vestimenti Persici genere, de quo Eustathius in Odyss. XIX. *Aelius Dionysius scribit vocem Mandyas Persicam esse, et similem penulae.* Idem etiam dicendum de vocabulo *Saluar*, Braccae *Saluar* a Turcis, *Serval* autem vocantur ab Arabibus. *Denominatio a veteribus est profecta Persis.* Daniel Propheta continens Historias rerum sub Persis gestarum, vt veteris Persicae linguae multa vocabula alia, sic istud quoque nobis conseruauit. Inuenitur autem verbum hoc apud Danielem Cap. III. v. 21, vbi in textu Chaldaico

daico legitur ~~Κόντος~~; occurrit iterum eodem ca-
pite v. 27. Versio Septuagintauralis *Σαράβαγα*
habet. Sic *Kontös* quoque Hungaricum, vt non
leuis est suspicio, Persis debetur. *Kontös* Turcis
est vestis superior longa cum manicis clausis: ve-
teres Persae tunicam eiusmodi vocitabant *Kan-*
dys, hinc Suidas *κάνδους χιτῶν πέρσικος*. Mit-
timus reliqua a Turcis, Persisque mutuata voca-
bula Hungarica: *alma*, *arpa*, *tyuk*, *kos*, *czap*,
oroszlán, *tobak*, *majom*, *teve*, *szakáll*, *finzsa*,
korom, *kalau*, *csüsç*, *kapu*, *talyiga*, *tengelly*,
sator, *buzogan*, *csákqn*, *balta*, *'zfidu*, *bitsak*,
quae laudatus statim Clar. Dan. Cornides in sua
Sec. XI. Regum Hungariae Genealogia, Cassouiae
an. 1778. in 4, edita, scite nuper admodum Cap.
VIII. pag. 206. recensuerat.

Ne memoria dispereat, recentiorum quo-
que nonnullorum Patriae Medicorum accumula-
re nomina e re nostra fore iudicauimus:

I.) *Petrus Zilágyi*, Medicinae Doctor, et
Arcis Ugroc, quae in Comitatu Trenchiniensi
sita est, cum Sigismundo Forgách possessor
fuit. Exstat mandatum Ferdinandi I. Regis an.
1534. ad Alexium Turzó de Betlem-falua Iudi-
cem Curiae regiae datum, quo ei mandat, vt
cum arx illa ad familiam Hruslai de Zablati iu-
re hereditario pertineat, ei arcem repetenti
iudicium, et iustitiam administret. Plura Instru-
menta de hoc *Zilágyio Medico* superant in Con-
suentu. Benedicti ad Granum.

2.) *Alexander Pfeutzevius Benignus*, Med. Doctor. Hunc circa an. 1539. et 1541. Physicum fuisse Pofoniensem ex coaeui Medici Pofoniensis Diario MScto, quod Clar. Carolus Wagner tenet, erutum est.

3.) *Iulius*, et *Stephanus*, Doctores Medicinae ad an. 1558. In Litteris Michaëlis Verantii 17. Apr. an. 1558. ad Antonium Verantium, Episcopum Agriensem datis commemorantur, e quibus sequens deprompta est pericope: „Ceterum graue, et lamentabile impedimentum accidit, quominus cum Domino Iakusits nunc venire possim, aegritudo scilicet ad mortem Iohannis Fratris nostri, cuius in horas vltimum exspecto diem, hodie agit 18ua dies, ex qua continua Febri laborat, cum Petechis feбри scilicet putrida, et pestilentiali cum phrenesi, cum extenuatione, et debilitate miranda. Adhibiti sunt omnes *Excellentissimi Doctores duo Regis*, ac alii *duo Imperatoris*, Doctor scilicet *Iulius*, et Doctor *Stephanus*, praeterea alii *duo Urbani*, qui facto Collegio, oblatisque omnimodis medicaminibus, et phar- macis retinuerunt spiritum eius in hanc horam, hodie autem iuncti insimul dederunt claram sententiam de morte futura.“ Excell. Transilvaniae Episcopus, *Ignatius Batátyni* adseruat in instructa sua Bibliotheca Librum MSctum Epistolarum Michaelis, et Antonii Verantiorum, in quo id continetur epistolium, cuius statim recitaueramus fragmenta.

4.) *Ioachimus Rheticus*, Mathematicus, et Med. Doct̄or Cassouienſis, cuius annus, dies, et locus emortalis conſignatus eſt in Chronicis Leibitzerianis apud Clar. Car. Wagnerum Analect̄. Scepuf. Part. II. pag. 62. vbi ad an. 15. 4 haec ita leguntur: 4. Decembr. *Ioachimus Rheticus, Mathematicus, et Doct̄or Medicinæ Excellentiffimus, Cassouiae ſecunda hora matutina die Barbarae Catarro exſinctus eſt.*

5.) *Eleazarus*, Medicus gente, educatione et religione Iudaeus, e Polonia ad mitigandam morbi ferociam notiſſimi Tranſilvaniae Principis Stephani *Bocskay*, dum is a Michaele Kátai ab epistolis ſecretioribus propinato veneno intoxicatus crederetur, an. 1606 Cassouiam euocatus eſt. En Litteras Principis cum morte colluctantis, ad Regem Poloniae pro exmittendo *Eleazaro Medico* ſubmiſſas, apud Wolfg. Bethlenium Hiſt. Tranſilv. MSct̄. Lib. XV. conſeruat̄as!

„ Sacra Regia Maietas, et Domine, Domine
 „ mihi colendiſſime! Conſiſus ea, quam ſingu-
 „ lariter Maietas V. Regia prae ſe ferre viſa
 „ eſt, beneuolentia, hiſce Eidem ſignificandum
 „ duxi, duobus me antehac menſibus in grauem,
 „ difficilemque morbum incidiſſe, ita, vt de ex-
 „ tremo etiam vitae termino periclitatus fuerim,
 „ diuina tamen adiutus miſericordia, vim tam
 „ ſubitaneam morbi emenſus opera Medicorum,
 „ quos a latere habeo, ab eo toto tempore cu-
 „ ratus optatam ſanitatem, et amiſſum corporis
 „ robur recuperare non potui. Cum alias etiam
 „ ob publica Regnorum diſturbia, numeroſiore,
 „ „ quam

„quam par erat, Medicorum copia destituar,
 „qui collatis inter se consiliis, certiozem, et
 „salubriorem curam Nostri haberent: nisi igitur
 „Rev. D. Georgium Czeglédi, Concionatorem
 „nostrum aulicum, et Generosum Georgium
 „Szabó, Craccouiam, Regiam Maiestatis V.
 „Ciuitatem, pro adducendo *Medico Iudaeo Docto-*
 „*re*, cuius nomen et peritia ea in facultate pro-
 „lixia laude apud nos percrebuit, Maiestatem
 „Vestram obnixè rogans, dignetur illi pro sua
 „erga me affectione iniungere, vt ad me huc
 „vique egredi, et fidelem in curando meo mor-
 „bo operam impendere non grauetur, neque
 „praetermittat. Rem mihi pro eo, quantopere
 „hominibus sanitas ipsa chara est, atque grata.
 „gratissimam, et maximis quibusque officiis re-
 „seruiendam factura. Datum ex Libera Ciuita-
 „te nostra Cassouienſi, d. 26. Iulii, Anno Do-
 „mini 1606.*. Sed morbum Principis, vita
 longiore dignissimi, omnium Medicorum do-
 mesticorum aequè ac *Eleazari Iudaei* curam et
 induitriam eluisse, laudatus Wolfg. Bethlen Hi-
 stor. Transilv. MS&t. 1, c. his commemorat ver-
 bis: *Morbus Principis Bocskay ingravescens, quo-*
cum iam aliquot colluctabatur mensibus, ac in dies
maiores sumens vires, Expertissimis Medicis, non
tantum iis, qui ex Hungaria ad latus eius erant,
sed Eleazaro quoque Iudaeo, Medico nuper e Polo-
nia accessito, nihil proficientibus, &c.

6.) *Georgius Schrederius*, Medicinae Doctor.
 In Comitibus Transiluanicis, sub Principe Micha-
 ele Apasio, in Oppido Fogaras, d. 22. Febr.

an. 1685. celebratis, Articulo IV. in numerum Indigenarum Regni receptus est; ita sonant verba. „Az Nagyságod Fejedelmi Kegyelmes Con-
 „fentusából Karvai Orlai Miklóst, Verebéllyi
 „Mad rász Matyást, és *Medicus Schrederius Győr-
 „gyüt*, fiával Constandinnal Hazánkfiat, és Sta-
 „tusi kozzé, vigore praesentis Articuli incor-
 „porallyuk; ő kegyelmek-is a szokott formá-
 „ban, mind az Nagyságod hűségére, mind pe-
 „dig Haza-fűségoknak, ez Haza-közönséges
 „Törvényenek rendi szokása szerént-való gya-
 „korlására, solenniter homágiumokat deponal-
 „tak.“ Commodum hoc loco subit recordari,
Nicolaum Guilielmum Bekers, Liberum Baronem
 de Vallhorn, Consiliarium, et Archiatrum Cae-
 sareum, circa idem fere tempus, anno nempe
 1681. in Hungarum fuisse cooptatum, ita Decret.
 Leopold. a. 1681. Artic. 82. §. 18. adtestante.

7.) *Wolfgangus Bauerus*, Medicinae Doctor
 in Transilvania Cibiniensis, cuius memoriam
 conseruauit superstitem Originale Achatii Bar-
 clay, Transilvaniae Principis Diarium MSctum
 in Ven. Conuentu Iaszouienfi delitescens, ex
 quo sequentia fideliter exscripsit, et nobiscum
 communicauit Reuerend. *Iosephus Malloy*, Canon.
 Reg. Praemon. Iur. Conuent. et Parochus Ia-
 szó-Mindszent: „Anno 1660. d. 8. Martii, -ro-
 „to tole D. Nalaczy Istvan cum *Doctore Cibi-
 „niensi Wolffgango Bauero* proficiscitur Deuam
 „cum saluo passu Rákocyii. Martii d. 12. An-
 „te ortum solis in Ciuitate tota circumfertur ta-
 „lis fama lugubris — — — hogy az el-mul-
 ked-

„keddre virradóra hólt-meg Fejedelem Aſz-
 „szony, nempe Illuſtriſſima Domina Elizabetha
 „Szalanczy. Moſt immár a' Fejedel m igen
 „keſeredett ſzívvel vagyon, hogy mellette nem
 „lehetett halálos betegſégben fekvő Feleſég-
 „nek, Domina enim Principiſſa erat in multis
 „temporibus hydropica. Tandem Concio inſti-
 „tuitur, ſuper eo que canitur: *Mint kívánkozik*
 „*a' ſzervas a' kútfejekre &c.* His finitis quidam
 „ad lugendum intrant ad Principem, ibique la-
 „crymantur, vna cum Principe in Palatio ſuo
 „ſecretiore. Tandem prandetur, ibique ſumpto
 „prandio lugubri panno coenaculum, et ſecre-
 „tum hypocaustum Principis veſtitur.

„Martii d. 13. Ante prandium nihil fit, eo
 „autem ſumpto, D. Naláczy Iſtván, et D.
 „*Wolffgangus Baulerus, Doſtor Medicus Cibini-*
 „*ſis* redeunt a Dea &c. œc. &c.

8.) *Ioannes Iacobus Zeber.* Proſtant in Ven.
 Conuentu S. Ioannis Baptiſtae de Iaſzow ſtatim
 mem rato, Litterae dictae Armales, *Iobanni Ia-*
cobo Zebero huic, eiusque conforti *Annae Catha-*
rinae Iglin, nec non *Nicolao,* et *Stephano* filiis
 ſuis, liberali Leopoldi Imp. et Regis manu in
 arce Poſoniensſi, d 26 Nov. an. 1659. imper-
 titae, et per Reuerend. Georg. Szelephény,
 Archiepiſcopum Colocenſem, et Aulæ Cancel-
 larium roboratae, atque feria tertia proxima poſt
 feſtum B. Antonii, an. 1660. in Congregatione
 Comitatus Moſoniensſis in Oppido O-Vár publi-
 catae, quae nobilitariis verbis his deſcripta prae-
 ferunt Inſigna: *Scuto incumbentem galeam milita-*

rem

rem craticulatam, sine apertam, Regio Diademate, ex eoque Togatum Virum, Senem Hippocratem, Medicinae inuentorem, manu sinistra pyxidem medicaminum in sinu tenentem, dextra vero Serpentem medium comprehensum ostentantem, intra alas duas, coloribus discriminatas, genuum tenus eminentem proferente ornatam &c. Non vano ex his colligitur indicio, Zeberum hunc Nostrum aut Doctorem Medicinae, aut reuera fuisse Pharmacopolam.

9.) *Andreas Keyl*, et *Georgius Rhod*, vterque Transilvaniae Medicus; ille Michaëlis Apafi Principis Archiater, et Consiliarius aulicus, hic parochus quoque simul Kleinschelkenensis, vterque turpi facinore, Medicis inprimis abominabili, notatus, quod an. 1668. *Andream Fleischerum*, Nationis Saxonicae Comitem, et Iudicem Regium, proditionis crimine, sed falso, onerarint; quare mox in iudicio conuicti, *Rhodium* non modo Bona omnia amisit, sed ipsam quoque vim aegre conseruare potuerit; *Keylius* vero periculum vitae euitaturus mature in Saxoniam profugit. Prouti haec *Andr. Guneschius* et *Georg. Soterius* in Commentariis suis Transiluanicis MS&is vberius exposuerunt.

10.) *Io. Schirmer*, Med. Doctor, et Practicus clarissimus in inclita Cassouiensium Republica, cui viduo Ioan. Bocatius Libr. III. Hungarid. pagg. 310. seq. tale recitauit epigramma:

Tu quoque des Musis aures celeberrime passim

Arte vir Aonia Paeoniaque meis.

Miror ego, cur non iteres Hymenaeia rursum,

Sed

*Sed miser, et toto corpore pallus eas:
 Nuper ubi mihi Cassouiae fors obuius iras,
 Vix potui faciem nosse tuendo tuam. &c. &c.
 Tunc ille es Medicus, quem me praesente Saboa
 Ante annum exhibuit, iam quoque moesta domus,
 Quando Darholciadum flos martis et artis ibidem
 Aeger se manibus crederet ille tuis.
 Cui adeo iam Schirnero mutatus ab illo
 Caesuriem et lanae pallia nigra geris. &c.*

Item pag. 501.

*Schirnerusque vocat veluti Podalirius alter;
 Lege Macbaonia Paeoniaque potens.*

11.) *Augustinus*, Medicus Cibiniensis in Transilvania, de quo Matthias Miles in Siebenbürgischen Würgengel haec ad an. 1599. refert: „Anno 1599. schickte Cronstadt ihre „Legate Cyrillum Greiszink und *Augustinum Physicum ordinarium* zum Michael Wajwoden von „der Walachey, liefs dem Wayden ein Fuder „Pakrotzen (raus decken) zur Nothdurff den „den Kriegs - Knechte gegen die einfallende „Kälte &c.

12.) *Ioan. Pacher*, Nobilis Hungarus, scripsit *Veram Relationem de virtute et efficacia pulueris Hermetici et aquae lunaris in pluribus Germaniae et Hungariae locis comprobata*, Trenchinii an. 1646. in 12. typis editam.

13.) *Adamus Traianus Beneschounus*, Boemus, Thermas Pösthenienses in Comitatu Niriensi scatuentes Carmine minus venusto cecinit sub titulo: *Saluberrimae Pissinenses Thermae*. Trentlinii prodiit an, 1042. in forma quadripartita,

tita, plag. 2. Speciminis loco quaedam illius Carmina adducit *Matthias Betius* in Comitatu Nitriensi Notit. Hungar. Nov. Tom. IV. pag. 477. seq. et *Iustus Io. Torkos*, Med. Doctor, in suo de Thermis Postheniensibus Schediasmate pag. 14. Posonii an. 1745. in 8. edito.

14.) *Matthias Auctus*, quod adulto Seculo XVI. Alexii Turzonis, Lucumtenentis Regii per Hungariam, archiatrum. se gesserit, instrumentum litterarium an. 1543. signatum, in scrinio Cel. Prayi Nostri custoditum testis est.

15.) *Daniel Sz. Kereszti*, Ciuitatis Eperienfis, et Comitatus Saarosiensis in exitu Seculi superioris Phylicus, dum Regiomonte arti litterae Apollinae, singularem *De conseruanda sanitate illustrium Virorum* conscripsit *Tractatum*, Regiomonte an. 1693. in 4. foras emissum.

ARTICVLVS VIII.

FELFALVSI (Iosephus). Pater Iosephus Felfalusi, disertissimus in Ecclesia Maros-Vásárhelyiensi concionator, quod Lugduni Batavorum studia sua academica superioris Seculi octogesimo nono feliciter absoluisset; Filio quoque huic cognomini auctor exiitit, vt eandem studiorum Vniuersitatem Lugduno-Batauam amplificandae eruditionis scholasticae causa excurreret. Paruit filius optimi Parentis consilio, posteaquam is domi philosophicis aequae ac theologicis liberaliter prius imbutus fuisset scientiis, et munifica patronorum adiutus liberalitate, celebre illud Musarum emporium adiuit, inde

de breui interiecto temporis interuallo Halam Magdeburgicam repedauit, ibidem honores et titulos medicos pretio mercatus est, anno currentis Seculi quinto decimo, quibus oneratus ad patrios penates reuertit, et mox neptem Ioannis Tosói, notissimi in Transilvania Superatendentis, virginem optime dotatam, Iosephi Nagy-Ari filiam, duxit in matrimonium; quare neglecta praxi medica, in praedio vxoris suae Farkastelkensi maluit absque omni nominis celebritate viuere, quam honestissimorum virorum ambire consortium: etsi Eum Regni Transiluanici gubernator Ioannes Hallerus, ob Maiorum merita inuitum fere ad obeunda Physici ordinarii gubernialis munia pertraxerit, diu tamen ibi detineri non potuit: spretis auitae religionis ritibus, anno 1755. ecclesiae Graecae orientali semet associauit, reliquis duobus liberis etiam in castra Romanensium transeuntibus, cum senio et paupertate in dicto praedio colluctatus, haud ita pridem vitae infeliciter admodum transactae finem imposuit. Homo quanti in Transilvania fuerit pretii, indicant versus vulgi ore triti:

*Felfalusi-is el a' Doktori nével,
Kontöse áll rajta im tsak jokkal 's ellel,
Nem bír kéttseg kivul ö igen sok &c. &c.*

Felfalusi hoc, Medicum nostri temporis longe excellentiorem, Siculicae aequae nationis, *Stephanum Mátyus*, Kibēdensem, honestis parentibus an. 1725. natum, adducimus; qui postquam domi in Lyceo Areapolitano studiis domesticis

mefficis laudabiliter fuisset excultus, in Vniuersitate studiorum Ultraiectinam an. 1754. se contulit, eas ibi indefessa diligentia in arte Apollinea fecit progressiones, vt euoluto biennii spatio summos ab ordine Medicorum impetret honores et priuilegia. Praxin medicam Göttingae, Marburgi, et Viennae auspicatus, an. 1757. ad patrios lares reuertit, in Lib. Regiaeque ciuitate M. Váshelyiensi stationem fixit, et mox in sede Sicularum Marusiensi Medici ordinarii spartam intrauit, atque in *Tabula Iudiciaria*, dicta *Continua*, Adfessoris titulo coonestatus: ita laudabiliter vtramque oblatam sibi hanc prouinciã exornare nouit, vt an. 1765. in numerum Transilvaniae Nobilium, datis ab optima Matre, Maria Theresia priuilegiorum tabulis, cooptari meruerit. Quantum languida corporis valetudo, et officii medici ratio patitur, rerum naturalium contemplationi, Librorum Lectioni et scriptioni Eum hodie dum vacare nouimus. Opera, quae luci publicae exposuit, iam etiam hoc recensēbimus ordine:

- 1.) *Dissertatio Medica Theoretico-practica, de Melancholia vniuersali et hypochondriaca*, Praeside Io. Oosterdyk Schacht. Traiecti ad Rhenum an. 1756. d. 18. Maii. in 4. plag. 8.
- 2.) *Positiones Medicae inauguales num. LX. De Irritabilitate, et aliis quibusdam Medicinae Capitibus*. Ibidem anno eodem, ad d. 11. Iunii. in 4. plag. 1.

- 3.) *Diaetetica*, az-az: *A' jó Egészség' meg tartásának módját fundamentumofon előadó könyv.* Első Darab nyomtattatott Kolosvárott. 1762. in 8. alph. 1. plag. 8. Második Darab ugyan ott 1766. 8. alph. 1. plag. 8. In priori tomo pertractantur praemissis praeparatoriis obiectiue Sex Res Non - Naturales, adiecta Mantissa de externa corporis munditie: in posteriore readsumuntur subiectiue, seu secundum sexuum, statuum et aetatum differentias, subnexis prophylacticis.
- 4.) *Ö és új Diaetetica*, az-az: *Az Eletnek és Egészségnek fenntartására és gyámogatására Istentől adatott nevezetesebb természeti Eszközöknek a szerezni-velő elő-számlálása, a' mint azokra reá-kaptak, és eleintől fogva mind ez ideig a' magok kárakra vagy bajokra velek éltek az emberek. Melyben hat Darabokra intzve a' maga elebbi Diaeteticáját bővebben ki-magyarázta, 's sok ide tartozó régi szokásokkal meg-világosította, és a' természetnek szentseges Helyeire-is a' maga Feleinek sok helyeken a' jeget meg-törte, úgy hogy ennyi részben ez a' munka Természet Historiája gyanánt-is szolgálhatson. Horum priorum quatuor Volumina iam prelum exspectant In Primo traduntur vitae et sanitatis. Brevis physiologia corporis humani, temperamentorum, et consuetudinum; item Doctrina de Aere. In Secundo dilucidantur facultates alimentorum, in genere, et in specie, quae ex Regno vegetabili petuntur. In Tertio dicitur de eiu Carnis in genere, et in specie cibo-*

ciborum ex Regno animali depromptorum. In *Quarto* enarrantur Lac, et Lacticinia, oua, mella, salia, aceta, olea, et aromata, tam exotica quam domestica. In *Quinto* Potulenta et Reflexiones quaedam circa modum cibandi, et de Conuiuuiis veterum Graecorum, et Romanorum comprehenduntur. In *Sexto* reliqua quatuor Non-Naturalium et ad prophylaxin facientia vberiore pariter commentario illustraturum se doctissimus Auctor promittit.

Non abs re futurum existimauerim singulorum in Magno Transilvaniae Principatu tempore hoc degentium Medicorum nomina, eorumque habitationis loca, vna cum adnexo cuiusque annuo stipendio etiam indicare. In *Districu Hunyadiensi*, Deuae, Ladislaus Bruz cum Salario flor. Rhen. 400, In *Districu Albenfi*, Enyedini, Samuel Vásárhelyi flor. Rhen. 400. In *Districu Tordensi*, Tordae, Ios. Szegedi, 200 — *Kolosiensi*, Claudiopoli, Sam. Patakí, 400 — *Közép-Szolnokensi*, in Zilah, Ios. Zoltán, 200. — *Belső-Szolnok*, in Dées per mortem Ioannis Benedek vacat. — *Dobocensi*, in Szek, Petrus Petsi, 400 — *Kuküllouienfi*, Ebesfaluae, N. Cziegler, 400. — In *Districu Terrae Fogarasiensis*, in Fogaras vacat. In *Sede Siculorum Udvarhelyienfi*, in Udvarhely, N. Hehrtel, 200. — *Marusiensi*, in M. Vásárhely, Steph. Matyus, 400. — *Csik*, Gyergyo, *Kaszoniensi*, in Cs. Szent-Király vacat. In *Sedibus Schabesiensi*, *Mercuriensi* etiam vacat. *Ciuitatum* vero *Physici* sequentes

sunt: *Cibinii*, Iof. Wohleben, *militaris*, flor. Rhen.. 800. Mich. Neufletter *Sedis et Ciuitatis* 400. Sam. Beddeus *Ciuitatis et Sedis*, 300. N. Wolff, *poliater*. *Albae Carolinae*, Franciscus de Mare, *Episcopi et Capituli Physicus*, 600. N. Kapoun, *Cameralis*, 200. *Mediae*, Martinus Fronius, *militaris et ciuicus*, 600. *Coronae*, Wagner, *Millius, Clofius*. *Bistvicii*, I. Ch Fridenrich, 300. *Claudiopoli*, Sam. Pataki. *M. Vászébelyini*, St. Mátyus, et Anton. Kováts. *Elisabethopoli*, N. Philadelphi, *Graecus Triestienfis*, 400. *In Szamos-Ujvár*, Iof. Tatai, 300. *In aula Comitis Sigism. Torotzkai*, Gabr. Zágoni, 200. — *Comitis Gregorii Bethlen*, Michael Kaffai. Sed haec annua *Physicorum stipendia* edicto regio publico esse an. 1778. *limitata*, probe nouimus vniuersi.

* E re Patriae litteraria futurum iudicauerim, praeter Felfalufios hos reliquorum quoque *Popularium*, qui celeberrimam Vniuersitatem *Lugduno-Batauam* a medio inde seculo superiori ad sequiora nostra vsque tempora ampliandorum studiorum causa visitauerunt, nomina, ex *Academicis Archiui Lugdunensis Diariis* excerpta, in gratiam curiosorum Patriae Ciuium in his *Aduersariis nostris* publicare :

Anno 1650. Samuel Lippai, *Professor Debre-cimus*. Matthias Dioszegi. An. 1659. Franc. Arkosi. An. 1660. Georg. Pátkai, Io. Nadargi. An. 1661. Mich. Rima-Szombathi. An. 1662. Mich. Dobrai. An. 1664. Andr. Bayti, *pastor*
N. Enye-

N. Enyedenfis. Io. Nadányi, *auctor Flori Hungarici.*
 Nicol. Bethlen, et Petr. Bethlen, *Comites.* Petr. Ker-
 mendi. Steph. Szetsi. St. Dormány, An. 1665. Mich.
 Szombathi Val. Köpetzi, *Profeſſ. S. Patakinus.* Petr.
 Levai. An. 1666. Andr. Katona, Andr. Sellyei,
 Ioan. Köpetzi, *Medic. Doct̄or et Profeſſor S. Patak.*
 Mart. Deſi, *paſtor N. Enyed.* Matth. Varadi, *Medic.*
Doct̄or. Mich. Sarpataki, Mich. Sz. Györgyi. St. Eſze-
 ki Steph. Pataki, *Profeſſor Claudiopoli.* An. 1667.
 Andr. Szatmari. Ge. Szentgyörgyi. Gerard. Ka-
 bai, *paſtor Debrecinus.* Ioh. Demeter, Franc.
 Szaki. Mich. Tolnai, Paul. Cſernatoni, *Prof.*
Claudiopoli. Petr. Paal, Mich. Szathmar Némethi.
 An. 1669. Andr. Hunyadi. Baſil. Kölgyeſi. Geo-
 org. Koröſi. Ioh. Fogaraſi. Ioh. Manyoki. Ioh.
 Sarandi. Martinus Szilágyi, *Profeſſ. Debrecinus.*
 Mich. Szobofzlai. Ioh. Köpetzi. Paul. Hunyadi.
 Paul. Sallaj. Sam. Szobofzlai, *Medicinae Doct̄or.*

Anno 1670. Alex Felvintzi, *Paſt. Debreci-*
nus. Dan. Varsányi. Ge. Szigethi. Io. Hnyedi.
 Mich. Gyöngyöſi. Mart. K. Ujjſzállaſi, *Medic. Do-*
ct̄or. An. 1671. Georg. Kováts-Tatai, *Medic.*
Doct̄or. An. 1672. Io. Szegi de Bátorkeſzi.
 Mich. Eperjeſi. Ioh. Szentzi. An. 1673. Io.
 Peribai. St. Kolosvári. *Annis duobus 1674. et*
1675. ſequentibus Ludouicus XIV. Rex Galliarum
adſiſit Hollandiam, diſperſis ſtudioſis omnibus, ſo-
lus nominatus Kolosvári in ſua perſeuerat ſtatione,
quoad Neomagi an. 1676 pax concluderetur. Anno
 1676. Paul. Tartzali, *Med. Doct̄or.* An. 1678.
 Sam. Bölöni, *Medic. Doct̄or.* Cornel. Gial. An.
 1679. Baſil. Köpetzi. Ioh. Jablontzai. Ioh. Rozgoni.

Anno 1680. Ioh. Kozma Debrecinus, Ioh. Sartoris Ketskemethi. Ioh. Bakai. St. Syluanus Zilahi. St. Szentefi. Ioh. Polgari. Ioh. Belteki. An. 1681. Mich. Szilagyi. Mich. Vizaknai. Mich. Almáfi. Io. Szathmari. Paul. Czegledi. Paul. Deretskei. Paul. Gidofalvi. Dan. Varallyai. Gerson. Szerentsi. Io. Divichi. Matth. Megyefi. Paul. Varadi. Petr. Banyai. Petr. Kovafznai. Petr. Kellö. *Sam. Küleseri, Med. Doctör et Consiliarius Transiluan.* Sam. Pathai. Sam. Sz. Nemethi. Sam. Zovanyi, *Superattendens.* St. Mohai. St. Pathai. An. 1682. Dan. Varallyai. Dav. Bora. Demetr. Ujvárofi. Gerson Szerentsi. Io. Szikfzai. Io. Szondi. Matth. Medgyefi. Mich. Almáfi. Steph. Nanafi. Theod. Boër. Nicol. Tunyogi. An. 1683. Dav. Bako. Franc. Banfi-Hunyadi. Ioh. Ovari. Mich. Beke. Paul. Deretskei. Petr. Banyai. Steph. Fejervári, *Medic. Doctör.* St. Szombathi. An. 1684. Sam. Szombathi. Sam. Kis-falvi. Nicol. Csaholtzi. An. 1685. Franc. Zemlei. Laur. Turi. Mich. Musnai. Paul. Debreczeni. Paul. Szöllöfi. Steph. Enyedi. An. 1686. Adam. Kaló. Ioh. Honvárdi. Ioh. Lofti. Io. Maccodi. Mich. Bodai. Mich. Nanafi. Nicol. Apáti. *Medicus et V. D. Minister Debrecinus.* Sam. Kapofi, *Prof. Albenfis.* An. 1687. Demetr. Nogradi. Casp. Enyedi. Io. Kenderefi. Ifac. Odri. Mich. Rapoti, *Pastor Debrecinus.* St. Dobrai. An. 1688. Andr. Diosi. Gasp. Vischi. Petr. Patai. Io. Bombai. Io. Vischi. Mich. Csepregi, *Profess. Claudiop.* Mich. Hevizi. An. 1689. Ge. Bitai. Georg. Lindfai. Io. Bánki. Io. Nagy-Vatzi. St. R. Szathmari. Dan. Labadi. Dav. Clausemberger, *Medienfis.* Ioan. Egverti.

BIOGRAPHIA MEDICORVM. 135

Anno 1691. Sam. Váradí. An. 1693. Mart. Kolosi. Steph. Szapizló. An. 1698. Andr. Korpos Gyalai. An. 1699. Mich. N. Solymosi. Sigism. Palfi. Steph. R. Szombathi. Steph. Szederkenyi.

Anno 1700. Andr. Füleki. Io. Berzési. Io. Patai. Io. Pelsötzi, *pastor M. Igen*. Iof. Gaal. Sam. Fogarasi, *Medic. Doctör*. St. Ketskemethi. Anno 1701 Io. Nonyai. An. 1702. St. Azari. St. Dobozí. Sam. Martonfalvi. An. 1703. Franc. Kőpetzi. An. 1704. Dav. Mihalyfalvi. Ioh. Hertzeg, *Medicinae Doctör et Professor Debrecinus*. Robert. Medvi. Matth. Hentzidai, *Medicinae Doctör* An. 1705. Io. Bogdany. An. 1708. Steph. Militiski.

Anno 1714. Mich. Sz. Abrahami, *Superattendens Vnitariorum*. An. 1715. *Ordines Prouinciae Hollandicae duo annua contulerunt stipendia binis Collegii N. Enyedensis studiosis togatis quotannis pendenda, quorum nomina cursuis impofterum fingnabuntur litteris*. An. 1716. Io. Remethei. Sigism. Défi. Andr. Ajtai, *Medic. Doctör*. Franc. Pariz Pápai, *Medic. Doctör*. An. 1717. Franc. Miskoltzi. Ge. Katai. Mich. Komaromi, *Profess. et V. D. Minister Debrecinus*. An. 1719. Emer. Pariz Pápai. Mich. Bandi. Io. Toth. St. Szilagyi, *Professor Debrecinus*.

Anno 1720. Mart. Dutzi. Mich. Lib. Baro de Lazar. Steph. Enyedi. An. 1721. Io. Enyedi. Paul. Kamaráfi. Steph. Tardi. An. 1723. Io. Lukats Borosnyai. Dan. Gajdo Tfernátóni. Sam. Pataki, *Medic. Doctör*. An. 1725. Franc. Len-

kei. An. 1726. St. Varga. An. 1727. Ios. Harkányi. Sam. Főji. An. 1729. Moses Bereg-Ráski. Sigism. Kováts.

An. 1731. Georg. Buzinkai, *Medic. Doctor.* Ios. Comes Berini, Nicol. Comes Palfi. Anno 1732. Anton. Sacr. Rom. Imp. Comes Eszterházy. Paul. Gyöngyösi, *Medic. Doctor. Sigism. Nagy-Borosnyai, Theolog. Doctor et Professor Enyed.* Ios. Kasza. An. 1734. Ios. Fay. Petr. Deak. Anno hoc ab eodem munifico Hollandiae Ordine Claudiopolitanis quoque duo annua collata sunt beneficia.

An. 1735. Georg. Huszti, Ioh. Sós, *Alumni Claudiopolitani.* An. 1736. Io. Ag, *Superattendens Vnitariorum.* Ioh. Klein, *Iudex Bistriciensis regius.* Ioh. Palfi, *Vnitarius Professor Claudiop.* An. 1738. Paul. Bardotz, Steph. Gyula-Szigethi, *Alumni Enyedenses.* Petr. Csaszar. An. 1738. Ios. Sófalvi, Sam. Deáki, *Al. Claudiopolitani.* An. 1739. Mich. Szathmári, *Professor Patakinus.* Sam. Szilágyi, *Professor Debrecinus et Superattendens.* An. 1740. Ios. Berzetei, Petr. Bod, *Al. Enyed.* An. 1741. Steph. Intze, *Profess. M. Vársárhelyiensis.* Io. Viski, *Claudiopol.* Steph. Paldi, *typographus.* An. 1743. Franc. Barrok, Petr. Csernátóni, *al. Enyed.* An. 1745. Gabr. F. Lofontzi. Mich. Intze, *al. Claudiop.* An. 1746. Franc. Székely auitae religionis defertor; Nicol. Toldi, *al. Enyed.* An. 1747. Dan. Pataki, Ios. Z. Miskoltzi, *al. Claudiop.* Io. Csernátóni, Ladisl. Málnáfi, *al. Enyedenses.*

Anno 1752. Sam. Szigethi, Franc. Csutak, al. Enyed. Mich. Csomos, et Sam: Pataki, Medic. Doct̄or, vterque Professor Claudiopolitanus, et al. Claudiopolitan. An. 1755. Clemens Nagy. St. Nagy, al. Enyed. St. Deft. Io. Bodoki, al. Claudiop. An. 1758. Dan. Szathmari. Mart. Hanka. Iof. Bodoki Professor, al. Claud. Anno 1760. Alex. Kovásznai, Profess. M. Vásárhely. Ladisl. Kováts, al. Enyed. Adam, et Iof. Teleky de Szek, S. R. Imp. Comites Transiluanici. An. 1761. Mich. Szathmari. Paul. Dedky, al. Claudiop. An. 1762. Franc. Kis, Ladisl. Benkő, alumni Enyedenses. Subtexant reliquorum nomina alii, qui litterariis huiuscemodi etiam delectantur minutis.

Inuabit interim eorum quoque Studioforum gente Hungarorum hic exhibere Catalogum, qui Albo Vniuersitatis Studiorum Vltraieſtinae inde ab anno 1636. quo erecta et nouis priuilegiorum tabulis illa confirmata est, nomina sua per annorum seriem inscripserunt, et ex munifica Ordinum liberalitate ibidem studiis suis operam nauarunt, vel etiam summos in Theologia, Philosophia, Iure, atque Medicina impetrarunt honores ac priuilegia:

Anno 1643. Caspar P. Szétfi. Ioh. S. Kazai. An. 1644. Nicol. Szoboszlai. Paul. Bogacinus. St. Sz. Varadi. St. Sz. Thokaji. St. P. Czeglédi. An. 1645. Iof. Sóti. St. Cf. Komaromi. An. 1646. Melchior Baló Baconi. Nicol. Somofi. Petrus Kálnai. An. 1647. Nicol. Illyesfalvi. Mich. Sz. Szekelyhidi. Colomannus Iustus. St. Kapóffi. Ioh.

H. Mikolai, Andr. Briccius Petr. B. Szathmári. Samuel Lippai. St. Buda Ráthoni. Andr. Czehi. An. 1648. St. T. Peeri. Io. G. Göntzi, Georg. Krizbai. Io. Siko B. Matth. Urmeni, Franc. Borfai. An. 1649. Mich. Hentes. Dan. P. Vizkeleti. Alex. N. Vetési. Nicol. M. Margitai, Mich. Varallyai. Petr. Vasarhelyi. Georg. Pallyi, Andr. Siluanus Tarpai. St. Vari. Ioh. K. Nagy-Kálnai. Casp. Datz. Basilius Szent Lászlói. Sam. Enyedi, *Medicinae Doctör*, Io. M. Enyedi.

Anno 1650. St. A. Szathmári. Io. Csere Apáztai. *Ge. Cf. Komáromi, Theologiae Doctör*. St. Gelei. St. Nemethi, Paul. K. Dioszegi. Nicol. K. Hathazi. Io. P. Somosi. Iacob Farkas Alifstali. An. 1652. Io. Philippus. Thom. P. Tisza Batfi. Mich. Latsko Szeplinus. Mich. Buzinkai. Mich. Batori. St. Horti. Casp. Miskoltzi. Casp. Batzi. Anno 1653. Casp. Miskoltzi. Andr. Kerefturi. St. B. Budeus. St. F. Nemethi. Thom. Tolu Sz. Györgyi. Dav. Szentgyörgyinus. *Ioh. Pofahazi, Philos. Doctör*. An. 1654. St. V. Betskehazi. Sam. Gelei. Andr. Remeteinus. Urban. Erfekujvarinus. Mich. P. Tatai. Paul. Kaposi. Lad. Gyönyösi. *Paul. Görgei, Medicinae Doctör*. An. 1655. Mich. Szánthai. Steph. Tholnai. Io. F. Lófontzi. St. M. Sellyei. Ioh. Szepfi. Ioh. Püspöki. St. P. Szantóuius. Ioh. H. Kefzöni. Franc. P. Szaki. *Ge. T. Martonfalvi, Theolog. Doctör*. An. 1656. Greg. H. Nemeti. Andr. Liszkai. Paul. Iasz-Berenyi. Mart. Z. Rima Szombathi. St. Harsanyi. Mich. Dobrai. Mich. Pali. Paul. Fogarafi.

Anno 1660. *Caspar Enyedi*, *Iuris Doctör*. An. 1665. St. Eszeki. *Jacob, Cseh-Csuzi*, *Theologiae Doctör*. Io. Lenthii Papensis, Mich. Sz. Nemethi. Mich. Sársöi. St. B. Wefzpremi. An. 1666. Steph. Báthori. Steph. Sziraki. Gerard. Kabai. Io. Daday. Steph. Szönyi. Steph. Peréni. *Matth, Váradí*, *Medic. Doctör*. Mart. Szilagyi. An. 1667. And. Lifzkai, *Matth. Váradí*. An. 1669. *Georg. Kovats Táltai*, *Medicinae Doctör*.

Anno 1671. Steph. Horváti. Franc. Foris Otrokotfi. Mich. P. Panyoki. Petr. Selyki. St. S. Pataki. An. 1672. Dan. Tifza-Varsanyi. An. 1674. Io. R. Befzermenyi. An. 1676. Ge. G. Dioszeghi. Mich. Almafi de Tokaj. St. R. Szombati. Gabr. Nanafi. Petr. K. Vasarhelyi. An. 1677. Andr. Vervölgyi. An. 1678. Franc. Th. Kabai. St. Zilahi. Sam. Hodoffi. Io. Kozma. An. 1679. Paul. D. Ketskemethi. Georg. Tornyoí. Io. S. Ketskemethi. An. 1682. *Abrah. Gruber Soproniensis*, *Medicinae Doctör*. An. 1683. Sam. Kapoffi.

Anno 1692. Greg. Horvát Füleki. Sam. Paffotis Varadi. An. 1693. St. Wefzpremi. An. 1696. Paul. Szombathi. An. 1698. Io. Pellchötzi. An. 1705. St. P. Patai. *Matth. Szepfi*. An. 1706. Nicol. Csekei. Andr. Czeglédi. An. 1708. Mart. Almafi. Ioh. Nemethi. Benjamin Almafi. Steph. Almafi.

Anno 1710. Petr. Almafi. Io. Czeetfi. Mich. Szathmári. An. 1713. Sam. Sz. Györgyi. Andr. Göböl. Andr. B. Munkatfi. Ge. M. Szertzi. An. 1714. Sam. Dabi. Ge. K. Votefi. An. 1715. Petr. Sz.

Sz. Peteri. St. Mihalyi. Dav. Ragallyi. An. 1718. Greg. Nagy-Mihallyi.

Anno 1727. Io. T. Szikszai. Ambros. Kerek. Io. Kovats. Andr. Felvintzi. An. 1722. St. Sz. Iobi. Izrael Maroffi. Sam. Makkay. Io. Miskoltzi. Io. Ujvari. St. Ketskeméthy. An. 1723. Ge. Pataki. Greg. Dömsödi. Mich. Desö Krizsbai. Franc. Iosvai. St. P. Polgari. Mich. Debreczeni. Io. Ferge Bathori. An. 1724. Mich. Donga. Mich. Deak Ketskeméthy. Io. Czufai. St. Töke Vasarhelyi. Mich. Füredi. An. 1725. Greg. Lovasi. Ladisl. Csokonai. St. Sz. Czeglédi. *St. Dioszegi Medicinae Doctor.* Ioh. Nanai. Io. M. Szent-Györgyi. Gabr. Zagoni. Georg. Ianoffi. An. 1726. Io. Polgari. Io. Csék. Csuzi. Ioh. Peleskei. Io. Gere Bathori. An. 1727. Mich. Kápolnafi. Dan. Seetsi. Io. Vatai. Mich. Földesi. Io. Kadartai. An. 1728. Sam. Nemeti. St. Debrecinus. Andr. Szent-Miklófi. Andr. Kárman. Anno 1729. St. Sarkány. Mich. Megyaszai. St. Böltsi. Alex. P. Szathmari. Io. Vízslai.

Anno 1730. St. Széki. Mart. Bánhorváti. Sam. Endredi. Mich. Szentefi. Io. Kabai. Io. Simontornyai. Io. Szentpéteri. Iacob. Iancso. Sigism. Pap Szathmari. Sigism. Ertsei. Paul. Fülöp de Eör. Mich. Dufitza. An. 1731. Alex. Enyedi. Sam. Veresmarti. Andr. Domány. Georg. Szikszai. An. 1732. St. Mezö. Ioh. Berzetei. Sam. Kallai. Ge. Nagy. Io. Patnoki. An. 1732. Emer. Pétzeli. Ioh. Fay. Andr. Csuzi. Valent. Nagy-Szeghi. Dan. Ujlalufi. Petr. Szoboszlai. Petr. Lovasi. Sam. Egyházi. Mich. Molnar. Ioh. Soly-

BIOGRAPHIA MEDICORVM. 141

Solymosi. Matth. Fogarasi. Ge. Tokaji. St. Nagy.
 An. 1734. Mart. Zagoni. Mich. Seres. St. Földesi.
 Sam. Orbán Szatmari. *Sigism. Borosnyai*, *Theo-*
log. Doctör. Ladisl. Baktfi. An. 1735. St. Sa-
 rófi. An. 1736. Mart. Abats. Franc. Peremarto-
 ni. Ge. Szentpéteri. Ioh. Maroffi. Greg. Szomba-
 ti, Mich. Szendi. An. 1737. Franc. I. Lifz-
 nyai. Ioh. Marcus. An. 1738. Petr. Czeglédi.
Jonas Cseh Sz. Péteri, *Philos. et Medicinae Doctör.*
 An. 1739. Greg. Vetszi. St. Motfi.

Anno 1740. Petr. Iánki. An. 1741. Andr.
 Kabai. Ioh. Maklári. Ioh. Mihályi. Andr. Kevi.
 An. 1742. Ge. Szendi. Ge. Szilagyi. Mich. Med-
 gyaszoi. An. 1744. Andr. Maruffi. Georg. Györ-
 kei. Mich. Major. Ge. O. Eöri. Sam. Onodi. An.
 1745. *Iof. Zoltán*, *Medic. Doctör.* An. 1747.
 Iof. N. Dantshazi. An. 1748. Nic. David. Io.
 Foris. St. Kegetzi. St. Sós. Ludov. Domokos.
 St. Kuthy. An. 1749. St. Vízslai. Iof. Hufzti.
 Mich. Hufzar. Iof. Papai. Ge. Matoltsi. Io. Gou-
 dan. St. Némethi.

Anno 1750. Ge. Szalai. Io. Szabó. Andr. Sar-
 kány. St. Tóoth. Ioh. H. Szöllösi. St. Török Dio-
 szeghi. Franc. Székely. St. Bereti. Io. Szalantzi.
 Sam. N. Dantshazi. Martin. Szafz. Iof. Budai. Io.
 Sarvári. Io. Bathori. Andr. Bárány Vifolyi. An.
 1751. Gabr. Iantso. Ladisl. Baktsi. Steph. Paldi.
 Io. Czire. Emer. Sós. Iof. Dosa. Mart. Banyai.
 Mich. Varadi. St. Szalai. Ioh. Kadar. Ioh. Cseh
 Sz. Péteri. Sam. B. Szabó. St. Szilagyi. Franc.
 Székely. Iof. Benkö. An. 1752. Georg. Vatai.
 Nicol. Tunyogi. St. Sz. Simoni. St. Szathmari.

Sigism. Eperjesi. Steph. Bara. Ioh. Generfi. Franc. Tsihutak. Franc. Szotfch. An. 1753. St. Wali. Franc. Kolmar. Sam. Kolosvari. Abrah. Szathmari. An. 1754. *Stephanus Westpremi, Medicinæ Doctör.* Io. Ikafalvi. St. H. Defi. Franc. Csepeli. *St. Mátyus, Medic. Doctör.* An. 1758. *Petr. Pechi, Medic. Doctör.* Sam. Patakí, *Medic. Doctör.* Sam. Dombi, *Medic. Doctör.* An. 1759. Sam. Sz. Györgyi. Io. Z. Kalotsani. Franc. László de Dálnok.

Anno 1762. *Io. Benedek, Medicinæ Doctör.* *St. Farkas, Med. Doctör.* An. 1763. *Georg. Iánoffi, Medicinæ Doctör.* An. 1764. *Ge. Zagoni.* An. 1765. *Gabr. Fülöp de Eür, Theolog. Doctör.* An. 1766. *Mich. Balog Soos, Medic. Doctör.* An. 1768. *Mich. Polgari, Medic. Doctör.*

Anno 1770. *Mich. Paxi de Szathmar, Medicinæ Doctör.* An. 1772. *Sam. Szegedi de Pesth, Medicinæ Doctör.* An. 1773. *St. Madas. Mich. Szöke. Sigism. Kolosvari. Ladisl. Fabjan. Georg. Köröfi.* An. 1775. *Iof. Rety. Emer. Kallai. Beniam. Szikszai. Ge. Mehes. Iof. Pap Fogarasi, Philos. Doctör.* *St. Kovásznai. Sam. Benkö. Nicol Tsetfi. Io. Köröfi. Ioh. Báty, Medic. Doctör.* *Sam. Kolosvari, Medic. Doctör.* *Dan. Domsodi. St. Watay. Iof. Molnar. St. Motfi. Andr. Miklosfalvi.* An. 1776. *Mich. Fegy Konkoli, Medic. Doctör.* *Sam. Horvath de Hofszúfalva, Medicin. Doctör.* *Iof. Zoltán, Medic. Doctör.* *St. Debreczeni. Iof. Mándi. Io. Cfiki. Andr. Nadaskai. Emer. Petzeli. Mich. Wantyn. Dan. Pakfi. Paul. Nagy Eorosnyai, Medic. Doctör.* *St. Szerentsi. Sam.*

Sam. Vajda Cfernátoni. An. 1777. Iof. Szabó.
 Sam. Pap. Sam. Litterati. Mich. Szalai. *Abrah.
 Komjati, Iuris V. Doctör.* Io. Szombathi. Io.
 Dofa Hartfa. Franc. Perjéfi. St. Szana. Iof. Pe-
 terdi. Andr. Fodor. Io. Banyai. Sam. Kallai.
 An. 1778. *St. Güde, Philof. Doctör.* An. 1779.
 Andr. Lötső. Dan. Szentefi. Paul. Vadász. St.
 Ketskemeti. Adam. Nagy Putnoki. Mich. Nagy.

Anno 1780. Franc. Palfi. St. DuJo. Mich.
 Bendek. Sam. Malnafi. Iof. Keresztefi. Franc.
 Tamaffa. St. Kereszi. Sam. Zilahi. An. 1781.
 Ge. Kolosvari. Io. P. Szilagyí. Andr. Kifs. St.
 Magy. Ioh. Nemegeyi. Paul. Osgyáni. Mich.
 Blafek. Mich. Egei. Sam. Bodola. Sam. Hor-
 vâth. Georg. Boros. An. 1782. Georg. Mol-
 nar. Paul. Szenté. Iohannes Kementzky. Ioh.
 Motfi. Ioh. Rétfei. St. Cforba. Sam. et Iofeph.
 Pézeli. An. 1783. Ioh. Kazai. Mart. Szilvafi.
 Georgius Maroffi. St. M. Nagy. Greg. Kenéz.
 Sigism. Galamb. Sam. Sapi. Petr. Patay. Iof.
 Ats-Rudredi. Io. Szalai. Sam. Boros. Ioh. Po-
 lya. Anno 1784. Dan. Keck.

ARTICVLVS IX.

FOGARASI (Samuel) Oppidum Transilvaniae insigniter **Laxum**, coloniae Hungaricae castro utcumque communitum, **Fogaras** nuncupatum, **Fogarasio** nostro ortum simul, et cognomen tribuit. Licet **Parentes** in re familiari administranda minime sibi fauentiorem experti fuerint fortunam; filium tamen in cunis fere adhuc vagientem musis mansuetioribus consecrandum destinarunt, quare in tenera adhuc aetate constitutum tenui sustentandum stipendio in **Gymnasium N. Enyedense** expediuerunt: ubi dum ille labentibus annis, liberalibus disciplinis, linguarum Latinae, Graecaeque insigni peritia, philosophicis etiam Theologicisque studiis animum excoluisset, atque artem salutis humanae praesidem, ad quam naturae quadam procliuitate ferebatur, sibi praepremis excolendam delegisset, in ipso seculi superioris exitu in oras foederatorum Belgarum concessit; ibique in celeberrimis Musarum palaestris Medicos ea aetate clarissimos audiendo, haustam domi eruditionem, locupletare, atque perficere studuit. Post biennii moram ex **Vniuersitate studiorum Lugduno-Bataua**, cuius **Albo** nomen cuius **Academicus** anno 1700. inscripsit, **Franqueram Frisiorum** transiit, celeberrimum **Loci** quoque illius Medicorum consuetudine, et doctrina aequae usus, et mox, vix dum in quartum annum arti salutari impendisset, ibidem consuetis **Academicis** honoribus medicis insignitus

tus est. Ut vero praecepta artis Medicae usu, et exercitatione firmaret, statuit in patriam reuertere tellurem, ibique et aegris salutem, et sibi victum commodiorem parare. Hic omni, qua potuit diligentia, dum medicinam facere auspicaretur, ita breui inter ciues suos inclaruit, ut ejus consilium, & opera in valetudine secunda tuenda, et aduersa curanda certatim expeteretur, in morbis inprimis muliercularum examinandis, earumque symptomatis demulcendis singularem prorsus euentu prosperrimo adhibuit diligentiam, atque industriam, ut laudem docti, et fidelis Medici apud sexum inprimis sequiorem consequeretur, tanto quidem facilius, quod admirabili formae pulchritudine a natura esset liberaliter dotatus. Sed non satis diu constans Fogarasio nostro permansit felicitas, aduersarii nonnulli priuatim infensi impactis verene an falso quibusdam onerare coeperunt criminibus, quod priuigno suo Petro Kovats, repentina morte extincto necem intentauerit, et quod incestu cum priuigna commisso, semet polluerit, capitur infelix, et vinculis constrictus Claudiopolim deuehitur, ibi in custodiam coniectus, ac semel iterumque ad quaestionem coram foro iudiciario adductus, cum identidem vacillaret, arctiori custodiae iudicum sententia mancipatur. Etsi corpore satis firmo, et robusto vteretur, nihilominus proximo calamitatis, et miseriae anno apoplexia correptus est, ex qua praestantissimis remediis, seu; ut verius dicam, natura Optimo Medico, quae lo-

co inter scapulas medio, ad tertiam spinæ dor-
si vertebram, magnam materiae malignae copiam
collectam sua sponte excreuerat, in tantum con-
valuit, ut spem videbatur facere recuperandae
sanitatis non vanam, quamquam languoris, et
imbecillitatis aliquo sensu relicto; verum non
diu illa salutis spes sibi amicisque adfulsit; nam
haud ita longo post tempore malum hoc vehe-
mentius reuertit, ut anno 1724. Nostrum in
captiuitate Claudiopolitana detentum interime-
ret. Famigeratissimus aequè in Transyluaniâ
aetate illa Medicus, Samuel Köleserius, inui-
diae, et aemulationis oestro exstimulatus, ne
mortuo quidem insultare desistit Fogarasio, vt
tanto promptius celebritatem Nominis Illius
obscuraret, adsumto eum veneno interiisse dicti-
tauit, alios quoque ad idem credendum addu-
xit, ex residuis Medicamenti praesentis cu-
iuspiam faeculis, vt quidem hariolatus est,
ipsemet mox in poenam futilitatis linguae mor-
daci, iisdem, vt statim dicemus, infelicibus
fatis inuoluendus.

O P E R A.

- 1.) Dissert. inaug. medica de Scorbuto Franeque-
rae anno 1703. in 4.
- 2.) *Observationes Medicae varii generis, Tentami-
na imprimis nouorum Medicamentorum in morbis
foeminarum curandis instituta.* Quae quominus
in lucem ederentur, mors infausta, quae
nunquam non praestantissima vana reddit,

consilia sagacissimi, et felicissimi Medici impediuit.

Quandoquidem *Jo Pierius Valerianus Toldius*, *Ferrarius*, *Biffelius*, et inprimis *Theophilus Spizelius* multum de Litteratorum infelicitate disseuerint, quam illi vel ex impietate, vel inanis gloriae amore, et studio aut aemulatione, et invidia, atque alieno liuore, contentionibus, et rixis, nec non maledicentia, ambitione, auaritia, noxia curiositate, ex superuacaneis laboribus, et variis denique casibus sibimet adseuerunt: liceat nobis quoque tantorum Virorum auctoritate suffultis infelicitum Medicorum Hungariae, et Transilvaniae elenchum hic exhibere, qui vel sua culpa, vel nouercantis fortunae Ludibrio in extremas praecipitati sunt calamitates praeter *Fogarasium* huncce, cuius effigiem viuam isthoc Articulo tenui adumbrauimus penicillo. Ad hoc infelicitatis Litterariae Medicorum Hungariae Seminarium referendus est proximo quoque loco *Samuel Küleferius*, Transiluauiae Medicus, hoc statim momento laudatus, Consiliarius Regius, torque aureo a munifico Caesare Carolo VI. donatus, laboriosus Societatis inclytæ Nat. Curiosorum Alumnus, diutini carceris squallore ob bigamiae crimen Cibinii maceratus. Anno 1732. non sine suspicione ad summi veneni extinctus est, ita docente Biographiae Nostræ Centuria I. Artic. XLVII. pag. 83.

Georgius Blandrata, Joannis Sigismundi Hungariae Reguli Archiater, insipidi dogmatis Ariani

in Transilvania disseminator, a filio fratris germani, bonorum haerede, noctu in lecto strangulatus est. Centur. I. Artic. X.

Paulus Gyöngyössi Cassouienfis Hungarus, Catharinae II. Rufforum Imperatricis Medicus, ex immodico animi moerore e similtatibus contracto, in eam ante biennium mortis suae, quae anno 1770. contigit, incidit insaniae speciem, vt nullum liberae mentis amplius relinqueret intervallum. Centur. I. Artic. XXX.

St. Kirally, Med. Doctor Debreczinensis, in aberrationes mentis incidit, et in ptochodochio suburbano, ubi V. D. Ministrum quoque se gesserat, an. 1726. infelicem vitam finiuit. Cent. I. Art. XLII.

Andr. Vette, Medicus Cibiniensis, factus insigniter melancholicus, in solitudine circa an. 1746. vitam claudit miseram. Centur. IIa Part. I. Artic. XLIX.

Io. Godofred. Hellenbach, Schemnitzienfis, ob medendi peritiam a Leopoldo Imper. Liberi Baronis axiomate donatus, sed quod factiosi Principis Francisci Rakoczii adhaeserit partibus, et bibliothecam instructissimam, et reliqua bona omnia amisit, non nulla tamen ex parte mox recuperanda. Centuria I. Artic. XXXI.

Iac. Ambrosius Lang de Langethal, homo peregrinus, tumultuantis Principis Francisci Rakoczii Physicus, quod pace ad Szathmarinum conclusa ad obsequium redire noluerit, perpetuo multatus est exsilio. Centuria I. Artic. XLVIII.

Io. Iacobus Menardus, Wladislai II. et Ludouici II. Regum Hungariae Arohiator, desideratis intentus amoribus prima nuptiarum nocte an. 1536. maior septuagenario, suauis morte extinctus est. Centur. I. Artic. LV.

Steph. Fejervari, Med. Doctor in Transilvania celeberrimus, aequae ac Menardus, prima nuptiali nocte an. 1688. coniugalibus immortuus est amoribus, pluribus alias verbis commemorandus, qui Dissertationem inaugurat. *de Scorbuto* Lugd. Batav. an. 1684. in 4. plag. 2. Mich. Teleki inscriptam vulgavit.

Weighardus Scultetus, Gabrielis Bethleni Principis, et egesti Hungariae Reguli Physicus, illo mortuo, dum fratris Stephani Bethlenii faueret partibus, ab adornatis Catharinae Brandenburgicae, viduae Principis, imperium adfectantis, militibus, dicam verius, latronibus, in minutissima frustra concisus in Alutae fluminis aquas praecipitatus est. Centur. I. Artic. LXVI.

Paulus Gyulai, Med. Doctor, Stephani, et Christophori Bathoriorum, Transilvaniae Principum, Consiliarius, Sigismundi Bathori Transilvaniae Principis truculenti iussu an. 1592. impune trucidatus est. Centur. II. Part. II. Art. XX.

Samuel Drauth, Medicus Cibiniensis, Societatis Nat. Curiosorum Chrysippus II. in fornicatae camerae Bibliothecae suae ruina ex improviso misere sepultus est. Centuria II. Part. I. Artic. III.

St. Paulus Batsmegyei, Medicus Tirnauien-
sis, Alchemicus insignis, dum incautius ignem
tractaret chemicum, disruptis vasis vitreis exi-
tium vitae inuenit. Centuria II. Part. I. Ar-
tic. VI.

Ioannes a Transilvania, aliter *Erdellyi*, tem-
poribus Matthiae Coruini, Coenobiarcha Carthu-
sianus in Monasterio Scepusiensi Io. Baptistae de
Lapide Refugii nuncupato, facerrimo artis alchi-
misticae studio inescatus, omnes Monasterii fa-
cultates decoxit, quare ob id insigniter punitus
est. Centur. II. Part. I. Artic. XIV.

Franciscus Hunyadi, Stephani Bathori Transil-
vaniae Principis, et mox Regis Poloniae Archia-
ter, nouissime Sigismundi Bathori, inconstans
animi Transilvaniae Principis, Physicus, vna cum
Hero hoc suo in exilium actus est. Centur. II.
Part. I. Artic. XX.

Io. Adamus Rayman, nobilissimus poliater
Eperjesiensis, et Saarosiensium Physicus prouincia-
lis, Academ. Natur. CC. Aristophanes I. eam,
tribus ante mortem annis, firmis dum adhuc per-
staret viribus, incidit alienatae mentis calamita-
tem, vt se mortuum esse et crederet, et solle-
mni pompa efferri continuo cuperet. Centur. II.
Part. II. Art. XXXIX.

Adamus Molnár, Academiae Naturae Curios.
Marcellus II. Principis Valachiae Physicus, dum
anno 1768. hostilis exercitus Russici manipulus
ex improviso aduolans, integrum vno die expu-
gnaret

gnaret *Bucharestum*, omnem et librariam, et reliquam domesticam totius vitae suppellectilem momento temporis amisit, vix ipse, pudus fere, Coronam Transilvaniae profugere potuerit. Cent. II. P. II. Art. XXXIV.

St. Bulog Sellyei, ecclesiastici ordinis Vir, sed insigni artis medicae peritia tinctus, barbaricam in triremibus Neapolitanis perpeffus est Seculo antegresso crudelitatem. Centur. II. Part. II. Artic. V.

10. *Jeszeni* vel *Jeszenszki* aliter *Jessenius*, eques Hungarus *Turocziensis de Nagy-Jeszén*, Professor Medicinae *Vittebergensis*. Rudolphi et *Matthiae Regum Archiater*, et Collegii *Carolini Pragensis* Rector, quod fidem *Austriacis* datam violasse crederetur, anno 1621. lingua prius viuo excisa, capite diminutus est, reliquum vero corpus quadripartitum infelici ligno appensum est. Centur. II. Part. I. Artic. XXII. Horret animus reliqua persequi. Tu Deus T. O. M. omnium bonorum largitor benignissime, ferua Rempubli- cam Tuam litterariam, imo vniuersos nos omnes ab omnibus periculis immunes, conferua incolumes quam diutissime, ex animo precamur.

ARTICVLVS X.

GRVNDEL (Georgius.) Vitae et studio-
rum rationem Grundelii descripturus eum in sche-
dis Georgii Wolfg. Vedelii praeceptoris sui, in
famigeratissima metallifodina Vetero - Vallensi
Altgeburg dicta, d. 17. Sept. an. 1659. patre
cognomine, vrburario loci eiusdem, ac Lib. Re-
giaeque Ciuitatis montanae Neosoliensis quaestore,
matre Dorothea Chladny prognatum fuisse
inuenio. Sub pia educatione ac cura parentum
transactis infantiae annis, Ioannem Burium, pa-
storem Carponensem, Georg. Chladny patrum,
Hausvaldensem, Georgium Francisci, Rectores,
et Dauidem Henrici, Collegam Vallis Dominorum,
fidelissimos in Patria obtinuit praeceptores,
Iactis pietatis et litteraturae pro aetatis ratione
fundamentis, Neosolium missus est, praeuia
Matthiae Stürzeri, et Thomae Stelleri, Gymna-
sii moderatorum, manuuctione maiora ibidem
studiorum incrementa habiturus, nisi grauibus de
caussis ea ex solo Germanico arcessere consul-
tius visum fuisset. Delatus ergo an. 1674. Gör-
licienſe Gymnasium, clarissimorum virorum M.
Christiani Funccii, rectoris, Dav. Vechneri,
prorectoris, Mart. Richteri, conrectoris, et
Ant. Schmidii, subrectoris eruditioni se per
triennium commisit. Honesto recensitorum praecep-
torum loci illius munitus testimonio, Casimiria-
num, quod Coburgi floret, petiit gymnasium,
vbi ad academicas ~~ambitiones~~ adparatum amplio-
rem sibi comparaturus, Io. August. Stempelium,
Ludi

Ludi Directorem, Io. Christ. Frommannum, Archiatrum, et Medicum prouincialem Saxonicum, M. Io. Wolffingium, Israel. Clauderum, M. Io. Schubertum, professores, ita sedulo auscultauit, ut ad sublimiora facili gressu aditum sibi struxerit, quare an. 1678. in Vniuersitatem studiorum Salenam se contulit, ibi solidam artis peritiam sibi acquisiuit, acquisitam moribus, pietate, modestia, vitae integritate ornauit. Hic posteaquam physicas, et mathematicas scholas a Io. Andr. Schmidio institutas frequentasset, ad medicam artem excolendam animum studiose adpulit. Dum publicas, et priuatas professorum in arte Apollinea excellentium Rudolphi Wilh. Krauis. Aug. Henr. Faschii praelectiones medicas frequentaret, illum seorsim in demonstrationibus Chemicis, hunc in Botanicis, non minus quam Anatomicis, et Chirurgicis fideliter praeecuntem non minori cura sequeretur, Georg. Wolfg. Vedelii vero ductu, quae in theoretico, et practico foro nosse intererat; auido animo hauriret, atque in futuros usus prudenter conderet, facile ad examina, et consequendos honores in arte medica summos aditum aperuit; sufficienter itaque iis praesidiis instructus, quae artificem humani corporis addecet, habita ad d. 5. Martii an. 1683. disputatione de *Oedemate* sub praesidio Faschiano publica Insignia, et priuilegia Doctoris bullat; Medici Grundelius noster sollemni ritu ab Ordine Medicorum impetrauit. Patriae telluri mox haud ita longo tempore redditus, Neosolii ciuitate montana consedit, clinicam inibi, eiusque

vicinia felici cum successu exercuit, chemicam, et metallurgicam imprimis sollerter tractavit, de quo Matthias Belius, celebris Historiae Patriae scriptor, in Notitia Hungar. Nov. Tom. II. pag. 442. haec refert: *Georgius Grundelius, Med. Doctior aetate nostra, maximo suo damno expertus est aeris Libethensis mineram ferro copiosiore, quin et antimonio maritatam difficilem habere liquandi modum, ac subinde irritum. Laudem huius Viri melioris, quam felicioris videre licet apud Tollium Epist. Itiner. V. pag. 193. et de fodinis Libethensibus ead. Epist. pag. 167. Placebit verba Tollii e locis a Belio statim citatis deprompta chartis his nostris inscribere singula: Contracta, inquit Tollius, eo die, quo cum Fromknechtio egi, et cum altero Medico, Georgio Grundelio, amicitia, qui mihi multa elegantia e vicinis fodinis, argenti, aeris, vitrioli, antimonii, et similium collecta frustula ostendit, multaue me de iisdem, aliisque per Hungariam fodinis docebat. Item: Libethenses fodinae, quae duobus Neosolio milliaribus distant, aere flavo abundant. Triplices sunt, prima partim Libethensi, partim Neosoliensi civitati communis est, altera Rothenii, viri spectatissimi, tertia Oberberga dicta; Valdburgensium, et Grundeliorum. Magno reuera Medicis cedit decori, et ornamento, rerum naturalium cognitione in modum Grundelii nostri delectari! Quae de Nostro Medico doctissimus Horányius succincte retulit, ea in Memoria Hungarorum Part. II. pag. 48. in Artic. commode etiam legi poterunt.*

O P E R A.

- 1.) *Disputatio Medica de Syncope*, Praefide August. Henr. Faschio, Med. Doct. Anatom. Chirurg. et Botanic. profess. publico, Archiatro ducali Saxonico. Ienae, an. 1682. in 4.
- 2.) *Dissertatio Medica Inauguralis de Oedemate*. Praefide eodem Faschio. Ienae, an. 1683. in 4. plag. 4^t, Praeceptoribus, et Amicis honores ex merito capeffenti Grundelio varie applaudentibus: tale est epigramma, quod honoris, amoris et benevolentiae ergo scripsit Caspar. Sagittarius, Hist. Prof. publ. Academiae Ienensis Rector:

*Felicem Medicum, qui quemlibet arte tumorem
Curat, et aegroti viscera membra leuat!
Te quoque felicem, si speculo laboris et artis
Grundeli, laudes, ominor ipse Tuas.*

* Praeter Grundelium hunc, e Popularium nostrorum numero, qui praeterea in *Vniuersitate studiorum Ienensi* pro adsumendo Doctoris gradu Albo Facultatis Medicae nomina sua dederunt, subnexa sequens ex Fastis eiusdem excerpta indicabit tabella:

Anno 1682. d. 13. Iun. Decano August. Henr. Faschio Georg. Henr. Til, Pofoniensis. An. eod. d. 19. eiusd. Andreas Loew, Sempronienfis. 1687. d. 3. Ian. Decano Faschio Ioannes Adam Hofstetter, Cremnitzienfis. Anno eod. d.

17. Octobr. Dec. Georg. Wölf. Vedelio *Sigismundus Waxman*, Leutschouienfis.

1696. d. 19. Martii Dec. Rud. Guil. Craufio *Fridericus Liefman*, Caffouienfis.

1698. d. 24. Mart. Dec. Wedelio *Daniel Martini*, Modrenfis.

1720. d. 3. Septembr. Dec. Wedelio *Carolus Fridericus Loew*, Sempronienfis.

1729. d. 3. Octobr. Dec. Herm. 7 rider. Teichmeyero *Ioannes And. Segner*, Nob. Polonienfis.

1733. d. 26. Octobr. Dec. Sim. Paul. Hillfchero, *Dauid Gümöri*, Rosnaula-Gömörienfis.

1734. d. 26. Febr. Dec. Teichmeyero *Io. Michael Segner*, Nob. Pofonienfis.

1737. d. 1. Mart. Dec. Teichmeyero *Io. Michael Graff*, Pofonienfis. Au. eod. d. 6. Auguft. *Io. Michael Glatzinger*, Caffouienfis.

1739. d. 7. Decembr. Dec. Hilfchero *Georgius Nagy*, Iaurinenfis.

1740. d. 29. Iul. Dec. Teichmeyero *Daniel Textoris*, Nagy-Palugya-Liptouienfis.

1741. d. 13. Mart. Dec. Hilfchero *Io. Sigismundus Kreyfel*, Bartfenfis.

1743. d. 10. Maii Dec. Teichmeyero *Io. Carolus Kovesdi*, Sempronienfis.

1745. d. 15. Ian. Dec. Georg. Erhardo Hambergero, *Michael Pfeiffer*, Kesmärkenfis.

1746. d. 1. Mart. Dec. Hambergero *Samuel Neuman*, Pofonienfis.

1747. d. 4. Iul. Dec. Hilfchero *Io. Guil. Deccard*, Sempronienfis.

1753. d. 29. Mart. Dec. Io. Christiano Stoc-
kio *Paulus Lanyi*, Kesmarkensis. Anno eod.
d. 21. Maii *Ioannes Sailler*, Cremnitziensis.

1754. d. 31. Ian. Dec. Hambergero *Io. The-
oph. Trogmayer*, Sempronienfis. An. eod. d. 13.
Apr. Dec. Carolo Frid. Kalfschmiedio *Franciscus
Kerefzturi*, Kerefzturo-Sempronienfis.

1756. d. 9. Febr. Dec. Kalfschmidio *Chri-
stianus Chernell*, Eperiefino-Saarofienfis. Anno
eod. d. 5 Maii Dec. Hambergero *Georg. Sigis-
mundus Ebhardt*, Sempronienfis.

1757. d. 5. Maii Dec. Stockio *Frane. Godo-
fredus Fischer*, Kesmarkienfis.

1758. d. 15. Sept. Dec. Kalfschmiedio *Io.
Georgius Schmidt*, Rofnauia-Gömörienfis.

1762. d. 11. Sept. Dec. Kalfschmiedio *David
Victoris*, Kun-Taploczio-Gömörienfis. Anno eod.
d. 25. Dec. *Michael Theoph. Trangus*, Miskol-
tzio-Borfodienfis.

1770. d. 18. Aug. Dec. Ernefto Godofr. Bal-
dingero *Iofephus Lenhardt*, Rofnauia-Gömörienfis.

1771. d. 5. Ian. *Iofephus Sigism. Liedeman*,
Iaurinenfis.

Item 1746. d. 23. Aug. Dec. Io. Adolpho
Wedelio *Iacobus Schunn*, Cibinio-Transiluanus.

1752. d. 1. Sept. Dec. Kalfschmiedio *Marti-
nus Myfz*, Corona-Transiluanus.

1763. d. 18. Maii Dec. Ernefto Antonio Ni-
colai *Sam. Fridericus de Trauth*, Cibinienfis.

1765. d. 11. Mart. Dec. Ioanne Frider. Fa-
felio *Io. Christianus Schmid*, Schesburgo-Transil-
uanus.

1770. d. 26. Nov. Dec. Baldingero *Ioannes Hertel*, Cibinio-Transiluanus.

1723. d. 20. Nov. *Ioannes Artzt*, Transiluanus, qui indicato statim loco, et anno, in forma quarti ordinis publicauit Disputationem quoque inauguralem pro loco in Facultate Philosophica obtinendo, recusam ibidem an. 1747. in 4. *De experimento ab Hugenio pro causa grauitatis explicanda inuento*.

In excussis *Academiae Basileensis* vero Tabulis scholasticis frequentia Hungaricae nationis Studioforum, qui artem medicam ibidem excoluerunt, inuenit nomina Magnif. Vniuersitatis Rector, D. Professor *Zwingerus*, et epistolio an. 1766. d. 8. Nov. signato nobiscum serie hac communicauit:

1.) *Georgius Henisch*, Bartphensis Hungarus, gradum Doctoris Medici obtinuit an. 1576.

2.) *Iacobus Gregory*, Tuxouinus Pannonus, Decurione Medico Casparo Bauhino, Praefide D. Stupano disputauit *de Phthisi* anno 1585. die 15. Nouembr.

3.) *Paulus Cramerus*, Leutshouienfis Pannonus, Decur. Casp. Bauhino a D. Mart. Chmielecio in Doctorem Medicinae promotus die 12. Iul. an. 1614.

4.) *Christianus Augustini ab Hortis*, Scepuhsienfis Hung. Rectore Casp. Bauhino summos a Facultate Medica impetrauit honores an. 1620. d. 6. April.

5.) *Iohannes Christoph. Knogler*, Posoniensis Hung. Decur. J. Casp. Bauhino, et D. Eman.

Stupa-

pano Theor. med. Profess. promotus est d. 14 Febr. an. 1656.

6.) *Franciscus Pariz de Papa*, Transiluanus Hung. Decurione eodem a D. I. Henrico Glafero promotus, qui legit publice pro gradu Doctoris Medici *de Morbis Infantum* anno 1674. die 20. Octobr.

7.) *Ioh. Petrus Komáromi*, Soproniensis Hungarus, Decano Eman. König, Theorico, a Theod. Zwingero, Practic. Profess. promotus, disputavit sine praeside die 10. Iun. an. 1715. *de Vino Hungarico*.

8.) *Stephanus Hathuanus*, Hungarus, V. D. Minist. Decano Eman. König, prior. fil. a Ioh. Rud. Zwingero, Prax. med. Prof. O. promotus, disputavit sine Praeside *de aestimatione morborum ex facie*, die 9. Apr. an. 1748.

9.) *Gregor. Dömök*, Hungarus, Dec. Frideric Zwingero, prior. fratre, Theor. med. Prof. O. a Io. Rud. Stehelin, anatom. et Botan. Prof. promotus, disput. sine praeside *de praesidiis mechanismi in morbis sanandis*, an. 1758. die 28. Iul.

10.) *Iosephus Csapó*, Iaurino-Hungarus, Dec. Io. Rud. Stehelin a Io. Rud. Zwingero promotus, disputavit, ut in more est, sine praeside die 7. Aug. an. 1759. *de Febre Hungarica*.

Catalogus Studioforum Hungaricae nationis, qui in *Academia Halensi Fridericiana* pro Gradu Doctoris Medicinae obtinendo ab an. 1695. ad an. 1751. publice disputauere :

Stephanus Huszti, Marmarasiensis Hungarus, praefide Frid. Hoffmann disputauit pro Gradu Doctoris Med. an. 1695. die 23. Aug. *de prudenti medicamentorum applicatione in tempore.*

Io. Christoph. Hofsteter, Schemnicensis, praef. Hoffmanno, an. eodem d. 23. Decembr. *de Somnambulatione.*

Steph. Kiralyi, Debrecinus, praefide eodem an. 1697. d. 9. Nov. *de remedio doloris podagrici genuino et simplicissimo.*

Theophilus Raenner, Pofoniensis, praefide Stahlio, an. 1701. d. 9. Octobr. *de Febrium historia in genere.*

Georg. Sigism. Liebezeit, Soproniensis, praefide Albertio, an. 1711. d. 14. Ian. *de abortus noxia et nefanda promotione.*

Andreas Schoppel, Coronensis Transiluanus, praefide Goelicke, an. 1712. d. 14. Oct. *de Veritate practica.*

Io. Martin. Trost, Pofoniensis, praefide Stahlio, an. 1714. d. 17. Mart. *de febre per se numquam lethifera.*

Georg. Sigism. Liebezeit, Soproniensis. praef. Stahlio, an. 1713. d. 22. Mart. *de tumore oedematoso podagrico.*

Io. Theoph. Schwartz, Pofoniensis, praefide eod. an. 1714. d. 25. Apr. *complectens theses medicas.*

Andr.

Andr. Ajtai, Transylv. Siculus, praef. Alberti, an. eod. d. 30. Apr. *De medicina et doctrinae moralis nexu.*

Franc. Pariz Pápai, Hungar. praes. et an. iisdem, d. 1 Mai. *De therapia morborum morali.*

Steph. Enyedi, Transilv. praef. Hoffman, an. 1719. d. 28 Aug. *De medicinae Hippocratis mechanicu.*

Andr. Herman, Neofolienfis, praef. Alberti, an. 1719. d. 18. Oct. *De fluxus haemorrhoidalis prouocatione.*

Steph. Anton. Kochlatsch, Neofolienfis, praef. Alberti, an. 1721. die 21. Ian. *De metallicolarum nonnullis morbis.*

Andreas Wachsmann, Transylv. Saxo, praef. Alberti, an. 1722. d. 13. Apr. *De genuinis conferuandae sanitatis fundamentis.*

Iustus Io. Torkos, Iaurinensis, praef. eod. an. 1724. d. 2 Iun. *De Febre petechiali.*

Mart. Knogler, Bakabányensis, praef. eod. an. 1725. d. 7. Nov. *De hydrocephalo.*

Io. Georg. Schüller, Cibinienfis Saxo, praef. eod. an. 1726. d. 12. Aug. *De morbo Hungarico Hagymász, eiusdem cura per specificum.*

Io. Mich. Schwartz, Pofon. praef. eod. an. 1727. d. 7. Iul. *De haemorrhoidum praeseruatione.*

Car. Wilh. Sailer, Sempron. praef. Alberti, an. 1728. d. 18. Iun. *De pulmonum subsidentium experimenti prudenti applicatione.*

Mart. Nagy Borosnyai, Tranfylv. Siculus, praef. Hoffman, an. 1728. d. 13. Oct. *De potentia et impotentia animae humanae in corpus organicum sibi junctum.*

Matthias Inftitoris, Neofolienfis, praef. Albertio, an. 1730. d. 5. Sept. *De panacea.*

Godofr. Moller, Neofol. praef. eod. an. 1730. d. 11. Nov. *De aere fodinarum metallicularum noxio.*

Matthias Bentzig, Borfodiensis, praef. Hoffman, an. 1731. d. 21. Mart. *De dolore cephalico.*

Sam. Sontag, Eperienfis, praef. eod. an. 1731. d. 17. Sept. *De Metastasi.*

Elias Trangus, Cibiniensis, praef. Alberti, an. eod. d. 25. Sept. *De sanatione diuinitum difficili.*

Iac. Hutter, Cibiniens. Tranfylv. praef. Hoffman, an. 1732. d. 2. Maj. *Senectus ipsa est morbus.*

Andr. Car. Grosse, Cibiniens. Tranfylv. praef. av. die, iisdem, *De vero vniuersalis medicinae principio in structura corporis humani repertiundo.*

Dav. Sam. Madai, Schemniciens. praef. Alberti, an. eod. d. 2. Oct. *De morbis occultis.*

Ierem. Machrl, Pofon. praef. Alberti, an. 1733. d. 23. Apr. *De praeseruandis Litteratorum morbis.*

Io. Schanckebank, Bistriciensis, praef. Iuncker, an. eod. d. 27. Apr. *Generalia monita circa prognosin.*

Io. Christoph. Huber, Poson. praef. Alberti, an. eod. d. 14. Nov. *De auro vegetabili Hung.*

Mich. Nathan. Hirschel, Poloniensis Iudaeus. praef. Alberti, an. 1734. d. 11. Ian. *De causis febrium intermittentium, earumque pertinaciae ratione.*

Mart. Foit, Turocziensis, sine praefide, an. 1734. d. 6. Apr. *De motu in corpore humano, vero medicinae principio vitae medio sanitatis.*

Io. Wallaszkai, Neogradienfis, praef. Hoffmann, an. 1734. d. 3. Maj. *De morbis peregrinantium.*

Sam. de Drauth, Coronensis, praef. eod. an. eod. d. 4. Maji. *De animalibus corpori humano infestis.*

Andr. Soderius, Clbinienfis, praef. eod. an. eod. die eodem. *De Dysenteria.*

Io. Fabri, Pannonius, praef. Schulze, an. 1737. die 27. Apr. *De adamante.*

Sam. Rayman, Bperienfis, praef. eod. an. 1738. d. 23. Iun. *Quae praejudicatae quaedam de Venae sectione opiniones expenduntur.*

Mich. Klement, Posonienf. praef. Alberti, an. 1739. die 18. Sept. *De Venatione morbifica.*

Io. Christoph. Peck, Tirnavienfis, praef. et an. eod. d. 4. Nov. *De phrenitide Pannoniae idiopatica.*

Io. Liffovinii, Hungar. praef. Alberti, an. eod. d. 28. Dec. *De arte sanandi per morbum.*

Mich. Gottlieb Theis, Cibiuiensis, praef. Iuncker, an. 1740. d. 8. Apr. *Exhibens specimen pathologico-therapeuticum in causa quadam terrificis motibus complicato.*

Andr. Fronius, Coronensis, praef. Schulze, an. eod. d. 9. Apr. *De febrium malignarum indole et curatione.*

Steph. Clofius, Coron. sine praef. an. eod. d. 22. Oct. *De Iuuenum dispositione ad morbos pulmonum.*

Io. Centner, Leutschov. praef. Alberti, an. 1740. d. 19. Nov. *De sudoris ambulatorii salubritate et insalubritate.*

Jonas Szent-Peteri, Hungarus, sine praef. an. 1741. d. 25. Apr. *De conditibne corporum.*

Sam. de Hambach, Eperienfis, an. 1742. die 9. Maji, pro Licent. medic. praef. Krüger. *De theoria physica tubulorum capillarum ad corpus humanum adplicatione.*

Sam. Csernanszky, Trenchiniensis, praef. Alberti, an. 1742. d. 3. Sept. *De medicinae apud Hebraeos et Aegyptios conditione.*

Car. Gottfr. Richter, Schemniciensis, praef. eod. an. 1743. d. 20. Apr. *De infoecunditate corporis ob foecunditatem animi in feminis.*

Mich. Seiuert, Cibiuien. praef. Schulze, an. eod. d. 17. Oct. *De medicamentis resoluentibus, praecipue topicis.*

Io. Sam. Hueber, Polonienſis, praef. eod. an. 1744. d. 12. Maji. *De Ipecacuanha Americana.*

Sam. de Hambach, Eperienſis, praef. eod. pro gradu Doctoris Med. diſput. an. 1744. d. 15. Iul.

Jo. Mich. Keſzler, Cibin. praef. Iuncker, an. 1745. d. 27. Febr. *De morbis hiemalibus feliciter auertendis.*

M. Car. Franc. Vinc. Landani, Hungar. praef. Alberti, an. 1745. d. 21. Maji. *De ſanguine nobili.*

Ad. Molndr, Nob. Hungar. praef. Büchner, an. 1747. d. 5. Iul. *De cauſis ſterilitatis hominum vtriuſque ſexus.*

Sam Breüer, Neofol. praef. Büchner, an. eod. d. 28. Nov. *De imminutione et ſuppreſſione lochiorum.*

Jac Schuſter, Media-Tranſilv. praef. eod. an. 1748. d. 4. Ian. *De praecipuis adjuuentis, et impedimentis felicis morborum curationis.*

Jo. Gottl. Schuller de Sonnenberg, Med. Tranſilv. praef. Büchner, an. eod. d. 1. Maj. *De febrium continuarum theoria ac therapia.*

Jo. Ferd. Pillich, Iaurinen. praef. Iuncker, an. 1748. d. 30. Sept. *De morbis virorum.*

M. Mich. Giralduſ, Coron. praef. Büchneri an. 1749. d. 30. Aug. *De ſingulari ſenſibilitate hypochondriacorum, eiufque cauſis.*

Georg. Zacharides, Neofol. praef. eod. an. 1750. d. 11. Apr. *De Diaeta et regimine hypochondriacorum.*

Jo. Adam Rayman, Eperienfis, praef. Büch-
ner, an. eod. d. 10. Octob. *De origine dy-*
senteriarum, cautoque in his Passi Hungari-
ci vsu.

Mich. Gottl. Agnethler, Eques Transylv. sine
praefide, an. 1751. d. 1. Febr. *De Lauro.*

Catalogus eorum, qui in *Academia*, quae
Göttingae floret, *Georgia Augusta*, pro gradu
Doctoris Medicinae ritę impetrando publice di-
sputauerunt.

Jos. Car. Wieland, Pofoniensis, praef. Seg-
nero, an. 1747. d. 21. Jun. *De mutationi-*
bus morborum.

Jo. Theoph. Belius, Pofon. praef. Brendelio,
an. eod. d. 4. Octob. *De cholera humida.*

Andreas Conrad, Iaurincufis, praef. Segner,
an. 1748. d. 8. Jun. *De Depositionibus cri-*
ticis.

Sam. Baligha, Gümöriens. praef. eod. an.
1753. d. 14. Sept. *De propositionibus variis*
medicis.

Joan. Torkos, Pofon. sine praef. an. 1756.
d. 24. Maj. *De renunciatione lethality vul-*
nerum.

Steph. Zágoni Bara, Claudiopolit. sine praef.
an. 1757. d. 16. Sept. *De theoria inflamma-*
tionis vulgaris, venae sectionem in curatioue
acutarum febrium male dirigente.

In *Academia Altorfina* hos Hungariae Medicos summum Doctoris Medicinae gradum adeptos fuisse D. Doctor Riederer an. 1768. d. 22. Martii Altorfino nobis nunciauerat, qui singuli publice, vt in more est, sine praefide disputare:

Jac. Ambros. Lang, Norimbergensis, Decano Mauritio Hoffman, an. 1692. d. 29. Iun. primum Neofolienfis, mox schemnicienfis Physicus, nouissime Franc. Rakoczii tumultuantis Principis Archiater.

Car. Otto Moller, Pofonienfis, Decano Io. Maurit. Hoffman, an. 1697. d. 30. Iun. *De Divino in medicina*.

Car. Rayger, Pofon. Dec. Maurit. Hoffman, an. 1698. d. 12. Apr. *De Labrifulcio*, siue *Cheilocace*.

Sigism. Mayoer, Cassouiensis, Decano Io. Henrico Schulze, an. 1723. d. 30. Iun. anno Academiae iubilaeo. *De propaganda mascula sobole*.

Honorius Wilhelm. Kastenholtz, Sempronienf. Dec. Io. Iac. Kirften, an. 1745. die 29. Iun. *De consectariis theoretico-practicis, ex historiis quatuor febrium tertianarum intermittentium depromptis*. N. B. Recusa Laufannae inter Disputat. Hallerianas Tom. V. pag. 61. seqq.

Io. Theoph. Rothe, Sempron. Dec. Io. Iac. Iantke, an. 1751. d. 29. Iun. *De Diaeta conualescentium*.

Christoph. Dan. Mezger, Pofon. Dec. Io. Maurit. Hoffman, an. 1685. d. 28. Febr. *De cuticula, et cute*.

ARTICVLVS.

KRAMER (Joan. Georg. Henricus) Philo-
sophiae et Medicinae Doctor Kramerus hic
quam celebris non modo Botanicus, anatomi-
cus, atque chemicus, quamue curiosus exstite-
rit naturæ indagator, quippe qui varios naturae
thesauros collecturus, eundo ac redeundo vni-
uersam, qua late patet, peragravit Hungariam;
sed in parte quoque Medicinae clinica quantam
hominis celebritatem intra et extra patriae no-
strae limites consecutus fuerit, opera luci pub-
licae repetitis vicibus exposita luculentissime te-
stantur. Dum anno labentis seculi duodecimo
dira Pestis Austriam inferiorem maiorem in mo-
dum adfligeret, et in ea domanda Noster Me-
dici Loimici partes in se susceptas singulari
dexteritate et felicitate expleret, id merito suo
indeptus est, vt Medici castrensis provinciam
in exercitu Caesareano exornandam conseque-
retur, dum bellum inter Augustum Rom. Im-
peratorem et Regem nostrum Carolum VI. et
Turcorum dominatorem Achmetum III. anno
1715. exarderet, eam in Hungariae confiniis
laudabiliter tam diu administravit, quoad anno
1718. pace Passarouicente dissidentium bellige-
rantium summorum Imperantium animi sedaren-
tur. Bello hoc feliciter composito, publicam
Phyfici Temesuariensis spartam intrauit, eam-
que dum annis plusculis cum laude et adplau-
su civium exornasset, Vindobonam reuertere
statuit, indeque mox in aulam Electoris Saxo-
niae

niae Dresdensem delatus, archiatri munere co-
honestatus est. Sed nova anno 1734. Krame-
ro facta est dignitatis accessio, dum ab Imp. Ca-
rolo VI. exercitus Caesarei, ad Rhenum con-
tra Gallos militantis, Medicus praetorianus de-
legatus est, pace vero anno 1738. Germaniae
restituta, licet muneri huic, quo laudabiliter de-
functus est, fonticas ob rationes, ingrauescen-
tem in primis aetatem, nuntium miserit; non
tamen destitit publicae vtilitati Scriptis suis ad
vltimos vsque vitae dies inseruire. Elegans est
hexastichon, quod in laudem Krameri Nostri
scriptum inter *Epigrammata variis occasionibus
Honori D. Samuelis Köleserii de Keres - eer, Phi-
losophi et Medici Dacici, guberniali Transsilvaniae
Consilio adlecti, a Valentino Georgio provinciali
Transylvaniae Physico fusa, et Claudiopoli an.
1728. in 8. edita, hunc in modum pag. 7. le-
gitur.*

*Tota tuum celebrat venerabilis Austria nomen,
Anatomen celebrat docta Vienna tuam.*

*Ingenium, celebremque manum, et tua lumina laudat,
Quorum acie peniti corporis ima secas.*

*Anatome clari veniant si corpus in unum,
Primus in hoc oculus, mensque, manusque fores.*

Filium paternarum virtutum heredem, Guil.
Henricum Kramerum, Philos. et Medicinae
Doctorem, reliquit, qui dum esset Leytaepon-
tanae vrbis Physicus, *Elenchum Vegetabilium et
Animalium per Austriam inferiorem obseruatorum, Il-
lustris Swietenii nomini nuncupatum, Viennae
anno 1756. alph. I. plag. 3. tab. aen. vnica*

publicauit. Recens. in Commentar. Lips. de rebus in Scientia naturali et Medic. geltis, Tom. VII. Partic. I. pag. 33. vbi *laboriosissimi Patris vestigia in excolenda Historia naturali premerere* adnunciatur.

O P E R A.

- I.) *Schreiben von der Oesterrreichischen Pest. Tractatus hic de Peste conscriptus appendicis loco adfutus est Conradi Bertholdi Behrensii, Medici Hilderiensis, Tractatui Germanico de Pestis origine et vera natura, Brusvigae anno 1713 in 4 impresso.*
- II.) *Tentamen Botanicum, sive Methodus Riivino-Tournefortiana, herbas, frutices, arbores omnes facillime absque antegressa ulla alia informatione cognoscendi ex flore, fructus, florisque situ, figura primaria et secundaria, tempore et loco florendi. Dresdae anno 1728. in 8. mai. plag. 12. Quod opus, Regis Poloniarum & Elector. Saxon. archiatro, Jo. Henr. Heuchero, Profes. anatom. Vitteb. inscriptum, omnibus mox mendis post multorum annorum industriam satis superque correctum, plurimisque herbarum et fruticum nouis speciebus, quae per Misniam, Bohemiam, Austriam et Hungariam, obseruauit, auctum, sub titulo: Tentamen Botanicum emendatum et auctum; sive Methodus Riivino-Tournefortiana emendata et aucta cognoscendi plantas omnes facillime, easque propriis suo nomine appellandi absque*

absque ulla antegressa alia informatione ex flore, et fructu, florisque situ etc. Sub prelum revocavit Viennae Austriae anno 1744. in Fol. pag. 150. tab. aen. 3. praemissa dedicatione ad Philip. Jos. S. R. I. Comitem Kynsky directa, et erudita Introductione ad Methodum praesentem totamque Botanicam, vtilissimam et humano generi maxime necessariam Physices partem, pag. 60. In prima pagina averfa talem Physicis et Botanicis patriis proposuit Celebr. auctor Quaestionem resoluendam: *Cur pratorum ad Tschaccovam in Banatu Hungariae Temesuariensi sitorum gramen boves reliquosque greges longe citius, quam aliorum locorum gramina, impingat? et cujus lac bubulum altero tanto copiosorem cremorem, adeoque butyrum praebeat? Cur eruditi Patriae cives, quorum haec nosse interest, ad thema indicatum in hunc vsque diem, quod equidem sciam, nondum exacte responderint? forte quod defuerint Mecaenates tantum Maronem condigno condecorare praemio?*

III.) *Dissertatio Epistolica de Scorbuto militari apud Hungaros militi Caesareo maxime periculoso et quotannis sporadico.* Opusculum hoc an. 1720. Temesuarini in Hungaria compositum ad Facultatem Medicam Viennensem et excelsum Aulae Caesaris Concilium bellicum consilii loco ex Dacia Ripensi submissum, responso dictae Facultatis typis impresso approbatum, et mox lapsu temporis variis observationibus salutaribus clinicis vna cum
modo

modo medendi auctam, prodiit Norimb. an. 1737. in 4. plag. 5½. Recenset. in Commerc. Litterar. Norico an. 1738. Hebdom. XV. pag. 115. seqq. et hebdom. XX. pag. 153 seqq.

IV.) *Consilium de Morbo castrensi epidemico an. 1734. et 1735.* Heilbronnae an. 1735. in 4. plag. 2. Recens. in Commerc. Litter. Norico an. 1735. Hebdom. V. pag. 33. seq. in quo Clar. A. sermone Germanico Historiam morbi eiusque naturam nec non remedia per rationem & experientiam comprobata fideliter indicavit. Repetitum in Medicina Castrensi, Norimb. an. 1735 in 8. plag. 8. et Viennae an. 1735. in 8. plag. 12. edita.

V.) *Medicina Castrensis.* Cui subiiciuntur 1.) *Consilium medicum de dysenteria.* 2.) *Consilium medicum de morbo castrensi epidemico an. 1734. et an. 1735.* Norimb. an. 1735. 8. plag. 8. Nuncupata est Pii Nicolai de Parelli, consilarii et archiatri caesarei honoribus. Recens. in Commerc. Litter. Norico an. 1735. Hebdom. XXVII. pag. 212. seqq. et Hebdom. XXVIII. pag. 221. seqq. Repet. Vien. an. 1739. in 8. plag. 9. iterata ibid. an. 1755. in 8. plag. 12.

VI.) *Cogitationes et Observationes de Climate Hungarico.* Adtextae sunt Medicinae Castrensi, Viennae an. 1739. et 1755. editae. Recenset in Commerc. Litter. Norico an. 1740. Hebdom. III, pag. 19. seqq. Iucundissima profecto sunt, quae de Climate nostro Hungarico

co Kramerus in medium adtulit, et dignissima, vt a Popularibus ciuibus nostris legantur.

VII.) *Medicina Castrensis Chirurgica cum praefatione de officio Medici et Chirurghi Castrensis.* Norimb. an. 1740. 8. plag. 14. Iterat. Viennae an. 1756. in 8. plag. 11. Recens. in Commercio Litter. Norico an. 1741. Hebdom. XXVI. pag. 201. seqq. et Hebd. XXVII. pag. 209. seq. item Hebdom. XXVIII. pag. 201. seqq.

VIII.) *Nouam methodum aquae frigidae eiusque viuum ad omnes morbos a Jac. Todaro, Panormitano Latine concinnatam et in Sicilia an. 1734. in 8. editam in compendium misit Kramerus, et Commercio Litter. Norico an. 1736. Hebdom. VIII. pag. 58. seqq. inferuit, vt a truculenta et funesta morbos eiusmodi medendi ratione homines quosvis deterreat.*

IX.) *Observationes philosophici et medici argumenti variae Commercio Litterario Norico intertextae:*

Observatio 1.) *De fluxu aquarum ante partum in grauidis.* Anni 1732. Hebdom. XXXV. pag. 282.

2.) *Observ. Cogitationes de Wampyris Seruiae in Hungaria.* Ibid. Hebdom. XXXVII. pag. 291. 292.

Dum scilicet anno 1731. exeunte noua antiquae in Hungaria crebrius iam actae fabulae scena haud ita procul Belgrado in vico Seruiae Meduega vocato ab incolis loci Rascianis, gente superstitionibus admodum

modum dedita, suscitaretur, quod homines illi Mortuos suos humi reconditos illaesis sepulcris noctu surgere, viuos dormientes adoriri, sanguinemque illis exfugere, et ita breui interiecto temporis interuallo enecare, et hos necatos atque sepultos similiter surgentes alios interficere, vi laesae imaginationis fascinati obstinate crederent; et re hac ad magistratum ciuilem, mox militarem in ea regione excubantem, immo Consilium ipsum bellicum Viennense delata, et inuestigatione instituta, homines perpauidos, temulentos, meticulosos et anxios e somno erumpere, et mirabilia quaeuis narrare animaduerteretur, adeoque decreta mox a constitutis Commissariis regiis coemeterii institutione, in apertis sarcophagis singulis cadauera mortuorum, instar viuorum penitus incorrupta permansisse, sandapilas vero vestimenta et linteamina sanguine florido maduisse, huncque e naribus, ore, oculis, & pudendis profluxisse, ac pristinos manuum pedumque ungues cum recentibus commutatos fuisse obseruaretur; atque ob id praesentium Iudicum sententia omnes illi Wampyri, Lidertz nobis dicti, capitibus truncari, cadauera igne cremari, eorumque collecti cineres in vicinum fluuium Moraua praecipitari iuberentur, et haec omnia in ephemeridibus publicis serie hac
adnunci-

adnunciarentur : tunc Kramerus quoque Noster , quia vniuersum Medicorum et philosophorum chorum in explicandis eiusmodi phaenomenis in diuersas abire intelligeret sententias , animi sui de his Hungariae Wampyris cogitata modo rectae rationi consentaneo cum publico communicauit , adferendo immo rationibus indubiis demonstrando nihil se in dicta relatione inuenire potuisse , quod ex principiis rectae rationis quam commodissime explicari nequeat , recensita quoque illa symptomata omnia , quae lues haec epidemica excitauerat , non nisi delirio Wampyriano , aut certe superstitioni nationali adscribi debere. Ab experientia quippe constat , omnem nationem Rascianam , aut , si mauis , Russicam dictam , atque Valachicam , quae partim regiones Hungariae inde a Buda in Seruiam , immo fere Constantinopolim cis Danubium usque , atque Daciam omnem antiquam , Ripensem puta , transalpinam Valachiam et Moldauiam , (et mediterraneam) Transsylvaniam) inhabitat , de Morte et Mortuis suis singulares prorsus et superstitionosas constanti lege fouere opiniones eo in primis tempore , dum solito numerosiorem quampiam stragem inter se grassari obseruauerit ; singulos enim nulla etiam luis epidemicae culpa mortuos gentili more per uetulas , agnatos et familiares diebus

diebus et noctibus aliquot continuis interrogant, quare mortui fuerint, quum diuites pecude, pecore, numis et frumentis exsisterint, potissimum vero vbi morbus quispiam epidemicus grassatur, a Mortuis quibusdam se suosque Rasciani *exfugi* credunt, Valachi vero, natio aequè superstitiosa, *masficari* se dicunt, teste Köleserio Nostro in Scrutinio Pestis Dacicae Cibinii an. 1709. in 16 edito, qui *Wampyrismum* omnem pag III. *seductionem ac lusum Diaboli* nominat. Sed missis omnibus iis philosophorum et medicorum ratiociniis, quibus phaenomena in effosis Wampyrorum cadaueribus observata, magna animorum contentione explicare anniti sunt, equidem reuera satis mirari non desino, quum celebratissimos *Hungaria* et *Transilvania* plures eo quoque tempore aluerit *Medicos*, *Cruzium*, *Torkosium*, *Perbeggum*, *Hermannum*, *Sailerum*, *Fischerum*, *Komáromium*, *Neuholdum*, *Loewium*, *Raymannum*, *Raygerum*, *Hambacherum*, *Mollevum*, *Milleterum*, *Perlitsum*, *Koehlerium*, *Alkvichium*, *Borosnyaium*, *Patabium*, *Jo. Andr. Segnerum*, *Debrecinensium* tunc poliaturum, alios, ne vnicum quidem tamen eorum accersitum fuisse, qui anatomicam talium cadauerum instituisset dissectionem, *capitis* contenta, nobiliora abdominis viscera, sanguinem venosum et arteriosum, eiusque turgescentiam, fluidita-

fluiditatem, calorem, tum bilis, atque pinguedinis sub terra natae, naturam, adhibitis per analysin chemicam experimentis modo conueniente examinasset, non minus cuticulae separationem, manuum, pedumque callos, vnguetque deciduos, atque renatos, curatius expendisset, in diaetam denique gentis huius barbarae ac superstitiosae item mores ac morbos familiares, immo ipsam quoque conditorii humum, et plura talia sollicitè inquisiisset, quae vero omnia ad genuinam aenigmatis huius Vampyrici Belgradensis solutionem perpetuo reuera desiderabuntur. Interim vero licet plures viri eruditi exteri, vt statim monueram, in interpretandis Vampyrorum horum, phaenomenis aetate illa ad rauim vsque desudauerint, vt vel maxime ex solo Commercio Litter. Norico anni 1732. patet luculentissime, neminem tamen, vt quidem opinamur, curatius de his Hungariae Vampyris umquam disseruisse, quam Marchionem d'Argens dans les Lettres Juiues Tom. V. epist. CXXV. qui omnino legi meretur.

3.) Observat, *De ambrae gryssae origine.* Anni 1732. Hebdom. XXXVII. pag. 293.

4.) Obs. *De Cadmia fossili.* Ibidem pag. 297.

5.) Obs. *De salis communis diuersitate.* Ibid. pag. 298.

Wespr. P. III.

M

6.)

- 6.) Obs. *De ferro ex carbonibus fossilibus parando.* Ibid. pag. 298.
- 7.) Obs. *De gypso ex glacie Mariae parando, et ad praeparationes infusionesque anatomicas adhibendo.* Ibid. pag. 298.
- 8.) Obs. *De medicamentis antihydopicis, quibus omnibus praefertur succus Iridis nostratis.* Hebdom. XLI. pag. 322 seqq.
- 9.) Obs. *De haemorrhagiis vetularum ex repleta Verae sectione.* Ibid. pag. 324.
- 10.) Obs. *De caussa caecitatis fixae et periodicae, et visus dimidiati.* Hebdom. XCII. pag. 333.
- 11.) Obs. *De vitriolo antiepileptico Stifferi, et de convulsionibus particularibus.* Ibid. pag. 334.
- 12.) Obs. *De apoplexia febribus intermittentibus senum superueniente, et de apoplexiae causis in genere.* Hebdom. XLIV. pag. 345.
- 13.) Obs. *De vrina phthysicorum non ex solo colore et consistencia, sed ex statera simul et hydrometria diiudicanda.* Ibid. pag. 346. item an. 1734. Hebdom. I. pag. II.
- 14.) Obs. *De caussa Plucae Polonicae non satis recte ab Ermselio in Varavia illustrata explicata, demonstratur exemplo Valachorum ex sordido viuendi genere eam contrahentium, qui absque omni sanitatis noxa et ferunt et excindunt: quod ae.ue in equis quoque Transylvanicis fieri observatur.* Hebdom. XLVI. pag. 363.

- 15.) Obs. *De sphacelo intestini coli per abscissionem curato.* Ibid pag. 364. et an. 1733. Hebdom. XXXVII. pag. 289.
- 16.) Obs. *De nephritide, morbo endemio Viennensis, et fistula renali.* Ibid. pag. 364.
- 17.) Obs. *De calculo in linguae ranula ex salivae Stasi, ductusque salivaris atonia concreto.* Hebd. XLIX. pag. 366.
- 18.) Obs. *De epilepsia in puero ex terrore oborta* Hebdom. LI. pag. 406.
- 19.) *Animadversiones de Oleo Talci, eiusque menstruo Beeriano, et igne gehennae atque diaboli chemico Agricolae refutato.* Hebd. XLVII. pag. 371. seq. collat. an. 1733. Hebdom. XXXVII. pag. 289.
- 20.) Obs. *De came ostruthionibus Viennae ova parientibus, et eadem excludentibus; et de galinis Dotensibus in Hungaria, ova sola membrana pellida tecta parientibus, et incubitu suo feliciter excludentibus.* Anni 1733. Hebdom. XXXIX. pag. 306.
- 21.) *Animadversiones in cataractae depositionem Petrii et Heisteri.* Ibid Hebdom. IV. pag. 27.
- 22.) Obs. *De cicutaе atque Stramonii Maslag dicti noxio effectu, deque vini atque antimoni acetate, vegetabilium venenosorum, nec non petechiarum antidoto.* Hebdom. XXXII. pag. 251. seqq.

- 23.) Obs. *De haemorrhagia ex varice in tibia feminae Hungaræ rupta, non nisi ligatura venarum iliacarum et cruralium curata.* Hebd. I. pag. 3.
- 24.) Obs. *De decocto feminis milii indigenae in curanda periculosa Hungariae dysenteria specifico.* Hebdom. VI. pag. 43. seq.
- 25.) Obs. *De conficiendis variis phosphoris.* Hebdom. XVIII. pag. 137. et Hebd. XX. pag. 154.
- 26.) Obs. *De conficiendis poliendisque variis lentibus vitreis.* Hebd. XIII. pag. 97. 1eq. et Hebdom. XIV. pag. 105. seq.
- 27.) Obs. *Hippocratis effata pro absoluta Medicis regula haberi non posse tamdiu, quoad Graeciae historia naturali destituantur, exemplo venti australis edoceri.* Hebd. XXIII. pag. 177.
- 28.) Obs. *De urinae coloris differentia in morbis acutis malignis et benignis; nec non de morbo hysterico febrili ex concubitu.* Anni 1734. Hebdom. I. pag. 12.
- 29.) *Examen medicamentorum epilepticorum, Olei in primis animalis Dippelii.* Ibid. Hebd. IV. pag. 28.
- 30.) Obs. *De sanguine ex vena secta misso, sicco et inflammabili.* Ibid. Hebdom. VI. pag. 43.
- 31.) Obs. *De liquorum pondere, ponderandique modo.* Hebdom. VIII. pag. 60. collat. an. 1735. Hebdom. XLIII. pag. 337.

- 32.) Obs. *De gryllo in aures bubulci Temesvariensis ingresso, et gossypio conglobato melleque illito extracto.* Hebdom. XI. pag. 82.
- 33.) Obs. *De melancholico pactum diabolicum mentiente, ubi sacerdotum exorcismi nihil valerent, medicamentis rite adhibitis feliciter curato.* Hebdom. XVII. pag. 129.
- 34.) Obs. *De tinctura coralliorum, horumque natura, nec non de ligamentorum uteri lutorum et rotundorum officio in coitu.* Hebd. XIX. pag. 147. collat. an. 1735. Hebd. XXV. pag. 193.
- 35.) Obs. *De ovis magicis vetularum Hungaricarum in insula Csalloköz a rhedario Principis Eszterhazii comestis, nec non Vomica tunicata Hungariae quoque endemia.* Hebdom. XXV. pag. 195.
- 36.) Obs. *De tempestate ex animantibus, utpote ranis, lampetris, delphine, asino, pavonibus etc. praesagienda.* Ibid pag. 196.
- 37.) Obs. *De usu mercurialium in curanda Lue venerea.* Hebdom. XLI. pag. 322. et 330.
- 38.) Obs. *De Vino Vatzienti rubello Hungarico, optimo nephriticorum remedio.* Anni 1735. Hebdom. VI. pag. 43.
- 39.) Obs. *De ranarum generatione, et ouulorum earumdem exclusione.* Hebdom. VII. pag. 51.
- 40.) Obs. *De remedio specifico infallibili empiricae Mulieris Ketskemetiensis in curanda ra-*

bie canina seu hydrophobia cantharidum beneficio. Hebd. XI. pag. 83.

- 41.) *Obs. De immutata repentina verni aeris serenitate, catharrhos febre comitatos generante.* Hebd. XVII. pag. 131.
- 42.) *Obs. Mammas maribus pubescentibus ab anno aetatis XII. ad XIV. sororire admodum familiare esse: et de immodica Mercurii sublimati corrosivi quantitate deglutita et curata.* Hebd. XXX. pag. 236.
- 43.) *Obs. De singulari hufonum virtute antiloinica: nec non de muliere melancholica varianantium tempest. praenuntia.* Hebd. XXXVIII. pag. 297.
- 44.) *Obs. Deligandum recens natorum umbilicum exemplo infantis Temesvariensis probari.* Hebdom. XLIII. pag. 338.
- 45.) *Obs. Causam aëthmatis ex impedito massae sanguineae, per pulmones circulo subinde oriri, ex Parellii Praeparatis anatomicis demonstrari posse.* Anni 1736. Hebdom. IX. pag. 65.
- 46.) *Obs. De remediis pulices a suis in terram seminibus arcendi: item de injectis noctu lucentibus, cicindelis seu Lampyris dictis; nec non Mercurium currentem aqua solui posse contra Bœrhaviam probari.* Hebdom. XVI. pag. 121. seq.
- 47.) *Obs. Veram Smyridem a ferro adtrahi: resacea non marina seu aquatica usui medico interno parum convenire: de noua tuborum opticorum specie Krameriana: de aqua ex succo*

co pomorum Borsdorffensium destillata, specifico in lippitudine oculorum, ulceribusque caeothicis variis medicamento. Hebdom. XXXI. pag. 243. collat. Hebdom. XXXI. pag. 243. Collat. Hebdom. pag. 402.

48.) Obs. Veram Smyridem inueniri in fluuio Moraua ad confinia regni Turcici Seruiam interueniente; item prope Belgradum terram Tripolitanam vere respondentem. Hebd. XXXVIII. pag. 297.

49.) Obs. De facili salem amarum purgarem conficiendi metho.º. Hebdom. XLIII. pag. 344.

50.) Obs. De Meniscorum praesentia, de ellip-
si, parabola, comchoide, aliisque opticis; item de oculo humano cum telescopio Hollandico com-
posito comparando. Anni 1737. Hebdom.
III. pag. 17. seqq. et an. 1738. Hebd.
XXI. pag. 233.

51.) Obs. De singulari Militis antipathia cum mulieribus pedes suos decussatim collocantibus. Hebdom. XXX. pag. 233.

52. Obs. De radice gratiolae, ypecacoanbae, succedaneo, diarrhaearum, dysenteriarum, et gonorrhoeaarum specifico remedio: item de vir-
bus Helianthemis in curanda phthisi efficacissimis; et insigni fra inellae seu dictamni circa Debrecinum et M. Varadinum, graminis vero longius cristati Scheuchzeri circa Ketskemetum et Szegedinum copia, nec non de Zingaris, eorumque in Hungaria negotiatione, lingua

et religione. Anni 1738. Hebd. III. pag. 17. seqq.

- 53.) *Relatio de Medici Eszekiensis cata-
plasmate ex allio et aceto parato, eupo-
risto in morbo hysterico topico, et vi-
ribus Lathyri altissimae in vlceribus ca-
cœtheis curandis.* Hebdom. XXI. pag.
161.
- 54.) *Obs. De Cotino Theophrasti, Hunga-
ris Szömörtzeza dicto, largo circa Pe-
tro varadinum et Belgradum, vt et cis
lacum Balatonis proventu, Corticis Pe-
ruviani succedaneo; nec non febrifugo
Kergeriano puluere ad vnciam integram
exhibito.* Hebdom. XXXVI. pag. 284.
- 55.) *Obs. De medicamentis sulphureo-mer-
curialibus, vt est, aethiope minerali,
tamquam efficacissimis in morbis Lym-
phatico-exanthematicis, psora, herpete,
et serpigine veneris, immo ipsa lue,
remediis.* Anni 1739. Hebd. XXXVIII.
pag. 297.
- 56.) *Obs. De amuletorum ex bufonibus pa-
ratorum mira efficacia, quam in peste
Hungarica an. 1740. grassata, illa prae-
siterunt.* Anni 1740. Hebd. XXV.
pag. 194.
- 57.) *Obs. De contrahiffura intestini ilei si-
nistri lateris in rhedario, qui in dextro
hyphochondrio laesusest.* Hebdom. XXVI.
pag. 201.

- 58.) Obs. *De gryllorum quinque speciebus in Austria, et sexta in Servia detectis. Anni 1740. Hebdom. XXIX-pag. 226.*
- 59.) Obs. *De modo Rascianorum in Hungaria, spiritum ardentem ex vuis expressis et in vase tecto fermentatis eliciendi, qui optimum ad vegetabilium et mineralium qualitates extrahendas est menstruum. Hebdom. XXVIII. pag. 221. Anni 1741.*
- 60.) Obs. *De nouo furno chemico portatili, omnium commodissimo. Ibid. Hebd. XXXVIII. pag. 224.*
- 61.) Obs. *De cura luis venereae, plantagine minore et vrtica maiore instituta, octo numis aureis Cremnitziensibus ab empirica muliere redempta, et pluribus experimentis in Hungaria confirmata. Hebd. XXXIV. pag. 265.*
- 62.) Obs. *De nonnullis medicamentis anti-venereis, Medici potissimum Laurinensis Decocto; item cura simplicissima rustica scrophularum, cancrorum, et omnium vlcerum carnosorum cacœthearum; nec non de decocto radicis iuniperi, efficaci arthritidis vagae remedio. Hebdom. XXXV. pag. 273 seq.*
- 63.) Obs. *De ignoto et miro, temperanti medicamento nitroso, ex aurea Danubii arena in Insula Hungariae Csallók⁷² elui solita, parando. Anni 1743. Hebdom.*

I. pag. 2. 3. Idem fere esse putauerim cum aureo illo philosophorum sale, quod sub titulo: *Philosophisches Gold-Salz*, a lucripetis quibusdam Germaniae agyrtis in lagenulis vitreis magno laudum strepitu hodie pecunia distribuitur.

X. Opera reliqua edenda in Commercio litterario Norico anni 1741. Hebdom. XXVIII. pag. 220. seq. enunciata sunt:

- a.) *Traçtatus de morbis contagiosis acutis, variolis, morbillis, febribus miliaribus, petechialibus, pestilentialibus, etc. in genere et specie omnibus, ex meris propriis potissimum, atque ephemeridum medicarum obseruationibus, methodo demonstratiua, ut factum est antea numquam, continuatus.*
- b.) *Dan. Ludouici pharmaciam moderno seculo applicandam, secundum solida principia magis adhuc restringendam et explanandam adgressus est.*

* In Libello laudato, civibus nostris haud ubique promiscue obaio, hæc in compendium reducta de *Climate Hungariae* narrantur: primum quoque Cel. A. duplex id esse perhibet, alterum *Mathematicum*, *Medicum* alterum; illud vocat certam orbis terraquei regionem inter duos cum aequatore parallelos circulos sub certa poli altitudine sitam, ex qua altitudine ortus atque occasus solis et lunæ reliquorum quoque siderum

rum obseruantur atque computantur; hoc vero denotatur, quando Medicus praeter statim dicta, in regionis situm altiorem vel profundiorum, montes, eorundem plagas, aërem, ventos, aquas, terram, plantas, animalia, horumque omnium virtutem et differentiam inquirit, et ex iis ad secundam vel aduersam incolarum valetudinem concludit. 2.) *ex situ Hungariae*, a Geographis describi solito, et ex eo in primis, quod a variis semper nationibus habitata fuerit, et hodieum a duodecim diversis inhabitetur gentibus, concludit, clima nostrum medice consideratum omnino esse insalubre. 3.) totam regionem vndique circum *montes* obsident. 4.) *aer* adeoque non libere transit. 5.) *fluminibus* regio abundat, et *inundationes* sunt frequentes; situs itaque est profundus, aer autem densus et nebulosus; aestate radii solis ita ardent, ut omnia corpora nuda quadrantis horae spatio comburant instar aquae ferventis, quae vesiculas in cuticula excitat. 6.) Turciam vero versus vix respirare liceat. 7.) montes quidem puram suppeditant *aquam*, quae tamen in planitie deficit, e contrario, sale communi & amaro scatet, paludes, arundines, pisces etc. redolet, turbida, et insectis plena existens. 8.) *aer* praeter iam enumerata, varii generis insectis impregnatus est, 9.) *solum* terrae quidem fertile est, *fructus* vero in planitie regionis prouenientes insipidi sunt, magis aquosi, quam alibi; adeoque corruptioni obnoxii: *gramen* licet nitidum videatur, ad saginanda pecora minus ap-

tum est, vt quidem in aliis locis, hinc effato pastorum *lac* minus pingue exhibens. *Caro ferina* aequae ac *domestica* minus sapit ac in Germania. *Vinum*, quod solum in montibus provent, valde spirituosum est, et intra anni unius decursum ita generosum evadit, ut pro potu ordinario paucissimis inferuire queat, sanguinis enim ebullitionem et haemorrhagias, et harum molimina inducit. 10.) observationes a num. 4.) ad 9.) recensitae in causa sunt, vt vertente quovis fere anno *lubes pecorum*, in primis boum et vaccarum exoriantur, et hinc plerumque omnes eiusmodi lates in Germania suam trahant originem, prout subinde observatum est. *Bucerum* quoque *pecus* singulo vere, pariter ac cerui in Germania, obnoxium est *vermibus*, cutem inter et carnem hospitantibus. 11.) ex his iisdem causis inter homines, praesertim climati non aduetos, innumeris exoriuntur morbi incolis aequae ac aduenis, in primis vero militibus castris familiaris, qui si mense demum inuadunt cumulatimque grassentur *Julio*, *Augusto* et *Septembri*, sequentes ad *Iunium* vsque menses futuros esse salubres. Id quoque 13.) certum est, eos, qui hieme vel autumno Hungariam ingressi sunt, diutius valetudinem conseruare, quam qui mensibus Aprili, Maio, Junio et Augusto, urgente tum calore intrarunt, utpote qui in itinere iam aegrotare incipiunt. Quo itaque 14.) calidiores sunt indicati menses, eo magis recensiti morbi grassantur, vt testis fuere anni 1717. et 1718. et hoc potissimum 15.) iis

in locis euenit, quae ad *paludes* et *flumina* lata sita sunt, vt sunt *Orsova*, *Temesuarium*, *Belgradinum*, *Petrovaradinum*, *Effekinum*, *Szegedinum*, *Aradinum*, *Magno-Varadinum*, etc. Porro 16.) hoc quoque obleruandum est, dictis temporibus illos homines iisdem morbis obnoxios esse, qui *aestum meridianum* non euitant, et *labores duros* subeunt. 17.) Exeunte *Septembri*, sed in primis *Octobri*, vespere, noctu et matutino tempore aerem frigidiusculum esse, eo quod niues nonnunquam decidant et venti frigidiores iam sint frequentiores, mense *Martio* ver iam incipit, *Maius* iam calet, ante *Junium* vero foenum fecare non liceat. 18.) clima hoc omnibus exteris, *Hispanis*, *Italis*, *Gallis*, et *Germanis* minus salutare dicitur. 19.) *Turcis* ratione procreationis liberorum idem accidit, quod *Germanis*, qui infantes suos vel lactantes adhuc, vel certe annum aetatis septimum vix praetergressos amittunt. 20.) Ex inito tamen calculo idem clima non tam infestum videtur esse *Turcis* ac *Christianis*. Certa interim 21.) constat experientia infantes ex matrimonio *Germanorum* vel *Turcarum* cum muliere *Hungarica*, *Valachica*, aut *Rasica* inito susceptos diutissime viuere. 22.) *Incolas Hungaros*, *Rascios*, *Zingaros*, sed in primis *Valachos* admodum esse foecundos, et licet nullus eorum, nisi 23.) ad montes *Transilyvaniae*, *Sirmiae*, *Comitatum Marmarocensis*, *Bihariensis*, *Szathmariensis*, inter *Lugos* et *Orsova* viuido gaudeat colore, sed omnes vt plurimum cacechymici adpareant, attamen 24.)

Summam adipiscuntur senectutem, vt supra centum alii viginti, et triginta; alii quinquaginta, immo etiam nonaginta annos superuiuere obseruentur. Caussam longaeuitatis huius, quae exteris denegata est, 25.) natiuitati, haereditariae ad patrium clima dispositioni et vitae rationi adscribendam esse. Hominum enim Graeci ritus, ratio viuendi consistit 26.) in diæta excarni, fervente enim solis calore abstinent se fere nouem mensibus ab omni carne, et iis, quae ex animalibus desumuntur, ouis, caseo, butyro et lacte, contenti solis panibus subcineritiis ex frumento turcico paratis, fructibus horaeis, aliisque e regno vegetabili petitis; aquam ex Danubio et aliis fluuiis hauriunt, brassicam muriaticam in deliciis habent, et fere quotidie iusculum acidulum ex surfure triticeo cum aqua fermentato paratum edunt. calorem meridianum 27.) sollicitè fugiunt, loca frigidiora meridiationemque Hispanorum ac Italorum more amant, calidos cibos mane potius et vespere quam meridie sumunt. Glacie, qua rustici quoque 28.) integras replent foueas, potum suum et semetipsos urgente aestu refrigerant. Carnem bouinam Valachi, Rascii Zingari 29.) parcissime comedunt, cuius locum caro veruecina et iaram caudum cum pane supplet. Calugeri, ordinis S. basilii monachi, aetatem ab elu carnis abstinent, sed pisces in aqua salia coctos magna in copia consumunt, ieiunio et inedia se macerant, spiritu interim ex prunis Damascenis destillato primum delectantur. Magnos quidem 30.) ex peto dicti spiritus, ae-

que ac ex frumento destillati, et ingurgitatione vini et cereuijæ committunt errores, vt hæmorrhagiis sæpius corripiantur, abstinencia tamen et potu aquoso sibi mederi nouerunt. 21.)

Hungari plurimum carnis bubulæ comedunt, quam vel simplici arte veru ligneo ustulant, vel aliquandiu prius fumo induratum affant, tamen ratione valetudinis, roboris, et longæuitatis cum Rasciis æquiparandi non sunt, licet altiores salubrioresque regiones inhabitent. His

illud quoque accedit, quod Rascii feruente solis æstu immo singulis fere anni diebus balneo aquæ frigidæ utantur, et infantes suos statim a natiuitate, sæuissima quoque hieme frigidissimæ aquæ immerant. Historiæ porro Climatis Hungarici subnectitur 33.)

defectus lignorum silvarumque, qui partim ciuium desidiæ, partim exercitibus bellisque fere continuis, partim etiam ipsi solo humido arborumque radices destruenti adscribendus est. Certum namque est 34.)

multas prope se iuxta positas arbores ad valetudinem eorum, qui vicos et urbes inhabitant, plurimum conferre, quia earum umbra noxius calor temperatus, et igne aer purificatur, dum is per frondes et folia permeans quasi cribratur, et depuratur. Suadetur itaque 35.)

in locis quodam modo editioribus et sicciorebus silvas fagis et castaneis fertiles instituendas, terræ solo autem humilliori ac humidiori omnes salicum species (vel cerasos fructu acido) 36.) inplantandas. Ex hæcenus dictis, imprimis quæ num. 10. et 12. proposita sunt, proclive est colligere,

gere,

gere, *Clima Hungariae*. 37.) tam ob aestum intensiorem, quam ob situm profundiorum admodum esse insalubre, hinc variis animalium et hominum noxis, atque morbis producendis accommodatum. Situm Hungariae profundiorum esse patet ex eo, quod si Vienna inde, cursum Danubii sequendo, ad Belgradum vsque 90. milliaria commetiantur, quae passus 360000. siue pedes geometricos 20000. Siue 3333 orgyae constituent; si nunc itaque adsumatur Danubium post progressum 100. orgyiarum duos pollices descendere, prodibunt 76. orgyae, quibus Hungariam ad Belgradum profundius sitam, quam Vindobona est, luculenter patebit. Calorem Hungariae plurimum augent 38.) *äer humidus et adiacentes aquae paludesque*, quorum haec ceu specula reflectentia plana, ille autem ceu conuexa et concentrantia possunt considerari; siquidem coelum et terra globum constituunt, et tamquam termini aeris hunc continent, sicque menicum aereo - aqueum conficiunt. Eundem porro calorem 39.) fouent *effluui-putrida* ex abundantibus paludibus producta, a quibus vero similiter malignae febres castrenses, *morbis Hungaricus* dictae, originem suam trahunt; licet absque talibus quoque effluuiis in corpore viuo solus aestus sufficiat ad sanguinem in eiusmodi excrementa halituoso - putredinosa colligendum, quibus natura motibus in climate tuo patrio aduetis naturalibus sese librare satis haud potest, sed necessario ad sui conseruationem motus praeter naturales febriles producere cogitur. Ut igitur qui in Hungaria vitam degere, Vele-

valetudinem, sanitatemque conservare voluerit, oportet eum 40.) æstum maiorem anxie vitare, aedificia densa, firma, terrea vel lapidea, orienti vel septentrioni obversa, inhabitare, corporisque quietem etc. observare potu temperate frigido uti, in primis aqua ex montibus saliente aut puteali se reficere: diætam calidis regionibus congruam observare, nimium carnis in primis bubulae esum vitare, nec calidos cibos nisi vespere sumere: ut quotidie semel ad minimum, cubitum iturus per alimenta medicamentosa tam in corpore ipso a calore generata, quam ab ære paludoso inspirata producta effluvia putrida et tonum vacillantem, viscidisque humores corrigere. Regularum harum utilitas et necessitas 41.) pluribus exemplis sed in primis Principis Eugenii illustratur. Maxime notatu dignum est 42.) quod omnes ex febribus antegressis curatis cachectici seu cacochimici immo hydronici Viennam petentes, aut Viennae denuo, ubi omnes morbi Hungarici castrenses sponte disparent, recidivam denuo patiantur, et sola diæta convalescant sane. Singularem attentionem meretur 43.) feminas Germanicas diutius vivere in Hungaria quam viros, propter manifestam videlicet diætam et menstruum beneficium, quò omnibus morbis Hungaricis superueniens plethora turgescunt præservantur, curaturque. Excrementa extus ac intus in corpore a fervore solis producta, putridi calidus et ab ære humido relaxatus viscerum tonus, viscositas massae sanguineae 44.) optime corrigitur *acidis vegetabilibus*, et in primis *aceto vini*
Wespr. P. III. N *accer-*

acerrimi et succo limonum, quibus carnes parandae semper et absque illis comedendae sunt numquam; ante lecti introitum potus *Lemonade* dictus sumendus, aut oxyfaccharum simplex cum aqua infundendum, quod mane quoque cum potu herbae theae haurire conueniret: acidorum horum vsus tempore contagionis quoque praestantissimum est remedium prophylacticum. Ad eosdem fines obtinendos *spirituosa, vinoso, acida*, et inprimis *infusa amara*, ex speciebus pro essentia absynthii composita cum cortice Peruviano parata, commendantur, conuenienti et modo et tempore vsurpanda.

ARTICVLVS XII.

MOLLER. Plures nobis innotuerunt *Molleri*, Medicis, et Philosophis Hungariae accensendi, quorum nomina isthoc vno complecti placuit Articulo:

I. *Ioannes Moller*, Dantisco-Boruffus fuit, in oras Transiluanicas fato quopiam illapsus, Cibinii praxim medicam auspicatus est, mox in aulam *Emerici Tökölyi*, vmbraetilis Transilvaniae Principis, admissus, archi tri primum, mox in exercitu tumultuantium Transiluanorum etiam Medici praetoriani munere functus est tandiu, quoad seditionum auctor *Tökölias* a Caesareanis victus in exsilium ageretur. Ita *Mollerus* a latere Heri sui auulsus; et per loca deuia hinc inde prius circumductus, in Lib. Regiamque Ciuitatem Eperjesiensem, tutiora quae-

quaesiturus, commigrauit, et poliatri munere
 cohonestatus, ibidem vitam variis actam casibus
 transegit. Dum is in commemorata statim vrbe
Susannam Rollin, pudicissimam virginem duceret
 in matrimonium, tale *Elias Ladiver*, florentis-
 simi olim gymnasii Eperjesiensis Professor, con-
 scripsit Epithalamion, in scrinijs nostris repo-
 situm :

*Quam subitae sortes, quam plenis casibus urna
 Vertitur! utque suas orbis in orbe vices:
 Mollerum nuper, quem misit Maenalis axis,
 Hunc Oriens laetum suscipit in gremium.
 Et medicas adhibere manus jubet impiger ille,
 Phoebea morbos subleuat arte truces.
 Atque suo prodest septem medicamine celsis
 Arcibus, Hermannii sessio fida data est.
 Nec mora, post sylvas campos petit, et sua Marti
 Promit Apollinea pharmaca facta manu.
 Ac veluti quondam Pellaeo fidus Aearnan
 It Comes, et sequitur signa reverenda Ducis;
 Sic tua cura Dei Princeps celsissime regni,
 O Deus! o patriae vita, salusque tuae!
 Sic tua consequitur Manortia castra Machaon
 Promptus, et in mediis hostibus aptat operam.
 Armaque iam stabant, canae Bellona pruinae
 Cesserat, inuidia Mars requierat humo.
 Irrequietus amor noua mox capit arma pharetrae,
 Sopitis armis tela Cupida mouet.
 Cor ierit, et subitis firmat connubia vinclis,
 Nempe truci bello Pax comes ire solet!
 Tum Tua fors iucla est, Excellentissime Doctor,
 Dum datur in thalamos fax Doctorea tuos.*

*Cypridos vna fauet, pernox est corde fauilla,
Mollero Rollin sponsa petita datur.*

*Peruigili fato simul haec inscriptio cessit,
Haec Medicum sanet morbida sponsa Virum. etc.*

Ita ominatur, vouet, ac precatur Excellentissimo Doctore Medico, Sponso, antea Sedani, mox in Transilvania, nunc Eperiesini perspecto amico, et fautori suo Elias Ladiver Ill. Colleg. Stat. Euang. Eperiesis Director.

II. *Carolus Otto Moller*, Pofoniensis Hungarus, quem Biographiae nostrae Cent. I. Artic. 59. primo Pofoniensem poliatrum, postea Lib. Regiaeque Ciuitatis montanae Neosoliensis physicum ordinarium, Senatorem, et aliquoties Iudicem quoque primarium, Inclitorum vero Comitatum, Zoliensis et Turotziensis Medicum prouincialem fuisse annunciauimus, vitam pluribus verbis ibidem descripsimus, scripta edita non minus, quam adfecta, ordine recensuimus, quibus nunc sequentia, quae ibi omissa fuerunt, serie isthac adnectimus *Opera*:

Obseruationes Mollerianae, Annalibus Physico-Medicis Wratislauenſibus intextae:

- 1.) *De febre infantum maligna, an. 1717. Neosolii grassante. Tentam III. pag. 83r.*
- 2.) *De haemorrhoidibus, tanquam genuino podagrae remedio. Tentam. VI. pag. 187l.*
- 3.) *De morbis epidemicis, in et circa Neosolium. an. 1719. obseruatis, nec non de cura febris Hungaricae. Tentam. VII. pag. 39.*
- 4.) *De cura Lumbrici lati. Ibid. pag. 202.*

5.) *De*

- 5.) *De febre epidemia biliosa, in et circa Neosolium in Hungaria, an. 1719. aestate et autumnu grassante.* Tentam. XI. pag. 57.
- 6.) *Iudicium medicum super enormi capitis laesione.* Ibid. pag. 327.
- 7.) *Paracentesis thoracis ob abscessum pulmonum.* Tentam. XIII. pag. 324.
- 8.) *Renunciatio medica de vulnere capitis, Neosolii in Hungaria an. 1720. vehementiori ictu procurato.* Tentam. XIV. pag. 445.
- 9.) *De febribus epidemiis, Neosolii in Hungaria, mense Nouembr. an. 1720. obseruatis.* Ibid. pag. 503.
- 10.) *De virtute et efficacia noui medicamenti sedatiui, seu Olei Dippeliani, vberius demonstrata.* Tentam. XVI. pag. 661.
- 11.) *De constitutione epidemia an. 1721. Neosolii obseruata, vna cum praeloquio de praestantia principiorum Stablianorum.* Tentam. XVII. pag. 243.
- 12.) *De vsu hirudinum in affectu haemorrhoidali.* Tentam. XVIII. pag. 417.
— *Idem hirudinum vsus in affectibus haemorrhoidalibus vberius euincitur.* Ibid. pag. 518.
- 13.) *De morbis hyemalibus Neosolii, a solstitio hyemali an. 1721. ad aequinoctium vernale, an. 1722. obseruatis.* Tentam. XIX. pag. 253.
- 14.) *De puluere solari Hallensi, et Essentia dulci, specifico in tussi infantum remedio.* Tentam. XXXV. pag. 320.

III. *Godofredus Moller*, Caroli Ottonis filius, vnicus paternarum virtutum ex affe heres, Lib. Regiaeque Ciuitatis Neosoliensis et Medicus ordinarius, et Senator, et Iudex primarius, nec non Incl. Comitatus Zoliensis Tabulae Iudiciariae Affellor, dum in alma Regia Academia Fridericiana ad d. 11. Nou. an. 1730. summos adipisceretur in Medicina honores, et priuilegia, talem marte suo elaboratam publicauit dissertationem: *De Aëre Fodinarum Metallicarum noxiõ, vom unterirrdischen bösen Wetter. Auctor respondens Godofredus Moller, Nobilis Neosoliensis Hungarus.* Halae Magdeb. an. 1730. in 4. plag. 6.

IV. *Dan. Guilielm. Moller*, natus Pofonii, an. 1642. d. 26. Maii, patre Ottone Mollero, gemmario, et aurifabro, matre Rebecca Pergameriana, mercatoris filia; confecto in patrio gymnasio bonarum artium, et philosophiae rudimentorum curriculo, Vittebergæ potissimum reliquo studio operam nauauit, institutiones medicas ex Victoris Schneideri ore audiuit, alchymistico vero studio, praeceptore Petro du Pont, pharmacopola Lugdunensi Gallo incubuit, instituta in Germania, Polonia, Hollandia, Anglia, Gallia, Heluetia, Italia, Neapoli per plures annos peregrinatione litteraria, an. 1670. in patriam ciuitatem reuertit, annuo spatio Sub-Rectoris munus in patrio gymnasio gessit, aulam Caesaream in negotio religionis Pofoniensium Euangelicorum nomine adiuit; sed exortas turbas euitaturus, solum vertit, et Altdorsii substitit, vbi an. 1674. oblatum Professoris officium in
Meta-

Metaphysica, et Historia in se suscepit exornandum, quo ad dies vitae vsque summa cum laude functus est. Academiae eiusdem Senior fuit, et Bibliothecarius, an. 1694. Academ. S. R. I. Nat. CC. collega, dictus *Solinus I.* Societatis Italicae Recuperatorum, et Societatis Historicorum Imperialium Socius, et nouissime ab Imper. Leopoldo Comes Palatinus Caesareus cretus. Duas nactus est uxores, posteriorem Celeberr. Vagenseilii filiam, Helenam Sybillam, ob eximiam linguarum, Latinae, Graecae, Hebraicae, et aliarum exoticarum cognitionem, notissimam, absque haerede mortuus est anno 1712. d. 25. Febr. aetatis 70.

Sigis. Iac. Apinus in vitis Professorum Philosophiae, qui in Academia Altdorfina claruerunt, Norimb. an. 1728. in 4. editis Molleri Nostri effigiem pag. 238 exhibet, ac ipse vitam pag. 238—259. describit: sed ante eum iam *Dar. Czvittinger* Nolter in specim. Hungar. Litteratae Francof. an. 1711. in 4. edit. paullo vberius, nec immerito, vitae lineamenta duxit; plurimum enim Mollerus Czvittingero in compilando suo specimine profuit, et vt *Matthiae Belii* verbis vti mihi liceat, *facile Czvittingerum in plerisque aberrare potuisse, eo, quod Bibliothecam suam ex schedis Dan. Guilielmi Molleri, compilauevit, et quae Vir ille accuratissimus nomine suo edere addubitauit, iste magno strepitu edidit, etc.* Multis reuera et quidem eruditissimis opusculis, et disputationibus publicis Historiam litterariam illustrauit, et auxit Mollerus; hoc vnice do-

lendum, scripta eius passim dispersa, atque ideo rariora, et a nemine vnquam in certum Volumen redacta fuisse, et vtilitati communi recusa. Quod equidem sciam, gradum Doctoris in Medicina assecutum non fuisse; edidit tamen varia scripta medica, Hungariam quoque spectantia, quae vnice nos loco hoc ex Czvit-tingero, et Apino potissimum delibabimus:

- 1) *De Bohemico Nihilo alchymistico.* Colon. an. 1667. in 12.
- 2) *Meditatio de insectis quibusdam Hungaricis prodigijs, ad Amicum A. R. M. Francof. an. 1673 in 12* Prodigium hoc tale fuisse Aucter commemorat: „An. Ch 1672 d. 20.
 „ Nouembr. mane intra 8. et seqq. horas, ni-
 „ ues copiosissimas, cum copiosissimis, is-
 „ que nunquam fere antehac in ea regione
 „ vilis insectorum generibus, e coelo in
 „ agros, qui circa Neosolium, ciuitatem
 „ in Hungaria montanam iacent, omnium
 „ cum incolarum horrore decidisse, ita qui-
 „ dem, vt aliqua eorum papilionum, alia
 „ erucarum, nonnulla vermium annulorum,
 „ quaedam cantharidum, vel in lunae modum
 „ incuruatarum, vel in rostratae cuiusdam
 „ auiculae speciem effigiarum formas cla-
 „ rissime referrent; coloribus luteo partim,
 „ partim nigricante, subcinereo, itidem rutilo,
 „ atque albicante inuicem distincta essent,
 „ quae in tertium vsque diem circum circa
 „ obrepentia, superque niues turmatim sese
 „ congregantes, tandem quasi pugna mutuo

„ exorta, lutei atque albicantes vermes a
 „ nigris rutilisque victi, prostrati atque
 „ deuorati sunt. Quomodo A prodigii huius
 „ causas examinaret, quidue illud in Hun-
 „ garia portendere iudicaret, non vacat no-
 „ bis, curis seuerioribus intentis, hic iam
 „ sigillatim referre.

- 3.) *Opuscula Medico - Historico - Philologica.* Fran-
 cof. an. 1674. in 12.
- 4.) *Indiculus Medicorum Philologorum ex Germania
 oriundorum.* Altdorf. an. 1691. in 4.
- 5.) *De characteromantia.* Altd. an. 1693. 4. de
 characteribus morbos curantibus plurima hic
 inueniuntur.
- 6.) *De Arnaldia, peculiari morbi specie.* Altdorf.
 an. 1694. in 4.
- 7.) *De Transilvania.* Ibid. an. 1700. in 4.
- 8.) *De Technophysiotameis, von Kunst und Natura-
 lien Kammern.* Ibidem an. 1704.

Praeter reliqua opera a laudatis viris bio-
 graphis indicata; edenda et promissa, vt In-
 troductionem in Rem Nummismaticam etc. re-
 censet *Meslibverus* in Accessionibus ad Almelo-
 uenii Bibliothecam promissam et latentem, pag.
 161 et *Iob. Fried. Fellerus* in Monumentis in-
 editis. Tom. I. pag. 44.

Celebri huic polyhistori, et Philosopho
 Hungaro, Dan. Guilielmo Mollero, alium no-
 stri temporis Philosophum sane acutissimum,
 STEPHANVM PAP FAGARASI, in Colle-
 gio Helv. Conf. addictorum Maros-Vasarhelyi-

ensi in Transilvania Philosophiae Professore, lubet subnectere, qui an. 1774. mense Iunio, Traiecti ad Rhenum in Doctorem Philosophiae solenni ritu inauguratus est, edita Dissertatione inaug. *De Natura aeternitatis successionis experte; et duratione mundi successiva, initium necessario habente.* Ultrai an. 1774. in 4. Quanta Vir iste sublimiori polleat eruditione, manifestis monstrant indicibus tot Problematum ab eruditis exterarum nationum Societatibus propositorum enodationes, singularibus condecoratae praemiis:

1.) *Potestne Naturae Scrutator ex cognitis iam observationibus et experimentis confectaria ad disquisitionem causarum hactenus incognitorum phaenomenorum colligere?* Seelandina Societas Vlißingensis artium et scientiarum, an. 1765. fundata isthanc cum Eruditis an. 1770. communicavit Quaestionem solvendam. Etsi Clar. Iosephus de Iperen omnium optime voto Societatis responderit, sed quod esset e numero Sodalium, destinatum praemium illi distribui non potuit, Fogarasio itaque Nostro adtributa est Moneta aurea, XXX. Nummos aequans aureos, signo Societatis et nomine Victoris, adiecto propositae Quaestionis anno, insignita; in cuius latere vno Palladis coronam manu tenentis effigies visitur superne cum lemmate: **CALCAR HONOS, inferius IOSEPHVS PAP DE FAGARAS, 1772.** notata; in altero vero latere septem Artes liberales conspiciuntur cum inscriptione: **NON SORDENT IN VNDIS, inferne autem: SOCIETATIS SCIENT. BATAV. FLESS.**

PRAE-

PRÆMIUM. Thematis elaboratio Fagarasiana Latina, nec non ex sermone hoc in Batauum conuersa, illata est in Tom. II. Commentar: Seelandinae Societatis Flessingensis, an. 1775. Vlissingae in 8. c. fig. edit. cum Titulo: Verhandelingen uytgegeeuven door het zeeuwfch genootfchap der Weetenschappen te Vliffingen.

2.) *Sitne sensus aliquis homini innatus, quo dirigatur ad dignoscendum, et impellatur ad faciendum bonum morale?* Problematis huius a Professoribus Vniuersitatis Lugduno-Batauae, vt Legati Stolpiani Curatoribus an. 1773. ad discutiendum propositi Solutio Fagarasiana praemium adsequuta quidem non est, *accessit* tamen Dissertationi coronatae, et Lugduni Batauorum vna cum reliquis Commentariis, in eam rem scriptis, an. 1774 publici iuris facta est.

3.) Dans toute la Nature on observe des Effets: il y a donc des Forces. En consequence on demande: *Quelle est la notion distincte de cette force primitive et substantielle, qui lorsqu'elle est determinee produit l'effet? ou en d'autres termes, quel est le FUNDAMENTVM VIRIVM?* On demande. 1.) *Quelle est la notion distincte de la puissance passive primitive? comment une substance peut agir sur l'autre? et enfin comment celle-ci peut patir de la premier?* 2.) *D'ou viennent à ces forces les bornes, qui limitent leur aétuivité? et pourquoi la même force peut tantot produire un effet, et tantot ne le peut pas? comment, par exemple, quel-*

quelqu' un peut concevoir distinctement ce dont un autre l'instruit, e qu'il n'a pas pu l'inventer lui-même? pour uoi on ne peut pas reproduire dès qu'on le veut les idées qu'on a oubliées, quoiqu'on ait pu les produire autrefois, et que l'axiome subsiste toujours, que du vouloir et du pouvoir réunis l'act. on doit suivre? ou enfin, quelle différence réelle il y a, si la force primitive tire tout de son propre fond, entre se représenter distinctement un mus.que savante d'un grand compositeur à la quelle on assiste; la solution d'un probleme difficile, trouvée par un géometre du premier ordre; et être soi-même l'uteur de cette mus.que, de cette solution; ou du moins être capable de composer un musique, de résoudre un probleme, de la même force, dès qu'on le voudra bien sérieusement. Ad Problema hoc a Regia Scientiarum et Litterarum elegantiorum Academia Berolinensi cum Eruditis communicatum, praemiisque ornandum, quod Clar. Fagarasius ex voto Eruditorum an. 1778. accurate responderit, Monetam quinquaginta aureorum reportauit, cuius pars antica Effig'em Regis Borussiae cum inscriptione: FRIDERICVS REX ACADEMIAE PROTECTOR. MDCCXLVII. exhibet, facies vero postica sertum seu coronam monstrat spicatum cum inscripto eidem lemmate: SCIENTIARVM ET LITTERARVM INCREMENTO. Commentarius hic latino, quo conscriptus est, sermone typis Berolinensibus publicatus est.

4.) *Possitne Vnitas Dei ex sola ratione demonstrari? Fueruntne populi vel philosophi, qui ad eius cognitionem absque ullo reuelationis alicuius auxilio peruenerunt?* Licet Theseos huius a Lugdunensibus Batauis iudicio Eruditorum commissae Disquisitionis praemio adfecta non sit, *l'accessit* honore tamen decorata, et statim Lugduno-Batauo an. 1780. Latino idiomate sub symbolo: *Veritas index sui et obliqui* tecto auctoris nomine vulgata est, quod serius, quam oportuit, Fagarasius Noster nomen suum professus fuerit.

5.) *Potesitne demonstrari dari prouidentiam specialem a generali, qua Deus secundum leges generales hunc mundum administrat, distinctam? si ita, possuntne certi proferri characteres, quorum ope effecta specialis prouidentiae ab illis generalis prouidentiae effectibus distingui queant?* Societas Theologica Harlemlensis, dicta a fundatore Teyleriana, thesin hanc optime enucleantibus an. 1781. praemia aemulationis distribuit, monetam aemulatoriam Berolinensium Professor Castillion obtinuit, argenteam vero Fagarasius Noster retulit, excepto valore et pretio illi non absimilem vel magnitudine vel forma aut siglis numismati aureo, a nobis numero sequenti verbis pluribus statim indicando. Diatriba haec Cl. auctoris e Latino in Batauum transposita sermonem, cum aliis quatuor in eandem rem conscriptis commentariolis, Harlemi an. 1782. prelo ubiecta est.

6.) *Quae est natura moralis libertatis? et quomodo omnium optime demonstrari possit nos esse entia*
mora-

moralia libere agentia? Eadem Societas Theologica Harlemlensis Teyleriana solutionem Thematidis a Fagarasio oblatam ceteris praestantiorern declarauit, et praemio aemulationis singulari, Moneta scilicet ex auro conflata, 80. aureos Hollandicos pondere sequanti, an. 1782. condecorauit; in cuius aduerso latere hinc Theologiae, inde e regione, Veritatis et Libertatis expressa sunt simulacra, tali superne adiecta Epigraphe: WAARE GODSDIENSTKENNIS, BLOEYT DOORVRYHEYD, inferius legitur: GENOOTSCH AANVANG. An. 1778 auersum uero latus praeter reliqua ornamenta fertum e floribus contextum exornat, cui talia leguntur inscripta: EER PENNING VAN TEYLERS GODGELERD GENOOTSCHAP TOEGEKENT AAN IOS. PAP DE FAGARAS, PH. DR. PHIL. ET MATH. PROFESSOR TE M. VASARHELY. Dissertatio haec non modo Latino, sed etiam Batauo sermone foras emissa est.

7.) *Demonstretur nullum esse in Ethica Christiana praeceptum, quo vel singuli Ciues in commodis suis sequendis, et Principes in republica secundum verae politicae leges administranda impediuntur.* Legati Stolpiani Curatores in Academia Lugduno-Bataua Disquisitionem Nostri in Thesin hanc elucubratam non quidem praemio primario, accessorio tamen *l'accessit* honorauerunt, ipsum opusculum Latino sermone ibidem an. 1782. typorum beneficio euulgarunt.

8.) *Quae-*

8.) *Quaenam Analogiae sunt fundamenta et signa? Quomodo Philosophum ad explorandas physicas et morales veritates ea uti oporteat?* Quod Problema hoc ex voto Societatis Belgicae Scientiarum Harlemensis Auctor Noster, et Cassilion Professor Berolinensis, pari eruditione curatius definiuerunt, pari laude digni habiti sunt, par adeoque praemium Eorum elucubrationibus tale concreuit, quod Monetam 24. aureorum Hollandicorum aequat valore. In altero Numi Fagarasiani latere inter effictas sedentes duas Viri et Femine effigies, Machinae quaeipiam praesentantur efformatae, quas superne ornat lemma inaratum: **DEO ET PATRIAE.**; latere vero auerso Palladis coronam tenentis simulacrum offertur conspiciendum, cuius capiti inminet Symbolum adscriptum: **OPTIME MERITIS.**; inferne vero: **SOCIET. SCIENT. HOLL. PRAEMIVM.** in margine in gyrum decurrit perigraphae hunc in modum circumscripta: **IOS. PAP DE FAGARAS, PHIL. D. ET PROF. IN ATH. VASARHELY.** adeptus est an. 1782. Haec Thematis solutio Fagarasiana, Batauae donata consuetudini, eruditae laudatae Societatis Harlemensis Commentariis anno superiore 1783. intertextae legitur, Latio quoque, quo scripta est, idiomate separatim typis excuscribenda.

9.) *Qua ratione optime demonstrari possit non esse contra naturam Dei perfectissimum effecisse mundum, in quo mala insunt?* Quaestionem hanc, a Curatoribus Legati Stolpiani Lugdunensibus iudi-

iudicio Eruditorum *expositam*, quod Fagarus optime perquisiuit, Commentationi eius Numisma aureum 50. numorum aureorum Hollandicorum pondere ad d. 13. Octobr. an. 1783. decretum est, cuius facies aduersa in peripetria inscriptione notata est: **AUCTOREM MANIFESTAT OPVS.**; in medio visitur effigies Viri telescopium manu tenentis, et sidera perscrutantis, nec non Aquila aurea expansis alis ibidem a latere, quibus talis subiacet in scriptio: **MERUIT IOS. PAP DE FAGARAS 1783.** auersae partis circumferentiam perigraphe ornat: **MONSTRAT ITER, TUTVMQVE FACIT.**, vbi in medio substructio quaedam, vel Machina potius, affabre constructa conspicitur, quam duo circumstant vtrisque Viri, intentis oculis manibusque eam perlustraturi, tali subnexa hypographe: **PRAEMIUM ACADEMIAE LEIDENSIS EX LEGATO L. STOLF.** Diatriba haec Fagarasiana cum adiunctis aliis tribus comitibus ibidem etiam in lucem prodiiit.

Sed prout res hominum sunt maxime instabiles, ita, dum acutissimus hic nationis nostrae Philosophus ad exornandam cathedram philosophicam in Vniuersitatem Studiorum Pessiensis iussu Regio, constituto prius annuo mille florenorum stipendio euocaretur, atque collectis re culis itineri se committere vellet, atroci pleuritide correptus, quinto decimo saeuientis morbi die, qui in XVII. Dec. an. 1784. incidit, piam efflauit animam, magno rei scholasticae detrimento, forte etiam, vt sunt tempora nostra;
omne.

omine. Et sic *Problematis de exstirpanda superstitione* a Berolinensibus pro adipiscendo praemio aemulatorio propositi enodationem morte praeventus finire non poterat, enucleavit tamen *Quaestionem de Concordia Theologiae naturalis cum reuelata vulgatam*, eamque iudicio Eruditorum Batauorum, tribus ante obitum hebdomadibus, submitit: ast coelitem concilio adscriptus, nullum iam a quoquam hominum coetu praemium amplius expectaturus.

10.) *Quisnam fuit status Religionis Christianae, specialius in Ecclesia orientali, tempore exortus Vatis illius, ita disti Mohammedis? et num idem aliquid, aut plurimum etiam contulerit ad primam doctrinae Mohammedanae propagationem?* Ad Problema vero hoc a Societate Theologica Harlemensi, dicta Teyleriana, ad enucleandum an. 1783. propositum, quod Clar. Michael Pap Szathmari, in Collegio Helu. Conf. addictorum Claudiopolitano S. Theol. Professor, optime omnium responderit, primum illi praemium aemulatorium, Numisma puta aureum, a Curatoribus Foundationis Teylerianae ad d. 8 Apr. an. 1784. Harlemi congregatis fuit adiudicatum, atque etiam fuisset traditum, si modo Dissertationi suae cum symbolo יהוה נאמנה Jehova Nissi signatae, et exmissae, schedam quoque obli-gnatam, cui nomen ex lege publicati program-matis inscribi debebat, adiunxisset; sed quod per crebras licet adnunciations inuitatus, loci tamen distantia impeditus, serius, quam oportebat, nomen patefacere potuerit, non nisi

praemium secundarium argenteum deinde Eiratum habitum est, cum adiectis praeterea niox etiam XL. numis aureis Hollandicis vulgaribus, ne scilicet aureo prorsus, quod Dissertatione sua Vir summopere aestumandus ante meruit, frustraretur praemio. Reliqui tres potiores aemulationis Socii *l'accessit* honore decorati, et singulorum commentarii Vto Actorum Societatis Volumini inserti sunt, inter quos Szathmariano hic quoque locum primum adsignatum fuisse cognouimus, cum praefixa in prooemio luculenta rei huius gestae expositione. En iam ipsum quoque Numismatis Icona simul cum reliquis in vno huic filerae adiacenti folio iuxta cuiusuis numerum delineatum.

Numus hic Szathmarianus, maximi moduli, X. uncias argenti puri pendens, parte aduersa exhibet ipsam *Pietatem*, radiis coelestibus colustratam, et mensae apertum Euangelium tenenti deuote adstantem, cui obuerso vultu adstat nuda *Veritas*, laeua ramum *Palmae* et *Libellum* tenens, dextra autem in humeros Libertatis, *pileum*, ex pertica suspensum, gestantis, in modum amplexantis, eleuata, solem radiis diffluentem ostentantis. Inter figuras has cernitur ipsa *Vibs Harleimensis*, templis et turribus insignis; ad pedes autem earum, catenae et alia seruitutis signa prostrata iacent. Superne legitur in peripheria: WAARE GODSDIENST-KENNIS BLOEYT DOOR VRYHEYD. Inferius inter duos Leones cernuntur Insignia, forte Societatis, cum incriptione GENOOTSCH. AANVANG Anno 1778. in
exti-

extima parte legitur: VICIT VIM VIRTVS. Parte autem auersa, inter lemniscos exhibetur Corona laurea, seu triumphalis, in cuius summo apice cernuntur Insignia Fundatoris Theologicae huius Societatis cum subscripto eius nomine TEYLER. Quod mox excipit sequens Inscriptio: EERPENNING VAN TEYLER'S GODGELEERD GENOOTSCHAP toegekent aan MICHAEL PAP SZATHMARI. ill. Coll. Reform. Claudiopolit. SS. Theol. et Hist. Eccles. Professor, id est: Moneta Honoris ab ipsa Teyleriano-Theologica Societate adiudicata Michaeli Pap Szathmari etc.

ARTICVLVS XIII.

NICOLAVS. Plures Medicinae Doctores, Sigismundi Regis nostri temporibus in Hungaria floruisse, alibi passim in Operibus nostris, sed imprimis Centur. II. Part. II, pag. 449. et 450. iam enumerauimus; illis nunc Nicolaum hunc, Virum religiosum, Ecclesiae Strigoniensis Canonicum denuo adiungimus. Dum Frater, Demetrius vocatus, Abbas Conuentus Monasterii S. Anianī Confessoris, Tihaniensis, quod littori Lacus Balatonis, loco amoeno, in agro Szaladiensi, adpositum est, nonnullas in vicinia sua constitutas Capituli Weszprémienſis villas, utpote Füred, Keck, Aráts, Apáthi, Aszszofó, Kövesd, Eorvenyes, Udvari, Szölös, Kispechel, et Vaszuly, modo clanculario ad se pertraheret, earumque usum annum ali-

quamdiu perciperet; dictum vero Capitulum Wefzpremiense ita opimam praedam sibi eripi haud quaquam facile pateretur: lite diu multumque domi agitata, mox ad Curiam Romanam delata, iussu Pontificis summi, Martini V. et accedente efficace Petri, Praepositi et Canonici Strigoniensis, tamquam delegati, et Romanae Sedis auctoritate constituti Iudicis opera prioribus possessoribus Bona illa occupata restituta sunt ex integro, tali interiecta eaque seuerioris poenae pecuniariae interminatione, ut ubi Abbatem et Conuentum Monasterii Tichoniensis Transactionem hanc violare contingeret, tum non modo Camerae Apostolicae florenos mille, Capitulo totidem pendere tenerentur, sed insuper poenas periurii et calumniae incidere ipso facto debeant. En ipsas Litteras, dictas Cessionales, Strigonii, loco electi Tribunalis iudiciarii, an. 1418. die prima Martii concinnatas, et ex ipso prototypo, serie hac nunc exscriptas:

„ *In Nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Petrus*
 „ *Praepositus et Canonicus almae Metropolitanæ*
 „ *Ecclesiae Strigoniensis, ac per Venerabilem Virum*
 „ *Dominum Henricum Fleckel Decretorum Doctorem,*
 „ *Decanumque Ecclesiae Pataviensis Apostolicae Sedis*
 „ *Capellatum, Sacri Palatii Apostolici et Caussarum*
 „ *et Caussae nec non partibus infrascriptis a Sacrosancta et generali Synodo Constantiensi auditorem*
 „ *specialiter Deputatum Iudex unicus et auditor*
 „ *surrogatus uniuersis Christi fidelibus praesentibus*
 „ *pariter et iuturis praesentium notitiam habituris*
 „ *salu-*

„ salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum
 „ tam praesentium quam futurorum notitiam haram
 „ serie volumus peruenire, quod cum nos ad execu-
 „ tionem mandati nobis per praefatum Dominum
 „ Henricum Flekel D. D. directi inter partes pro-
 „ cedere voluissemus, tunc religiosus Vir Dominus
 „ Frater Demetrius Abbas Monasterii S. Michaelis
 „ de Aniani de Tichonio Weszpremiensis Dioecesis
 „ suo personaliter et Conuentus sui nominibus cum
 „ quodam publico procurationis Instrumento plenum
 „ et speciale mandatum ad infra scripta in se conti-
 „ nens, et prima facie apparuit manu discreti Viri
 „ Iohannis filii Michaelis de Kalmanchely Clerici di-
 „ ctæ Ecclesiae Weszpremiensis Dioecesis anno ab
 „ Incarnatione Domini infra scripto, Indictionum va-
 „ decima, die vero 21. mensis Februarii, Pontifi-
 „ cis autem sanctissimi in Christo Patris et D. D.
 „ Martini diuina Prouidentia Papæ Quinti anno
 „ primo feliciter confectum non vitiatum non
 „ aliqua sui parte suspectum ab vna item ho-
 „ norabilis Vir D. Nicolaus Archidiaconus de
 „ Szegesd et Canonicus in Ecclesia Vespremi-
 „ ensi Vicariusque in Spiritualibus et cauifarum
 „ Auditor generalis loci eiusdem similiter suo
 „ personaliter ac Dominorum Praepoliti, Le-
 „ ctoris, Cantoris, et Custodis Canonicatum
 „ et Capituli eiusdem Ecclesiae Veszpremiensis
 „ nominibus similiter cum pleno procurationis
 „ mandato manu praefati Tabellionis confecto
 „ 24. die mensis Ianuarii comparuerunt nostra
 „ in praesentia ac per eundem Dominum Fra-
 „ trem Demetrium Abbatem nominibus quibus

„ supra in solidum sponte libere et exacta sci-
 „ entia confessum exstitit et in veritate recogni-
 „ tum. Quod licet ipse vna cum dicto suo
 „ Conuentu quadam spe maniducti certas deci-
 „ mas dictorum Dominorum Praepositi, Lecto-
 „ ris, Cantoris, Custodis Canonorum et Ca-
 „ pituli ex villis et possessionibus Füred, Keck,
 „ Aráts, Apáthi, extra fossatum Aszszofó,
 „ Kövesd, Eorvenyes, Udvari, Szölös, Kis-
 „ pechel et Vaszuly vocatis singulis annis eis-
 „ dem Dominis de Capitulo more solito proue-
 „ nientes semperque et ab antiquo prouenire
 „ solitas de facto occupassent et occupatas te-
 „ nuissent, easdemque decimas iisdem Abbas
 „ et Conuentus a suis tantum Iobbagyionibus
 „ fere per spatia trium annorum tulissent et le-
 „ uassent de et super quibus inter ipsum Abba-
 „ tem et suum Conuentum ac Dominos Praepo-
 „ situm, Lectorem, Cantorem, Custodem et
 „ Capitulum et Canonicos tam in Curia Romana,
 „ quam extra, lites et controuersiae motae fuif-
 „ sent et exortae et aliquamdiu ventilatae, sed
 „ quia idem Dominus Frater Demetrius Abbas
 „ et Conuentus verissime recognouissent se ad
 „ easdem decimas in parte et in toto, in specie
 „ et in genere nullum penitus ius habere ad eas-
 „ dem, nec habuisse vinqum: igitur ipsi Do-
 „ mini Fratres, Abbas et Conuentus propter
 „ commodum pacis easdem decimas praenomi-
 „ natarum villarum nulla fraude nulloue dolo
 „ interuenientibus pure libere simpliciter et ir-
 „ reuocabiliter cecidissent, remissent et resigna-
 „ sent,

„ sent, ac remissas et resignatas eisdem Domi-
 „ nis Praeposito, Lectori, Cantori, Custodi,
 „ Canonicis et Capitulo reliquissent, imo om-
 „ nibus actionibus et actionum proprietatibus re-
 „ alibus et personalibus pure simpliciter renunci-
 „ ando et cedendo de perceptis nihilominus
 „ prout idem Dominus Nicolaus Archidiaconus
 „ praefatus asseruit plena et
 „ omnimoda satisfatione per eosdem Abbatem
 „ et Conuentum ipsis Dominis facta et impensa
 „ resignarunt et reliquerunt perpetuo et irreuo-
 „ cabiliter coram nobis litem seu lites super eis-
 „ dem poenis et obligationibus subinfrascriptis
 „ in antea numquam resuscitari, ita videlicet
 „ vt quocumque temporum in processu quibus-
 „ uis adinventionibus et arte quaesitis et adin-
 „ uentis, iidem Dominus Frater Demetrius Ab-
 „ bas aut Conuentus Monasterii praedicti, seu
 „ eorum successores lites huiusmodi sopitas et
 „ sedatas ac penitus annullatas resuscitent, et
 „ tunc iidem Dominus Abbas et Conuentus Ca-
 „ merae Apostolicae in mille, et in aliis mille
 „ florenis autem pro iam dictis Domino Prae-
 „ posito, Lectori, Cantori, Custodi, Canoni-
 „ cis et Capitulo debeant et insuper
 „ poenas periurii et calumniae incidere debent
 „ ipso facto. Et vt omnia praemissa firma per-
 „ durent et robur obtineant perpetuum, prae-
 „ sentes litteras nostras pendentis sigilli nostri,
 „ quo utimur, munimine roboratas, cum sub-
 „ scriptione Notarii infrascripti eisdem Dominis
 „ de Capitulo duximus concedendum. Datum

„ Strigonii prima die Mensis Martii, Anno ab
 „ Incarnatione Domini millesimo quadringenta-
 „ simo decimo octavo, Indictione etc. quibus
 „ supra. Praesentibus ibidem honorabilibus Vi-
 „ ris, Dominis Iacobo Archidiacono
 „ Nicolao artis Physicae Doctore, et Ste-
 „ phano Canonico Ecclesiae Strigoniensis, et
 „ aliis quampluribus fide dignis Testibus ad
 „ praemissa vocatis et requisitis.



„ Ac ego Emericus Mar-
 „ tinus Clericus Quinque Ec-
 „ clesiarum Dioecesis, sacra
 „ Imperiali auctoritate Nota-
 „ rius praemissae recognitioni,
 „ resignationi, satisfactioni,
 „ omnibusque aliis et singulis
 „ dum sic vt praemititur fie-
 „ rent et agerentur vna cum
 „ praenominatis praesens fui,
 „ aliis tamen negotiis legitime
 „ deputatus superius per alium
 „ fideliter scribi procuravi,
 „ hic me propria manu subscripsi, et in hanc
 „ publicam formam redegi signo et nomine meis
 „ solitis signavi rogatus et requisitus in fidei et
 „ testimonium praemissorum.

Hic vt vides, L. B. vt vltima instrumenti
 huius verba docent, in testem rei narratae, at-
 que Litis forum ciuile concernentis, feliciter
 sopitae inter reliquos iussu summi Pontificis Ró-
 mani constitutos Iudices ecclesiasticos. Nicolaum

quo-

quoque Medicum hunc nostrum, Ecclesiae Strigonensis Canonicum adduci, qui artis Physicae Doctor apertis ibidem innuitur verbis: sed de eo plura ex nobis cognoscere nemo iure iam desiderauerit.

Ergone Hungariae quoque Cleri in tantum vniquam excreuit auctoritas, vt etiam causas iurisdictioni ciuili obnoxias pro arbitrio suo olim diiudicauerit, atque sub graui poenarum etiam pecuniarum interuinatione, ni partes litigantes lato iudicio steterint, definitiuam quoque tulerit sententiam? Talem agendi rationem nec Apostolorum, nec Patrum, primorum a nato Christo Seculorum doctrinae euangelicae, quoad illa in sua permansit puritate primigenia illibata, consentaneam esse, pridem viri cordatiores non modo Protestantium ordini adscripti, sed etiam fidiissimi Ecclesiae Romanae adseclae, et inter hos Libertatis in primis Ecclesiae Gallicanae adsertores indubiis demonstraerunt argumentis. Muratorius, magni in republica litteraria nominis Vir Antiq. Italic. Lib. V. dissert. 70. omnem Rempublicam sanctiorem, siue personas, siue res ipsius quascumque demum et causas religionem huc concernentes spectaueris, ad seculum nonum immo fere decimum vsque magistratui ciuili subiectas fuisse, documentorum e tenebris in lucem industria sua eductorum fide nixus luculenter euicit: hoc enim demum tempore coepit Clerum se iurisdictioni ciuili subtrahere, et mox per certa temporum interualla suam in diiudicandis definiendisque causis suis quibuslibet

sensim, prout quidem se res ferebat, stabilire auctoritatem vix sinunt nos amplius dubitare aliquoque certissima antiquitatum monumenta. Carolus Magnus fuit primus omnium, qui Ecclesiae in Gallia Celtica *Manensi* Litteris an. 796. signatis beneuole induluit, ad quas D. *Abbas de Foi* in *Notitia sua Diplomatica* Tom. I. pag. 201. prouocat, vt vbi controuersiae quaedam illi de rebus suis obortae fuerint, et litigare cum aliis quibuscumque demum hominibus contigerit, ne Iudices ordinarii adigant administratores illius comparere in *Mallo publico*, sed facta primum litis cognitione, controuersiam omnem inter Partes dissidentes absque omni strepitu iuris amice componere satagant. Tale benignissimi Monarchae huius indultum coepit successu temporis vim legis obtinere tanto quidem facilius, quod plebs ad superstitionem fouendam maxime prone, ministerii sacri veneratione adducta, Clero, plus iusto sibi semper arroganti, infelicibus illis seculis reluctari religioni sibi duxit. Singulare sane in rem hanc est illud *Federici Barbarossae* Diploma anno 1172. Monasterio *Altenburgensi* impertitum, quod ille coeco pietatis Zelo fascinatus religiosus Viris ibidem degentibus iudicium non tantum sanguinolentis plagae, sed vitae et mortis concesserit, et ne in eiusmodi iurium exercitio per ordinarios regis iudices quocumque demum modo impedirentur, en rationem tantae rei liberaliter concessae verbis his ibidem subnexam: *Nam quorum ex Dei gratia ratione diuini ministerii opus leue est, et iugum suauis,*

nos penitus nolumus illius oppressionis contumelia vel manu laica fatigari. *Mencken. Script. Rev. Gevm. Vol. III. pag. 1067.* genuinum recitatorum verborum horum sensum is omnium commodissime percepturus est, qui in veram Codicis Iuris Canonici originem inquisiuerit et simul cognouerit, quam infirmo totus ille nitatur fundamento, quantisue fictionibus atque piis scateat fraudibus non facile hic recensendis, quae singula *Gerardus de Mastricht in Historia Iuris ecclesiast. et pontific. et D. Real dans la Science du Gouvernement Tom. VII. c. 1. et 3. §. 2. 3 sq.* singillatim luci publicae candide exposuerunt. Quae si legere contingat, desines profecto seculorum illorum infelicitatem, barbariem scilicet et ignorantiam summam admirari, atque simul clarissime intellecturus es, quibus Cleri artibus, non dicam fraudibus, effectum est, vt vniuersa res publica ciuili iurisdictioni ecclesiasticae sensim subici potuerit. *Eruditus Abbas Fleurius in Historia sua Eccles. Tom. XIX. disc. praelim. ibid.* obseruauit, eo nimirum audaciae progressum fuisse Clerum, vt haud quaquam erubuerit variis sub praetextibus fucum mentientibus omnes profani ordinis homines eorumque causas tribunali ciuili subtrahere; dum scilicet non nisi solae causae et quaestiones ad religionem pertinentes in foro ecclesiastico agitari permitsum esset ex *Leg. 1. Cod. Theod. de Religione: quoties de religione agitur Episcopus conuenit iudicare, ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici Iuris pertinent, legibus oportet iudi-*

iudicari; tum Episcopi commodis suis consulturi *Religionis* voce iurisdictionem suam adeo in immensum extenderunt, vt ordinariis iudicibus nihil fere iudicandum relinquerent, ex quo subinde graues exortas fuisse de Ecclesiasticis Iudicibus quaerimonias, qui ordinariorum iurisdictionem contra fas sibi adscribebant et vsurpabant, *Carolus du Fresne in Glossario ad Scriptor. med. et infim. Latinit. Francof. an. 1710. in fol. in voce Curia Christianitatis*, euentibus clarissimorum Scriptorum testimoniis confirmat, quamque ampla fuerit Curiae huius Christianitatis iurisdictione, quam Quaestionum ac causarum omnium, quae non modo res Ecclesiae, sed et quicquid ex iis dubietatis quoquo modo oriretur, spectant, cognitionem sibi arrogasset, longo factis ordine pag. 1432. sqq. enumerat. *Celeb. vero Giannone in Historia sua ciuili Lib. XIX. §. 3.* omnes illas immunitates praetensas pro animi sui candore libere exanimat et solide conuellit. *Vt nihil praeterea subiteamus, eo quoque denuo audaciae res ordinis ecclesiastici deuenisse, vt Episcopi et Conuentus opera Aduocatorum suorum armis omnia, quae erant Ecclesiae, viviliter defendebant, et vigilanter protegebant, docent Brussel, Usage de Fiefs Tom. I. pag. 144. Du Fresne in voce Aduocatus, immo ipsos Praelatos sacri sui muneris oblitos flamma, ferro, caede possessiones Ecclesiarum defendebant, vt testis est Guido, Abbas, ap. Du Cange, ibid. pag. 179. Nec fane mirum est talia in Christianorum coetu perpetrata fuisse facinora, nam in omnibus iuribus*

et

et priuilegiis praetensis Viri religiosi nacti sunt patronum summae auctoritatis rebus suis semper fauentissimum, qui ex arce Tarpeia totius orbis Christiani res sacras aequae ac profanas pro arbitrio suo, vt plurimum auctoritate dictatoria, dirigebat ad sequiora vsque haud ita pridem retro acta secula, vt haec vberius legi possunt apud *Robertsonum potissimum in Vita Cavoli V. Imp. Tom. V. pag. 312. seq.* Sed an etiam in Regno nostro Hungariae Apostolico superius recensitarum eiusmodi immunitatum sacrarum obseruata fuisse dixerimus vestigia? De decimis et aliis ecclesiae prouentibus ex adducto superius statim a nobis instrumento euentissimum est; de causis, in quibus fidei et sacramenti interpositio occurrit; de infractura Ecclesiae, laesione Clerici, de oppressione et violatione feminae; de causis matrimonialibus, dotibus, et earum accessionibus; de adulteriis; de legitimatione, seu de iure natalium, de testamentis et testamentariis causis; et aliis quam plurimis causis specie licet dumtaxat quadam spiritualitati, vt loqui amant, adnexis alia loquantur hinc inde in scriniis passim delitescencia rerum patriarum documenta litteraria; nos quia in breui labore modum tenendum esse nouerimus, consultius ducimus, singula potius silentio mandare, quam pauca dumtaxat referre.

Sed nouo potius illustrare placet documento: Viris ecclesiastici ordinis tractandarum rerum ciuiliu curam etiam ab ipsis Regibus fuisse concreditam, apographum litterarum Matthiae
Cor-

Coruini Regis, et Capituli Eccl. Pofoniensis, in Tabulario Urbis Pofoniensis adferuatarum, medio Seculo XV. Budae et Pofonii signatarum luculenter testatur, quod simul memoriam quoque *Wolfgangi* cuiuspiam *Socii et Concanonici Capituli Pofoniensis*, et *Doctōris in Medicinis*, ab obliuione vindicat. Eae ad verbum ita habent:

„ Serenissimo Principi et Domino, Domino
 „ Matthiae, Dei gratia Hungariae, Dalmatiae,
 „ Croatiae etc. Regi, Domino nostro gratio-
 „ sissimo Capitulum Ecclesiae Pofoniensis ora-
 „ tiones in Domino deuotas perpetua cum fide-
 „ litate. Vestra nouerit Serenitas, nos Litteras
 „ Vestras exhibitorias, secreto Sigillo Vestro
 „ consignatas, nobis praeeptorie loquentes
 „ debita cum reuerentia pariter ac obedientia re-
 „ cepisse in haec verba. Matthias Dei gratia
 „ Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc.
 „ Fidelibus Nostri Capitulo Ecclesiae Pofoniensis Salutem et Gratiam. Fidelitati Vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus uiris praesentibus, alias has Nostras pro parte fidelium Nostrorum Ciuium Ciuitatis Nostrae Pofoniensis fidei Nostro Magnifico Sigismundo Groff de Bozin Capitaneo Ciuitatum NostRARUM Tyrnauiensis et Zakoltzensis praeeptorie loquentes cum praesentibus Vobis exhibendas, per Vestrum Testimonium fide dignum eidem Sigismundo Groff exhibere et praesentare faciatis, et quid idem ad contenta earundem fecerit, vel responderit, Nobis fideliter rescribatis. Datum Budae

„ fe-

„ feria quarta proxima ante festum B. Mariae
 „ Magdalenae, anno Domini MCCCCLVIII.
 „ Nos igitur praeceptis et mandatis Vestrae
 „ Serenitatis in omnibus obedire cupientes,
 „ vt ex debito tenemur, alias Litteras nostras
 „ pro parte fidelium Vestrorum Ciuium Ciuita-
 „ tis Vestrae Posoniensis Magnifico Sigismundo
 „ Groff sonantes per homines nostros fide di-
 „ gnos, videlicet Honorabiles Magistros, Mat-
 „ thiam de Themeswar, ac *Wolfgangum in Me-*
 „ *dicinis Doctorem, Socios et Concanonicos Nostros*
 „ eidem Sigismundo Groff exhiberi commisimus
 „ et praesentari. Qui tandem ad nos exinde
 „ reuersi, nobis concorditer retulerunt, quo-
 „ modo ipsi hesterni die, videlicet in Festo
 „ Beati Iacobi Apostoli iam praeterito, dictas
 „ alias Litteras Vestras Regales, ipsi Sigismundo
 „ Groff in Possessionem Neusidl vocatam exhi-
 „ buissent, et praesentassent, et antequam idem Do-
 „ minus Sig. Groff huiusmodi Litteras Vestrae Se-
 „ renitatis in manus suas recepisset, dicere habuis-
 „ set, quomodo ipse haberet alias Litteras illis
 „ Litteris Vestris praesentibus multo efficacio-
 „ res, quia tribus sigillis, vno videlicet Ve-
 „ strae Serenitatis, altero Genitricis Vestrae
 „ Serenissimae, et tertio huius Regni Vestri
 „ Hungariae Gubernatoris, de quarum conti-
 „ nentiis ac dispositionibus et ordinationibus
 „ ibidem conscriptis nullo modo exire vellet,
 „ nec easdem quomodolibet inmutare, etiamsi
 „ Vestra Serenitas propria sua manu quantascun-
 „ que et qualescunque alias Litteras eisdem in
 „ con-

„ contrarium scriptas transmitteret, quum spe-
 „ raret, vt Vos ipsum in eisdem prioribus di-
 „ spositionibus praenotatis conseruare, vbi au-
 „ tem Vestra Serenitas ipsam forsitan in eisdem
 „ non conseruaret, ex tunc oporteret, quod
 „ ipse se ipsum in eisdem conseruaret, quia
 „ easdem nullo modo vellet immutare, et si
 „ dicti nostri homines de talibus Litteris sibi
 „ credere nollent, extunc venire deberent cum
 „ ipso ad Castrum suum Ovar, et ibi eisdem
 „ ostendere vellet, addidissetque idem Sigism.
 „ Gross, quomodo ipse multam minaretur,
 „ quod isti Ciues Posonienses tales homines
 „ tales Litteras exhiberent prioribus Litteris
 „ Vestris contrarias absque scitu fratris sui Io-
 „ hannis, qui apud Serenitatem Vestram con-
 „ tinue praesens esset, et quod talia eidem non
 „ notificarent. Subiunxisset etiam, quomodo
 „ ipse Tricesimatorem eorundem Ciuium Poso-
 „ niensium in Zarand ideo captiuasset, quia idem
 „ contra libertates suas et suorum, per olim
 „ Serenissimum Principem Dominum Ladislaum
 „ Regem, Vestrum scilicet praedecefforem,
 „ in factu Tricesimarum sibi datas et concessas
 „ fecisset ac laborasset, facereque in futurum
 „ praetendisset, de quibus libertatibus etiam
 „ nullo modo exire vellet, quibus tamen non
 „ obstantibus eundem Tricesimatorem, seu ho-
 „ minem ipsorum Ciuium Posoniensium, liber-
 „ tati restituisset, dixisset et an se nescire dam-
 „ pna et preiudicia aliqua eisdem Ciuibus minus
 „ iuste intulime. Quibus quidem responsis sic
 „ per

„ per eum factis, tandem praenotatas Litteras
 „ Vestrae Serenitatis de manibus ipsorum vide-
 „ licet nostrorum hominum et testimoniorum
 „ fide dignorum recepisset, et copiam earum
 „ sibi scribi commississet. Datum secundo die
 „ Exhibitionis praemissae, videlicet in Fello
 „ Beatae Annae Matris Mariae Anno Domini
 „ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo
 „ octavo supra scripto.

L. S.

ARTICVLVS XIV.

PARIZ PAPAI. (Franciscus Iunior, et
 Andreas). Duos Articulo hoc indicatos Tran-
 silvaniae Medicos, Franciscum et Andream Pa-
 riz Papaos, fratres germanos, Patrem Franci-
 scum Pariz seniozem, Med. Doctorem, eius-
 demque facultatis in Academia Basileensi Adfes-
 sozem, et in Collegio N. Enyediensi Professo-
 rem, auum Emericum Pariz, Principis Geor-
 gii II. Rakötzii concionatorem aulicum, et Al-
 bae Iuliae Sacrorum antistitem; abauum vero
 Franciscum Pariz, honestum ciuem, et merca-
 torem Papensem, vnde singuli nomen sortiti
 sunt, veneratos fuisse. Biographiae nostrae
 Centur. I. Artic. 63. iam nos docuisse probe
 meminimus.

Franciscus Pariz Papai Iunior, matre Anna
Székhalmia, D. Andreae Székhalmi, Cellisf-
Weszpr. P. III. P Tran-

Transilvaniae Principis, Mich. Apafii ministri aulici, iteratis ad portam Ottomannicam legationibus perfuncti, et Christinae Pankotai de Varad filia, Enyedini ad d. 1. Maii, Anno 1689. progenitus est. Prouida ac pia Patris ac nouercae Iudithae Nyirö cura, nam matrem Annam infans quatuor annos natus amiserat, mature Musis mansuetioribus consecratus, in patrio Lyceo prima iecit litterarum fundamenta, et anno aetatis decimo Cibinium ad percipiendam inter Saxones linguam Germanicam exmissus, sed inde post biennii moram reuocatus, reliquis studiis classicis domi se se tradidit, illisque satis innutritus, sublimioribus deinde logicis, metaphysicis, phylosophicis, ac theologicis disciplinis, quae ad solidam eruditionem requiruntur, omni ardore se applicuit, licet in infelici tumultu Rakotziano magnam in studiorum hoc cursu pateretur subinde remoram, quod Musae N. Enyedenses non vice simplice in exsilium agerentur, sed annus praepremis 1704. *Nostro* et vniuerso Collegio exstitit maximopere fatalis, dum exercitus Caesareani dux Rabutin, vsus Lib. Baronis de Tige, colonelli, opera, castellum, oppidum, scholam, subiecto prius tectis igne, in cineres redegit, oppidi aequae ac Collegii Ciues, lectissimum iuuentutis litterariae florem, crudelem in modum neci tradidit, idem infelix fatum *Noster* quoque experturus, nisi in vicino colle inter vepres prouide semet occuluisset, quare toto vitae decursu Dominican Palmarum, qua execranda haec

haec contigerat laniena, ieiunio, et precibus, vertente quouis anno, solemnem recoluit. Cumque praeliminaribus indicatis superius scientiis iufficienter se munitum intelligeret, in academiis exterarum gentium, ſtudii medici addiſcendi caulla peregrinationem litterariam meditatus eſt, ita liberali ob inſignia Patris in vita ſuperſtitis merita adiutus ſtipendio, vt ex aerario Coetus ſanctioris octingenti floreni, publico vero Regni ciuili ducenti nummi aurei pendendi decernerentur, et ab Illuſtr. S. R. I. Comite Iosepho Teleki ducenti, Gabriele, et Michaele Alvinciis, Iosepho Intzedi, ſingulis centeni in ſubſidium itineris academici raro admodum exemplo numerarentur floreni, reliquorum fautorum nominibus, qui plures fuere, ſilentio iam obuolutis. Exacto anno aetatis vicelimo primo, currentis vero ſeculi decimo, in iter ſe dedit academicum, Francofurtum ad Viadrum recto contendit itinere, inde breui Athenas Lipſicas pedem promouit, et mox Halae Magdeburgicae, florentiſſimo artis Poeoniae domicilio ſubſtitit, ibi Profeſſores, ſtudiorum ſuorum duces, qui medendi ſcientiam inſigni fama, gloriaque profitebantur, modetiſſime ſalutauit, cognouit, audiuit, inuiſit, coluit, ab iisdem viciſſim non vulgariter cultus, ſed amatus adeo quidem, vt mox digna exantlatorum laborum ſcholasticorum proemia, Doctoris Medici titulo a Michaele Albertio Brabeuta, condecoratus, anno 1714. d. 1. Maii, qui ipſi ſuit natalis, Senatu et populo academico ap-

plaudentibus, summa cum laude reportarit. Hoc diligentiae ornamento excitatus, ex consilio patris Vniuersitatem studiorum Lugduno-Batauam, fama, omniumque studiorum genere semper florentissimam eo fine se contulit, vt Virorum eruditorum vberiori institutione, ac conuersatione partam laboribus assiduis eruditionem medicam in dies magis magisque confirmaret. Heic itaque loci dum saluberrimis sapientiae thesauris mentem instruere omni virium contentione allaboraret, ecce ne opinanti quidem adcurrunt domo Litterae fidei publicae d. 6. Octob. an. 1715. ad Viam Anniam, *Curatorum, Rectoris et Professorum nominibus, et Sigillo Societatis scholasticae signatae, et Illustrissimis, Reuerendissimis, Excellentissimis ac Clarissimis Viris celeberrimae Academiae Oxoniensis Cancellario, Vice Cancellario, Collegiorum Praefectis, Praesidibus, et Doctõribus* inscriptae. Vbi cum nulla interiecta mora in insulas fortunatas, Angliam intellige, transfretasset, et Libellum supplicem Vniuersitatum Primoribus exhibuisset, et mox *Illustrissimum ac Excellentissimum D. Towsbende, Augustissimum Magnae Britanniae Regis Consiliarium status intimum et Secretarium*, per litteras consulisset, eam, accedente efficace *Georgii, Episcopi Bristolienfis* opera, *Serenissimi Regis Georgii, et Guilielmi Archiepiscopi Cantuariensis, et Primatis*, consecutus est beniuolentiam, vt ex munifica Magnatum, et plurium aliorum Euergetarum liberalitate in Collegii Bethleniani, ex ruinis resuscitandi, vsus, non mediocrem pecuniae vim vna cum

cum adiuncto itineris comite, *Andrea Ajtai*, itidem Medico, libere corradere potuerit decem fere annorum intercapedine, quibus in ea regione diuersatus est. Tandem longioris morae in illis oris protractae pertaesus, facto per Galliam, et Heluetiam itinere, variarum rerum experientia, cumlatus, ad patrios penates in Transiluaniam saluus, et incolumis reuertit, tanto mox maiori et gaudio et honore a suis excipiendus, nisi collectae stipis eleemosynariae partem non contemnendam, aleae fortunae, *Lotterie* Gallis dictae, commissam, culpa sua amisisset; cuius partem alteram meliori inter Anglos loco repositam, et foenori in vsus Gymnasii Bethleniani, in hunc vsque diem, imo aeuum omne, redituro elocatam reliquerat. Optato felicique artis euentu prouincialis Medici spartam domi auspiciatus, innumerorum hominum fauorem sibi comparauit, ita, vt non plebeii solum, sed honorati, et luculenti quique homines, Illustrissimi inprimis Comites e Telekiorum gente oriundi, operam eius, perfectamque medendi facultatem certatim sibi expeterent. Ad societatem coniugalem quod attinet, vt laborum taedia subinde solaretur, Viri praenobilis Thomae Atzél viduam, Gabrielis Atzél Medici celebris Transilvani matrem, mulierem effetam quidem, sed fortunae bonis, non minus quam animi, ac corporis dotibus egregie ditatam, in thalami sociam sibi delegit, et non sine absque aulae suae splendore vixit, quod Filiredinum, oppidum Tibisci ripae adpo-

fitum, ante oppignoratum, ex soluto aere alieno redemerit, et aliquamdiu in hac quoque vicinia nostra cum laude medicinam fecerit. Virum isthunc doctissimum aequae ac pietissimum, in Transilvania tamen vitam satis laudabiliter actam anno 1737. finiuisse probe nouimus, cuius humanitas, comitas, temperantia, morum grauitas, et id genus aliae virtutes, Christiano homine Medico dignae, non paucorum memoria, et laude inter nos hodieum concelebrantur.

Andreas Páriz Pápai, Francisci Iunioris, cuius effigiem vitae hoc ipso Articulo statim deliniauimus, frater germanus, in oppido Nagy-Enyed, Gymnasio Heluet. Confess. addictorum claro, matre Iuditha Nyíró, praeclari nominis, et familiae matrona, anno 1703. in communem hanc mundi lucem editus est. Ea singularis Nostro obtigit felicitas, ut in conspectu potissimum, disciplinaeque optimorum parentum adulescere, atque eosdem bene viuendi auctores habere potuerit; ipse enim pater laudatissimus, non exemp'lo tantum, et consilio, sed et opera ad optimarum rerum cultum formare contendit, iucundissimum laboris fructum percepturus, si filii praeclaram de se ipsis conceptam spem Bonis omnibus essent excitaturi. Insignibus doctrinae subsidiis domi praemunitus, abiit in inclitam Academiam Francofurtanam, quae ad Viadrum floret, ibi in coepto laudis cursu gnaviter perrexit, et simul arti salutari se se initiandum tradidit, celeberrimosque medicinae do-

doctores, Patrem, et Filium Bergenios, nec non Andream Ottomarum Goelicke incredibili auscultauit studio, singulas artis asclepiadeae theoreticas non minus, quam practicas partes studiosae iuuentuti Viadrinae sedulo praelegentes, eosque summa et pietate et fide obseruauit, maximopere in id enitendo, vt ad illorum disciplinam proxime accederet, quos in tam splendido eruditionis, famaeque fastigio collocatos intuebatur. Variis eruditionis adminiculis, fauore item singulari praeceptorum subleuatus, studiorum suorum cursum feliciter confecit, et anno labentis Seculi 32. licentiam petenti gradum Doctōris medici cum adplausu ex merito indeptus est. Quum occulto longius proficiscendi subinde laboraret desiderio, Lipsiam primum, deinde Halam Magdeburgicam adire e re sua fore iudicauit, non vt praestantissimorum, qui tunc philosophiae, et medicinae illustrabant cathedras, virorum doctrina, et fama inuitatus; sed vt splendido Doctōris Medici axiōmate, quo se iam condecoratum nouerat, ad inertiam, et desidiam male abuteretur, praepostero enim animi impetu incitatus, liberius, quam decebat, cum malefactorum grege uiuere incepit, tantoque mox aere alieno se ibidem incautius onerauit, vt a reditu in patriam non prius illud diluere potuerit, quam vbi magistratus ciuillis imperio omne haeredium, quod diues omnino a parentibus acceperat, lege licitationis emtoribus distribueretur. An Manibus *Nasri* eos insultare dixeris, qui eum in cute

optime nouerunt, dum referunt eruditionem ac medendi peritiam, qua plurimos sui ordinis Viros multis superauit parasangis, viuendi ratione maiorem in modum defoedauisse, eamque ob causam ab omnibus fere nouissime desertum, et diu cum paupertate colluctatum, Claudiopoli anno 1763. vitam a paucis probatam infeliciter clausisse, id quoque vitae incommoda maximo-
pore interea auxisse, quod myopia, et molestissimo inguinis morbo continue laborauerit.

O P E R A.

- 1.) Dissert. inaug. Medica Practica Praeside Michael. Alberti. *De Therapia morborum morali.* Halae Magdeburg. an. 1714. in 4. plag. 8. Celeb. Nicol. Hieronymo Gundlingio applaudente. In opere hoc bene elimato Auctor, *Franciscus iunior P. Pápai*, sequens Problema erudite admodum examinat: *Vtrum animi inclinationes multorum morborum causae sint? an vero corporis constitutio propensionum huc illucque mortales agitantium fons et origo videatur?* Illustr. ac Exc. Lib. Bar. Sigism. Kornis de Göntz-Ruszka, Consilarii regii, et Transilvaniae, partiumque R. Hungariae Gubernatoris, honoribus nuncupata est.
- 2.) Diss. inaug. Medica sine Praeside. *De uero et necessario Medicorum arcano.* Francof. ad Viadrum an. 1732. in 4. plag. 6. Stephano Vesselenyi Lib. Baroni, de Hadad, Georg. Bánfi

Bánfi Comiti de Lofontz, Alex. S. R. I. Comiti Teleki de Szék, Gregorio, et Ioanni Bartfais, Sam. Kemény, Lib. Baroni, Iof. et Sam. Intzediis, Georg. Bonyhai Superatendenti, et vniuerso Athenaeo Cethlenio-Brandenburgico ad Viam Anniam florenti, nec non Stephano Kétzeli, Steph. Lészai, et Franc. P. Pápai, Med. Doct. Fratri dicata. In Tractatu hoc Auctor, Andreas P. Pápai, verum et necessarium medicorum arcanum, consentiente ipso quoque Galeno, non in decantatis impostorum, circulatorum, et agyrtarum *panaceis*, seu *uniuersalibus*, aut *polychrestis*, et *specificis*, seu *singularibus medicamentis* inuenit, sed in tribus arctissimo nexu sibi inuicem iunctis momentis: 1.) *Vera indolis morbi cognitione.* 2.) *Conuenientis methodi medendi obseruatione.* 3.) *Selectorum, optimorumque medicamentorum ordinatione, eorumque perita adplicatione* constituit. Adiectum ad calcem est Andr. Ottomari Goelicke Med. Professoris P. O. *Propempticon* inaugurale de *Chrysopoeiae Vanitate*; posteaquam Is totam artem *Adeptorum, Fratrum Rosae Crucis*, chrysopoieticam, ipsa sua natura impossibilem, vanam, inutilem, ac Reip. summe nociuam esse pronunciaffet, in laudes *Andreae Nostri* a vitae integritate, et morum suauitate petitas, liberaliter effunditur depraedicandas, sed rerum euentui haud vsquequaque postea respondentes.

- 3.) *Pax Corporis.* Venerandi Genitoris sui Tractatum hunc Hungarico idiomate de morbis curandis systematice olim conscriptum, et repetitis vicibus luci publicae expositum *Filius Andreas P. Pápai*, Med. Doctor, adhortationibus Patrum S. Iesu Claudiopolitanorum inductus, secundis curis auctum, et emendatum, typis Claudiacis anno 1756. in 8. iteravit.
- 4.) *Herbarium vivum*, insigni labore, et industria in oris Transilvanicis collectum, vna cum quosdam Librorum, ex Patris, et Fratrum suorum Bibliothecis residuorum mole, Collegii Claudiaci Bibliothecae *Medicus Noster, Andreas*, testamento legavit.

* Artis huius chrysopeiticae vanitatem pridem in Hungaria quoque nostra, ingenti damno suo plures iam experti sunt: ad horum classem referendum ducimus *Ioannem a Transilvania*, Monachum Carthusianum, Matthiae Coruini aetate in monasterio ad Lapidem Refugii Scepusiensi coenobiarum, qui dum ex praescripto Hermetis Trimegisti in lucrando secreto Philosophorum Lapide, Fratres suos ditaturus, omnem mouisset lapidem, omnes coenobii facultates fumi vendulus iste, lucripeta monachus, turpiter decoxit. Centur. II. Part. I. Artic. XIV. *Albertus Leonhardus Lafzky*, arcium Kesmarck, Scepus, Dunavetz, et abbatiæ Csaunik Dominus haereditarius, sacra auri fams exstimulatus, dum duos ex Anglia fami-

famigeratissimos aurei velleris venatores, *Edwardum Kelley*, et *Io. Dee* in Scepusium ad se euocat, officinam alchumisticam, ad torquenda igne metalla, iuuenili consilio in castello suo Scepusiensi excitat, vt ignobiliora, ex lege artis deceptricis, Menstruo quopiam *Adeptorum* imaginario tingenda in aurum perfectissimum conuertat, non prius ab hac infania ad meliorem frugem reuocari potuit, quam dum omnem thesaurum a Patre Hieronymo Lafzkyo, Iohannis de Zapollya, Hungariae Reguli Consiliario acceptum, seductus ab impostoribus, in fumos, et fauillas iam abiuisse experiretur. Centur. I. Art. 50. Plura talia exempla in praesentiarum cumulare, instituti nostri, arctissimis limitibus circumscripti, ratio haud quaquam patitur. Idem vesanum aetate quoque nostra coepisse consilium quosdam non infimi subsellii eruditos patriae ciues, quorum nominibus vice hac parcendum ducimus, qui nummorum cupidine obsessi, exemplo *Fratrum Roseae Crucis*, in certam quampiam, iunctis inuicem dexteris, coaluerunt Societatem alchumisticam, iisdem infelicibus fatiis mox, reliquorum omnium *Adeptorum* exemplo, etiam certo inuoluendi, nisi prouida *Augustae Matris Mariae Theresiae* cura, artis chimericae Alchumisticae exercitium sub grauissima poenarum interminatione ciuibus omnibus seuerè interdiceretur. Ita incipit Lex Tabulis publicis anno 1768. d. 25. Apr. inscripta, et per vniuersum regnum promulgata: Quando quidem Sua Maiestas Sacratissima clementer velit, vt ex ratione Boni publici Alchumistiae

omnes, cuiuscunque sortis, ac conditionis, existant, velut regnicolis sub diuersis procurandi lucri praetextibus imponentes, eosdemque saepe saepius ad ipsas plane incitas redigentes, et ab erigendo Laboratorio, et a suscipiendis praemissum in finem operationis penitus inhi-beantur — — ad auer-tendam Familiarum ex hoc fonte promanantem, iamque saepe numero tristibus exemplis compertam vltiorem ruinam, omnis priuata minerarum, metallorum et semimetallorum liquefactio, separatio, et destillatio vniuersaliter prohibeatur — — vt si huic prohibitioni contrauenientes Extranei, vel personae ignobiles fuerint, praeter confiscationem rerum, et materiarum adoperationes suas adhibitarum, in persona quoque inarestentur, vt pro qualitate reatus vel puniri, vel e regno amandari queant: Si vero Regni Nobiles, aut Magnates fuerint etc. etc. Laboribus huiuscemodi chryso-poieticis plurimum etiam delectatos fuisse nouimus, Ioannem quoque Csuzi Cseh, Med. Doct. et Sacrorum mystam Iaurinensem, Centur. II. Part. I. Art. 16. Ioannem Wallaszkai, Medicum Pestiensem. Centur. I. Art. 97. Dauidem Gümüri Senioremed. Doct. Iaurinensem, Cent. II. P. I. Art. II. dilaudatos. Silentio haud etiam praetereundum nouissime censuerimus Michaellem M. Papai Toth, Dios-Györiensem in Comitatu Borsfodiensi V. D. praekonem, diligentem et rerum naturalium, et chryso-poeiae imprimis cultorem, qui Tractatum Alchimicum, Margarita coram porcis, h. e. Lapis Philosophorum etc. inscriptum, et Basileae suppressio suo

suo nomine, et praefixo superioris Seculi anno,
 sed falso, ante annos quadraginta vulgauerat.
 Homo quanti fuerit pretii, ex Litteris respon-
 foriis d. 30. Sept. anno 1770. Diós-Györini
 signatis, vt ex vngue Leonem, licebit cogno-
 scere: „ Cognoui, *inquit*, optime in cute
 „ celebrem illum Medicum tuum, D. G. dum
 „ Iaurini adhuc degerem: sed meteoricus admo-
 „ dum ille est in suis conceptibus, antimonium
 „ ponit cum Tollio pro subiecto Lapidis Philo-
 „ sopherum. Errat toto coelo: nolim prorsus
 „ mentem illius meam habere. Quid ego sen-
 „ tiam, en breuibus accipe Systematis mei
 „ Sciagraphiam! Prouti Religio ac Theologia
 „ vna tantum est vera, rectam viam salutis
 „ docens, sic etiam Alchymia vna tantum.
 „ Quae non est, nisi Physica sublimior. Verae
 „ Physicae nemo praeter Mosen fundamenta vera
 „ docuit, et qui ex eo sapuerunt, veri Al-
 „ chymistae. Principium nullum est idem cum
 „ principiato. v. gr. Vnitas est principium nu-
 „ meri; sed non est numerus. Corporis hu-
 „ mani principium est sperma, seu spiritus eius
 „ salinus etc. Corporum principium non est
 „ corpus, sed spiritus ante corporificationem
 „ inuisibilis, salino-sulphureo-mercurialis H_2O
 „ Gen. I. v. I. id est: H_2 et O_2 *Asch* et
 „ *Majim*, Ignis et Aqua, vtraque simul, semper
 „ nec vlla arte penitus vumquam totaliter a se
 „ inuicem separabilia. Duplex est Genesis, nem-
 „ pe prima in Creatione, secunda in Genera-
 „ tione. Has praecessit Nihilum absolutum,
 „ ex

„ ex quo in principio Deus creauit, non Carte-
 „ fii elementa, nec Aristotelis, nec Leibnitii
 „ monades; sed אור *Schamajim* Moſis, alias
 „ Nihilum Philoſophicum, ac proinde inuiſibile,
 „ ouum Platoni dictum, אין seu *Chaos* Sapien-
 „ tum, ſuperius, et inferius Hermetis, Ignem
 „ et Aquam, ſeu igneam Aquam, et aqueum
 „ Ignem, אין ium vniuerſalem: quia nondum
 „ ſpecificatum, ex quo iam hodie, lege genera-
 „ tionis, inuiſibili oriuntur; creſcunt, ſpeci-
 „ ficantur in mundo hoc aſpectabili, corporifi-
 „ canturque tres familiae, ſeu tria Regna Na-
 „ turae, Animalia, Vegetabilia, Mineralia. Hic
 „ Spiritus eſt Rector Mundi, aurea Catena Ho-
 „ meri, Anima Mundi. Et ruruſus in fine Se-
 „ culorum omnia corpora in hunc Spiritum, ex
 „ quo orta ſunt, reuertentur. Vnum proinde
 „ proprie loquendo eſt tantum Principium ſeu
 „ Elementum, ex quo omnia corpora ortum
 „ ſumunt, nempe אור ; ſed duplex, Actiuum
 „ alterum *Aſch*, Ignis, *Perſis Orimaſia*, quaſi
 „ *Urim Aſch Jah*. Alterum Paſſiuum *Majim*,
 „ id eſt, Aquae. Ignis et Aqua, non vulgaris,
 „ non culinaris, non viſibilis, non terreſtris;
 „ ſed inuiſibilis, coeleſtis, prim-materialis,
 „ ſunt Elementa primaria. Si hic Ignis, ſeu
 „ calor agat in Aquam ſeu Humidum, fit hoc modo
 „ corporificatio. Ex ſubtiliori parte Aquae fit
 „ Aër, qui non eſt niſi Aqua ſumme expanſa,
 „ et rarefacta: in Aëre adeſt et Ignis, ex craſſi-
 „ ori parte Aquae fit Terra, quae non eſt niſi
 „ Aqua ſumme concentrata. Aër ergo et Terra
 „ ſunt

„ sunt duo Elementa secundaria. Ex his duobus
 „ varie mixtis et modificatis; non exclusis ta-
 „ men Primariis etiam, oriuntur corpora, tam-
 „ quam ex semine, si ad certum Naturae Re-
 „ gnum illud specificetur, ac indiuiduetur: nec
 „ enim ex semine vnus, lege Naturae fit aliud.
 „ Iam quaeritur, quod ergo est semen Mineralium,
 „ ac Metallorum, seu vnde Metalla, ac Minera-
 „ lia ortum sumunt? Respondetur, est hic
 „ idem Spiritus Igneo-Aqueus, salino-sulphu-
 „ reo-mercurialis, ex coelo veniens, ope solis.
 „ lunae et siderum, et per Aërem, Aquam etc.
 „ in Terram deferri solitus. Quaeritur rursus:
 „ Hic Spiritus prim-materialis ad Metallorum
 „ et Mineralium regnum, seu Generationem
 „ tantum specificatus, ex quo regno et ex quo
 „ subiecto habendus, ac desumendus? Hic alii
 „ ex Aëreo, alii ex Vegetabili, alii ex Animali.
 „ Sed frustra; nihil enim dat, quod non habet.
 „ Recte Sendivogius: *Si Metallum vis facere,*
 „ *Metallum tuum sit initium.* Vnum certe tantum
 „ datur Subiectum, sub Sole, ex quo hoc Me-
 „ tallum spermaticum, seu Metallum primum,
 „ non vulgi mortuum, sed viuum, hic Spiri-
 „ tus seminalis ad metalla quaeuis generanda
 „ a natura adhiberi solitus, desumi potest ac
 „ debet, qui idem est insimul Materia vnica
 „ et vera *Lapidis Philosophorum*, ex qua is prae-
 „ parari potest vnica solum via linearl. Sed
 „ hic iubet Plato filere. Silentium enim est
 „ Sapientiae Sacrarium. Coram plura, Deo
 „ volente, de Naturalibus Hungariae et Transil-

„ uaniae. In aclusa interim charta loco spe-
 „ ciminis mitto tibi frustulum materiae vna cum
 „ decantata *Herba Lunariae*, quae multos iam
 „ decepit. Vale.

Verum omnibus his maiori profecto laudum
 praeconio dignum habendum pronunciamus *Eme-
 ricum Luzinszky*, Lib. Baronem de Reglecz, Epi-
 scopi M. Varadiensis, Stephani Luzinszky, fra-
 trem germanum, qui non *Alchimiam* illam *trans-
 mutatoriam*, dictam *chrysopeiam*; sed veri no-
 minis *metallurgicam* et *spagiricam* sedulo coluerat,
 ipso quoque *Franc. Ernesto Brückmanno*, celebri
 in orbe peregrinatore litterato, teste, qui *Cent.
 I. Epist. itiner. 88.* tali in *Memorabilibus Kes-
 markinis* Nostrum condecorat elogio: *Perill.
 Dom. Emericus Luzinszki de Landok, principalis
 Nobilis, in castello et pago Landeck, vno milli-
 ari ab vrbe habitat. Chymicus est praestantissimus,
 qui multos magnosque in varios labores chymicos
 sumtus impendit. Videnda sunt etiam apud ipsum
 multa curiosa naturalia, in vicinis montibus Car-
 paticis collecta. Marmor, Pario suppur, nec non
 Alabastrum, rarioribus licet venis hic eruitur.*
 In vico ille iuris Palocsani Laudokiano, Carpati
 radicibus subiecto, et titulo pignoris possesso,
 non modo musaeum suum ingenti rerum natura-
 lium collectione instruxit; sed ne priuatus otio
 torperet, lapides diuersi generis pretiosos inpri-
 mis affabre poliuit, ast non turpis lucri caussa,
 verum vt curiosis amicis potissimum, gratum
 quodammodo testaturus animum, prodesse possit.

Qua-

Quantopere experimentis physicis, et imprimis
 chemicis, raro inter Magnates exemplo delectatus
 fuerit, litteratissimus pedestris militiae Hungaricae
 Centurio, magno nobis dolore nuper e viuis
 ereptus *Samuel Szekely de Doba*, epistolio an.
 1768. ad nos dato annunciauerat, vt et pluri-
 bus simul Liberis bonae indolis *Georgio*, colo-
 nello, *Leone*, *Aloisio*, filiis, nec non *Iuditha*,
 vidua Lib. Baronis Nicolai Perenyi, ac *Clara*
 consorte Lib. Bar. Francisci Horvath de Palocsa,
 ex *Helena* L. B. Gombos colonelli filia susceptis
 fuisse maximopere beatum, Virum hunc sine
 fuce litteris, et litteratis amicissimum praescis
 anachoretis, si vestitum Hungaricum, quo sem-
 per eoque nigro vsus, demas, non multum ex-
 stitisse absimilem, et antiquorum morum tenacis-
 simum; extincta quippe vxore femina lectissima,
 barbam vmbilico tenus longam bene canam aluisse,
 et anno 1753. desisse inter mortales viuere,
 laudatae Amici nostri fecerunt nos certiores litterae:
Dignum laude Virum Musa vetat mori! Com-
 moda hac occasione dicendum est etiam, at non-
 nisi breuiter, quidpiam de fati Nagy-Enyedi-
 ensis Scholae minoris primum, eiusque Resto-
 ribus, atque Collegii Bethleiani, seu Scholae
 maioris Professoribus, quantum quidem id ex
 Schedis adhuc superstitibus certo nobis constare
 potuit. Sed inde ab initio Reformationis Sacro-
 rum res ordianda est: sicuti enim in alijs vrbi-
 bus, ac oppidis Transilvaniae, ita Albae Iuliae
 quoque, quae nunc *Carolina* audit, nobilis con-
 stituta fuit Schola, quam multi Viri eruditi,
Weszpr. P. III. Q inter

inter quos clarissimi fuerunt sub Principibus Batoris, *Benedictus Illosvai*, et *Sigismundus David de Kassa*, moderabantur. Conatus ac consilia quorundam Transilvaniae Principum de Academico Gymnasio ibidem fundando, successu caruerunt. Ast Princeps *Gabriel Bethlen* inde ab anno 1613, inter caeteras regni curas non modo agitare, sed consentientibus regni statibus, ac Ordinibus. *Adprob. Constit. Part. I. Tit. X.* fundamenta illustris Collegii Albae Iuliae iacere coepit, istudque in usum Docentium, ac Discipulorum commodis habitationis, et variis prouentuum fundis donauit, et amplificauit, et hoc optimi Principis Legatum l. c. publicis regni legibus confirmatum est. In Collegio Albenfi, quod a Fundatoris nomine etiam *Bethlenianum* vocatur, quinam fuerint primi Professores; sicut ibidem in Schola Albenfi Rectores et Professores (sic vocabantur, qui litteras humaniores succrescenti iuuentuti tradebant) non de omnibus constat. Certum est anno 1618. *Stephanum Katona Geleji* vnum ex Collegii huius Professoribus fuisse. Rectores autem sequentibus annis fuere *Georgius Csulai*, *Michael Balai*, *Franciscus Z. Petri*, mox in frequentioribus Ecclesiis Pastores constituti. *Martinus Opitius*, e Germania an. 1622 accitus, ob aeris insalubritatem post biennium moram reuersus. Vocati praeterea erant e Germania per *Gabrielem Bethlen* Professores, qui tunc inter eruditos maxime celebrabantur, *Io. Henr. Altstedius*, *Marc. Philip. Ludov. Piscator*, et *Io. Henr. Bislerfeldius*, qui ab anno 1730. fe-

neri-

ueriores disciplinaas magno Iuuentutis emolumento, viua voce, et scriptis tradiderunt. Restores frequentibus temporibus fuerunt *Io. Crispinus*, *Franciscus Bihari*, et *Io. Apacius*, S. S. Theologiae et Philosophiae Doctor, et postremum in Collegio Claudiopolitano Professor. Anno 1655. *Isaacus Basirius*, *) S. S. Theologiae Doctor, et Ecclesiae Anglicanae presbiter, Bistersfeldio collega datus est, sed anno 1660. in patriam reuerti coactus. Infelix Principis Georgii Rakotzii II. an. 1657 in Poloniam expeditio, sicut vniuersae Transilvaniae, ita Collegio Albenfi multiplicem peperit calamitatem: Porta namque Ottomanica illa expeditione offensa, vindces Tartaros, Turcasque immittit in Transilvaniam, qui dum ferro ac flamma in omnes saeuunt, an. 1658. Albam quoque Iuliam, ipsam ibidem Regiam, et Collegium penitus expilant, partem studiosorum caedunt, partem in captiuitatem abducunt, nonnullis dispersis, aliis Albae Iuliae latitantibus, quidam Claudiopolim se se conferunt, qui ab anno 1659. Professore ibi nati *Petrum Várfahelyi* distinctim apud eum hospitabantur. Barbaris vero cuncta iterum populantibus, mox Albae Iuliae ipsa etiam Regia, Collegium, Typographia, Bibliotheca instructissima, flammis absunta fuerunt. Verum Princeps Michael Apafi, sedatis patriae rebus, sedem habitationis Collegii Albenfis ob viuendi et habitandi commoditatem, suadentibus id etiam Proceribus, Alba Iulia in oppidum N. Enyed transfert. Mandata hunc in finem an. 1662. dedit ad

Collegii Prouifores Enyedienses, et *Petrus Vá-
sárhelyi* Professor, qui ab aliquo tempore Clau-
diopoli commorabatur, N. Enyedinum reuocatus
est. Ab hoc tempore Collegium Bethlenianum
nominatur *Alba - Nagy - Enyediense Collegium*.
Praeter *Petrum Vá-
sárhelyi* Collegium an. 1664.
natum est Professore, *Samuelem Enyedi*, Me-
dicinae Doctorem: anno 1666. *Io. Nudanyi*
de Keres-Nadány, Virum illustri stemmate na-
tum: an. 1668. *Paul. Csernátóni* A. L. Magistr.
et *Stephanum Csengeri*, an. 1671. *Mart. Deji*,
an. 1678. *Stephanum Kolosvári*. Mortuo anno
1679. *Paulo Csernátóni* successit an. 1680.
Franciscus Páriz Pápai, Medicinae Doctor, †
an. 1716. d. 28. Aug. an. 1692. *Stephanus*
Enyedi: an. 1713. *Stephanus Gyula - Szigethi*:
an. 1723. *Emericus Páriz Pápai*: an. 1725.
*Steph. Töke Vá-
sárhelyi*, † an. 1768. an. 1738.
Sigismundus N. Borosnyai, S. S. Theolog. Do-
ctor, et *Michael A. Ajtai*; mortui, ille an.
1774. hic an. 1776. an. 1767. *Iosephus*
Kováts: an. 1772. *Iosephus Szegedi* † an. 1779.
an. 1774. *Georgius Kürösi* † an. 1780. an.
1778. *Michael Galambos*, an. 1779. *Samuel*
Szabo: an. 1781. *Ioannes Nemegyei*.

) *Isaaci Fasirii* celebris in orbe litterato
Viri huius, Epistolam autographam, in scriniis
nostris haerentem, ad Rev. D. *Georgium Csulai*,
Transiluanorum Episcopum, d. 22. Octobr. an.
1660. Hufztino datam, quod non leuem tem-
porum illorum conditioni lucem foeneraturam

credam, etsi nonnullis in locis protrita sit, Ad-
uertariis his inscribam integram :

„ Bona conscientia tum vestra, tum mea
 „ fretus ego, Reuerendissime ac Clarissime Pa-
 „ ter, in Christo obseruantissime, Causam hanc
 „ quia iusta est, non agam multis. Etenim
 „ scripsi fusius ante. Si quidem stipendiolum
 „ illud meum debitum dudum, tandem aliquando
 „ exolutum esset in manus D. Comitis Spect.
 „ ac M. Domini Ladislai Redei, vel Generosi
 „ D. Stephani Bofodi, habeo Vestrae Rmae
 „ Claritati gratiam, et Deus rependat. Sin-
 „ minus, obnixè rogo, ne vana dilatione ag-
 „ grauetis Crucem meam Persecutionis propter
 „ Religionem. Caesar enim mandauit D. Pala-
 „ tino, *vt Professor Basirius amoueat ex Aula*
 „ *etc. quia praesentia eius nociua esse potest*
 „ *Bono proposito S. Maiestatis.* Ad quam re-
 „ scripsi nuper. Item, *ne virus suae Haeresis*
 „ *diffundat.* Vtinam me breui tristis euentus
 „ exilii mei, quo --- Deum veneror, veras
 „ edoceat causas: Abeundum igitur, imo auo-
 „ landum; at Vos negatis Alas: Insuper reuocat
 „ Serenissimus Rex Angliae. Si ex dilatione
 „ discessus Caesar offensus, Persecutoribus co-
 „ piam mei faciat, paratus sum equidem Σὺν
 „ Θεῷ vel Sanguine ipso Religionis Reformatae
 „ orthodoxae obsignare veritatem. Interea vos
 „ videritis, in die Iudicii. Suff --- manufcri-
 „ pta mea --- s̄to inclusa plura orthodoxa sin-
 „ gula Rap --- vestimenta mea (non loquor
 „ Claritati Vestrae) dispe ---- Psalm. XXII.

„ 18. In hoc quod ego Iudici Saluatori meo
 „ factus sum conformis, Christum propitius ad-
 „ oro: Longe grauiora a Deo, non a Vobis,
 „ promeritus: Interea quanta est haec seueritas
 „ Dominorum Transiluanorum in Professore
 „ peregrinum, et S. S. Theologiae Doctorem
 „ Anglicanum, Bis in Transiluaniam vocatum,
 „ senel aegre Aduenam, quasi praesagum, quot-
 „ annis, vt notum, per septennium diuissio-
 „ nem supplicantiem, propter conscientiam fide-
 „ litatis suae erga Principem, iam omnibus
 „ Bonis, et Manuscriptis suis spoliatum? Con-
 „ tra quanta indulgentia Anglorum, Religionis
 „ verae Reformatae vindicum erga D. Petrum
 „ Bose Maxai, hominem Transiluanum, A-
 „ glorum tantum modo alumnum, qui cum re-
 „ luxarunt Rex, et Archiepiscopus Iuramentum
 „ fidelitatis --- --- adu --- praestandum Regi.
 „ Hoccine Professore honeste dimittere? Sic-
 „ cine ira Dei ingentem Vestram ardens extin-
 „ guenda? Deprecabor tamen, atque sicuti
 „ Principi meam gl. sic iam Vestram omnium,
 „ ac singulorum salutem Deo commendo. Deus
 „ ne imputet Authoribus. Ex Hufzt d. 22.
 „ Octobr. 1660. P. S. Non recusato, data
 „ occasione, vti causa haec mea proponatur sy-
 „ nodice pl. Rev. ac M. Patribus ac Fratibus
 „ Helu. Confess. Regula aurea Charitatis in
 „ agendo: *Quod tibi non vis, alteri ne fe-*
 „ *ceris.* *Isaacus Basirius*, S. S. Theol. Doct. Plures tales Basirii Epistolae ex authographis ex-
 „ scriptae prostant in Historia Hungariae et Tran-

fluaniae, Eccl. MS&ta, a Rev. Petro Rod vasta volumine confarcinata, a Clar. Viris, Gerdelio, Venema, Barkey, perbene laudata, quae hodie inter Batauos in publica Vniuersitatis Lugdunen- sis Bibliotheca torpescit fauentiorem typothetarum praestolatura operam.

ARTICVLVS XV.

PURKIRCHER (Georgius) Tres Articulo hoc comp'ecti placuit priscos Medicinae Do- ctores Pofonienses; alterum *Schilpacherum*, in Ephemeridibus Natur. Curios. Decur. I. An. III. Observ. CCLXXXVII. pag. 436. et ibid. An. IV. et V. Obs. XI. pag. 15. a Carolo Raygero, Medico aequae Pofoniensi commem- oratum; alterum *Maximil Honorium Zolicoffe- rum*, Vienna Austriacum, poliatrum primo Po- soniensem, labenti tempore etiam archiatrum Bregensem, a laudato Car. Raygero in Ephem. Nat. Curios. Dec. I. An. IV. Obs. V. pag. 7. indicatum, qui pro gradu Doctoris in arte sa- lutari impetrando, Argentorati an. 1663. d. 19. Nov. *De Cholera* publice disseruit; tertium vero *Georgium Purkircherum*, illis seculo integro antiquiorem, et fama nominis longe celebri- orem, qui non modo in facienda apud Pofoni- enses Medicina maxime inclaruit, insignemque in Re Botanica excolenda nauauit operam, sed peculiari quodam genio, numine velut sacro adflatus, Musas Heliconae colentes dum secta-

retur, facundissimi Poetae nomen in vniuersa Hungaria merito suo indeptus est.

O P E R A.

- 1.) *Observatio Potanica de Phaseolo.* De hac Purkircheri nostri obseruatione consulendus est *Carolus Clusius Atrebas* in *Historia variorum aliquot stirpium per Pannoniam etc. obseruatorum*, et Antwerp. an. 1582. in 8. apud Chr. Plantinum edit. dum varias Libr. IV. pag. 724. sec. enumerat Phaseoli species, ita Clusius: *Phaseolus maior varius sive Purkircherianus etc. planta serotina admodum fuit anno 1576. semine a Cl. V. D. Geor. Purkirchero, Pofoniensi archiatro p. m. mihi pro nostra amicitia communicato nata, ideoque ad frugem peruenire non potuit. At ipsi Purkirchero, dum vixit, atque postea eius uxori (nempe ad pergulas aprico loco satus hic Phaseolus) singulis annis maturum fructum dedit. Sed etiam hoc anno 1582. eleganter mihi excreuerunt aliquot eius plantae, quas ad maturitatem peruenire posse existimabam, sed ob solis radiorum defectum spe mea frustratus sum.*
- 2.) *Diui Ferdinandi I. Romanorum Imperat. et Hungariae Regis etc. Manibus sacrum. Pannonia Lugens. Authore Georgio Purkirchero Pofoniensi. Viennae apud Viduam Zimmermanni, Anno MDLXV. in 4. mai. plag. 1½. Magnifico Viro Domino Philippo Gundetio, Consilia-*
rio

rio Caesareo etc. Domino et Amico suo reuerenter habendo author dddt. Naeniae sunt lugubres Ferdinando I. Regi, culto admodum carmine conscriptae. Praemittitur epigramma: sed quam ingenioso artificio Echo ad singula momenta respondeat, priora quatuor duntaxat recitabo Dilicha:

Ferdinande iuces, tua mors quid parturit? E. vrit.

Hinc fera num surgent praelia, veris? E. egiſ.
Interregna nocent, Regem conquirite. E. rite.

Cui mens pro patria sit generosa? E. rosa.
Iam Patris in Natum titulus dilabitur? E. itur.

Maxmyliane patrem te tuba clamat. E. amat.
Credimus in Nato genitorem viuere. E. vere.

Dii tales Regem suppeditate. E. date. etc. etc.

Ipsum vero lugubre Purkircheri, Musarum Phoebique Sacerdotis, Carmen ita incipit:

Instabilis fortuna suus mutatur vt orbis,

Transit et in varias absque tenore vices.

Luxuriosa modum spernit, vel blandior omnes

Largiter exiguo tempore donat opes: etc. etc.

Doleo maximopere, quod instituti, arctioribus limitibus circumscripti, ratio filum canendi poeticum tam cito rumpere iubeat: postremos, tamen temperare mihi non possum, quin adscribam versiculos:

Sic Ferdinandi dum tristia funera plango,

Dum lacrymis nimium tristibus aegra gemo.

Maximus afflictam me recreat Aemylianus,

Qui data defuncto sceptrum parente regit.

*Hic pro Patre pater , mihi Rex pro Rege coletur,
 Maximus hic cunctis Induperator erit.*

*Pannonos extremum Regi persoluite honorem,
 Aurea sit variis vna decora modis.*

*Vnanimes tumulo super hoc inscribite carmen,
 Rex quoque maiori dignus honore fuit:*

„ *Hic Ferdinandus dilectam condidit Annam,*

„ *Hic Ferdinandi Caesaris ossa iacent.*

„ *Reginam tegit hoc magno cum Rege sepulchrum,*

„ *Vnus erit viuis post quoque fata thorus.*

„ *Nomina sufficiat tantum scripsisse. Per orbem*

„ *Vulgatas laudes ordine quis referat?*

3.) *Psalms LXXIX. Deus venerunt Gentes etc.*

*Carmina redditus pro Hungaria grauissime
 cum Turcis conflitante Authore Doctore
 Georgio Purkirchero, Pofoniensi. Viennae Au-
 striae Casparus Stainhofer excudebat in 4.
 absque indicio anni plag. 1. Tale Ioannes
 Sambucus, Medicus, praefixit tetrastichon:*

Hoc genus effecit, vati quod cesserit hostis,

Fregevit et supplex agmina dira precum.

Nos etiam contra immanem repetamus Agarum:

S. b. fidium aethero sic venit usque polo.

Quomodo Hungaria in variis tribulationibus constituta suas ordiatur preces, ardentissime ad Deum fundendas, vnum saltem alterumque repetam versiculum:

Sancite

*Sancte Parens, sanctum cum Nato, et Flamine
Numen,*

Vnice sub trino nomine vere Deus.

Cernis ut Hungariae cultis in finibus erret

Turca, suo vastans nomine reque latro. etc.

Scis Deus auratis ut erant mihi templa columnis,

Scis tuus hic fuerit quam celebratus honos. etc.

Nunc sunt in spurcas furum mutata cloacas,

Proque aris turpes inueniuntur barae. etc.

- 4.) Ad Diuum Maximum Aemylianum Romanorum et Boiemiae Regem. Psalmus LXXII. *Da Deus Regi iudicia tua* etc. carmine redditus per Georgium Purkircherum Pofoniensem. Patauii apud Grat of. Purchacinum MDLXIII in 4. plag. 1. Praemittitur argumentum Psalmi LXXII. e'ogiaco carmine expressum, sequitur paraphrasis eiusdem, Iambico genere decurrens, tali inchoata specimine:

Deus, qui totius gubernas fabricam,

Et iuste cuncta iudicas,

Doce tuas in iudicando regulas

Regem inter omnes Maximum,

Tui sacras et explica Voluminis

Leges puello regio. etc. etc.

- 5.) Diuo Maxaemiliano primo Pannoniae Regi. *Arstaeus Pisoniensis*. Absque indicio loci et temporis plag. 1 $\frac{1}{4}$. in 4. typis expressum Elegidion, dum Maximilianus Pofonium ingrederetur sacro Regni diademate in Regem Hungariae inaugurandus, oblatum ab Archipoe-

poeta *D. Georgio Pankirchero*. Turpem prolixitatis notam euitaturi vltima saltim Carminis iam repetemus verba:

- „ Viue, vale Rex, pastores ne sperne fideles.
 „ Quis fragor exoritur? Venientis murmura
 turbae 1
 „ Audio. Sexaginta aliis comitantibus vndis
 „ Danubius fluuiorum Rex viden' huc aduenta!
 „ Auratas vestes humeris ostentat vt altis,
 „ Cauiriem pulchram tenui discreuit vt auro,
 „ Maiestas quam grata Dei, quam fronte serena
 „ Ingreditur! sapidis affert Marionibus agmen,
 „ Husones hodie adsueta vocat incola voce.
 „ Prae reliquis fluuiis hoc solum pisce trium-
 phans.
 „ Aduenit et Draus, salebroso ex vortice
 Sauus,
 „ Auratosque vehunt vada per resonantia pi-
 sces.
 „ Hic se piscosus comitem pulcro ore Tibiscus
 „ Praebet, et innumeros pisces, vastissima
 cuncta
 „ Corpora, inexhausto sparsim diffundit ab
 alueo,
 „ Ad latera incedunt Granus, Vagus, et bene
 piscis
 „ Notus, Pannonias dirimendo, Narrhabo seclis.
 „ Et Chryseus auri rutilus adamatus arenis.
 „ Quid memorem reliquos, quorum longissi-
 ma pompa,
 „ Et sua piscosum genus omnes munera portant?
 „ Pur-

- „ Purpureo adueheris rutilans quoque viscere
Salmo ,
- „ Delitiae Regum , prima inter gloria-pisces.
- „ Carpatus ecce senex ad regia tecta pro-
pinquat
- „ Passibus obscuris, caput inter nubila condens,
- „ Curuus et aethereum sustentans vertice
coelum.
- „ Hunc cingunt variis saxosa cacumina montes.
- „ Quid trahit hic secum , quantus se prodit
aceruus
- „ Liuentis plumbi ? quid mirum cernitur aeris
- „ Non Cyprii , quanto argenti se pondere
iactat ,
- „ Inclytus et puro diues se se ingerit auro,
- „ Auro , non vnquam artificis quod pertulit
ignes ,
- „ Sed natura potens solitis conflauit in antris !
- „ Auriferos gestat squallenti et tergore riuos,
- „ Parte alia varias humana ad commoda thermas.
- „ Haec Colchis non vna tibi , sed veliera plura
- „ Aurea suppeditat, Tagus hic non aureus vnus,
- „ Pactoli plures, dat Carpatus omnia solus.
- „ Quae tantum celebrat diuersa in sede vetustas.
- „ Discedam, quid enim tanta inter Numina
pauper
- „ Rusticus hic aliud faceret, quam garrulus
anser
- „ Carmine laudatos nunquam satis inter olores?

6.) *Sacer Dialogus Istri et Grani RR. Praesuli D.
Antonio Verantio Archiepiscopo Istrogranensi. Vien-
nae*

nae ex officina Caspary Stainboferi. Anno MDLXIX. in 4. Sed iam non vacat villo hunc illustrare Specimine.

* Exemplo Purkircheri huius Hungariam nostram Poetas non modo Latinos bene multos, eosque ingeniosissimos, ab antiquis inde temporibus progenuisse, et in sinu suo fouisse, vt numerosis passim euctum dedimus speciminibus; sed etiam sermone vernaculo concriptis operibus poeticis inclaruisse, missis in praesentiarum Benitzkii, Ios. Telekii, Verestói - et reliquorum nominibus, solo Stephani Gyöngyösi, ordinarii Comitatus Gömöriensis Pro-Comitis luculenter constare potest documento: tantam ille gentis nostrae Ouidius et Virgilius poematibus Hungaricis Muranyi Venus, Kariklia, Kemény Iános, Csaldrd Cupido, Magyar Nympfa palinodiája etc. inscriptis, et saepius typo expressis, demonstravit Linguae nostrae Hungaricae inesse Maiestatem, sublimitatem, vbertatem, suauitatem, quam frustra apud reliquas Europae totius nationes, licet cultissimas, operose quamuis quaesiueris. Nisi chartae huius prohiberet angustia, e memorata statim Ioannis Kemény Historia loco hoc recitarem pro specimine infelicem a Georgio Rakoczio Transilvaniae Principe susceptam in Polonos expeditionem bellicam, Libr. II. descriptam: mirabitur ibi linguae nostrae gnarissimus, quam selectissimis verbis et dictionibus rei natae accommodatissimis Poeta Hungarus cyclopa in primis, natiuis depingat coloribus. eo-

rumque sedulam oculis fere subiiciat in officina Vulcani agendi solertiam, dum illi capto per Tataros Crimaenses fummo exercitus Dacici Duci Kemenyio compedes ferreos fabricauisse, et pedibus adaptasse, ingeniose referuntur. Aufimposito quouis certare praemio, vix vllum inueniri posse Lusitanorum *Comouensium*, Italarum *Tassoum*, vel *Trissinum*, Germanorum *Qpitiu* aut *Klopfstockium*, Gallorum *Racine* vel *Voltaire*, Anglorum *Miltonem* aut *Shakespeare*, qui haec imitaturi, linguis suis natiuis Carmine tam nitido, tamque sponte fluenti ita scite, ita adposite exprimere valeant. E parte contraria eam linguae nostrae Hungaricae singularem prorsus experimur congenitam esse indolem, vt elegantissima quaeuis exterarum nationum poemata possint quam commodissime et quam acutissime absque omni inducta eorum labe in illam conuerti, atque ciuitate Hungarica dotari. Mitto *Gesneri*, *Gellerti*, *Halleri*, aliorum opuscula, loco speciminis Hungaricae consuetudini priuatim a nonnullis donata, solam vice hac Voltairi commemorare liceat *Henriadem*, exquisitissimo opere poetico Gallico conscriptam; hanc Poetae nostrae gentis duumviri S* Sz* et I* P* integram pro singulari ingeniorum suorum dexteritate ita feliciter Apolline propitio in vernaculum suum transposuerunt sermonem ligatum, vt ipsissimum veluti Voltairium Hungarica lingua ex asse loquentem, manifestis reuera existimaueris indiciis. Praestolare L. B. modicum, et Voltairium veste Hungarica ven-

stiffime indutum in publicum iam iam proditurum prope diem experieris.

Dum hæc scribendo finiueram, adportat Iaurino ex officina Streibigii chalcographica tabellarius Voltairei Tragoediam Zayre inscriptam, quam Rev. *Ios. Peczelius* obseruato totidem syllabarum numero, ligatam pedibus, in Hungaricum conuertit sermonem. Legi illico libellum, repetitis vicibus, prius auctorem mox translatorum relegi. Sed quis ille est, dummodo linguae vtriusque Gallicae non minus, quam Hungaricae probe noverit indolem, qui a *Peczelio* aequè ac *Illustr. Comite Ad. Telekio*, qui Petri Corneillei Tragoediam *Czid* nuncupatam ante decennium Claudiopoli etiam vulgauerat, adornatas translationes Hungaricas carpere audeat? linguamque Hungaricam verborum rerumque inopia laborare obgan- niat? Rev. *Franc. Hunyadius* Noster, vt est Latinus quoque Poeta bene cultus, vitam Iosephi Patriarchae carmine natiui sermonis, Miltonem imitatus, quam ingeniose expresserit, singulari, auctum promittere, animorum oblectatione legi poterit, vbi commodo tempore prelum typothetarum id reliquerit. Ita quippe Poeta facer Iacobum Patriarcham, inertis senio fessum, dum is ora vultumque suum, atque madentes sanguine filii sui cavissimi Iosephi vestium lacinias largo humectasset flumine, nouissime tandem ad- fatur:

*De már nints a' József! Menny háza Jakob! hdt,
Sok ü nala nélkül eltoltened e' má.*

Mit tsinálsz itt túbbe? teged magához vár

Rachel és a' József, e' szerelmetes pár.

A' teszi szivedre annak igaz irjat ,

Kt read felhannya temetésed sirjdt.

Suggerit nobis memoria Naenias lugubres Mart. Kazzai, egregio mercatori Comaromiensi, ante annos XL. ipso exsequiorum die fuisse recitatas, quarum initium duntaxat chartarum angustia prae-
peditus hic referam:

Születésem földe Komárom Várossa,

Kinek oldalait a' két Duna mossa,

Hajdan Jzép Nemesség volt ennek lakossa,

Most Jók idegen Nep utzdit tapossa. etc.

Sed quid paruulo solo hoc specimine illustrius? admiratus saepius Carmen isthoc, stilo quam facili et intelligibili, atque libere fluenti, licet quaternis separatim ordinibus eodem vocabulorum sono terminatis ad calcem vsque decurrat; quam eximiam sermonis Hungarici dotem ob singularem verborum copiam et dicendi vbertatem nostrae imprimis Genti maxime familiarem esse noueris.

ARTICVLVS XVI.

Defunctorum Manibus quatuor isthoc Articulo
adsociabimus haud infimi subsellii Medicos
in vita hac superstites:

I. SKOLLANICS de Hodos (Iosephus Francisus) Pofoniensium Medicus prouincialis, Consiliarius Regius, libertinis parentibus, patre vtpote Michaele Skollanics, in legione equestris ordinis Hungarici Csákyana vexillifero, matre Elisabetha Schwelhameria, ciuis Kis-Martoniensis filia, in vico agri Semproniensis Oszlop vocato ad d. 26. Ian. an. 1720. in auras editus. Septimo aetatis anno patre matreque vita functis, Kis-Martonium in scholam triualem dimissus est, ibi primis Linguae Latinae rudimentis initiatus in Semproniense Patrum Soc. Iesu commigravit Gymnasium, fidelibus eorum vsus institutionibus heic loci dum humaniorum litterarum cursum feliciter absoluisset, Vindobonensem Studiorum salutavit Vniuersitatem, tantasque breui in altioribus seuerioribusque disciplinis fecit progressiones, vt mox Magistri Philosophiae axiome condecoraretur, dum prius, vt quidem moris est, Positiones ex vniuerso Philosophiae ambitu congestas sub auspiciis Celliss. Principis Antonii Pauli Ezterházy de Fraknó et Galantha in publico Vniuersitatis palatio mascule propugnaret, RR. PP. Franzio astronomiae, et Frölichio matheos, professoribus acriter cum eo decertantibus. Constans
vitae

vitae genus selecturus, animum ad artem salutarem salubri consilio adplicuit, cuius dum ibidem partes singulas quinquennii spatio adtentius perlustraret, augendae eruditionis gratia mox in Academiam Bononiensem digressus, celeberrimorumque athenaei illius Professorum institutionibus anno integro delectatus, summis Medicinae honoribus et priuilegiis, praemisso, vt moris est, rigoroso tentamine, cohonestatus est. Dum vero prius et Bononiae in Nosocomio *a la Morte* adpellato, et Vindobonae in Pazmaniano, nec uon Hospitalibus SS. Trinitatis atque Fratrum Misericordiae semet in clinica Medicinae parte sollerter exercuisset, Pofonium an. 1746. fortunarum suarum sedem delegit, tantamque mox nominis celebritatem indeptus, vt an. 1763. d. 28. Iul. Exc. Commissionis Regiae in Re Sanitatis per Hungariam Medicus, anno 1765. die 20. Maii eiusdem Commissionis Regiae Consiliarius, anno vero 1768. d. 20. Nov. prouincialis quoque in Comitatu Pofoniensi Physicus merito suo consultaretur. Quod ad rem Nostri adinet domesticam, Eum iura et priuilegia Nobilitatis Hungaricae, vt et vicum prouinciae Temesiensis Hodos nuncupatum, vnde cognominis ratio intelligitur, aere proprio mercatum fuisse accepimus; matr monium concors quidem, sed ita exstitisse infocundum, vt nullum virtutum suarum possit relinquere heredem; duos interim ex Fratre nepotes, alterum Camerae Regiae Procuratorem fiscalem I. S. in heredem Bo-

norum, alterum Iaurinensis dioeceseos Suffraganeum Episcopum in impetrati Tituli sui communionem Litterarum donationalium regiarum vigore vltro cooptauit. Vir hic laboriosissimus ob singularem humanitatem, modestiam, affabilitatem, eruditionem, medendi dexteritatem meruit, vt viuis Commentariis nostris his inscriberetur. Ast Skollanicsium hunc d. 22. Nov. an. 1785. naturæ debitum persoluisse, Litterae D. Dav. Gömörrii Pofonii d. 13. Dec. anno statim indicatae scriptae nobis annunciarunt.

O P E R A.

- 1.) *Perdemissa Reflexio super benigno mandato regio, die 20. Maii an. 1767. emanato, in puncto auerruncandae Luis per Hungariae Regnum in annos fere singulos grassantis, Pofonii an. 1767. in fol. plag. 14 edita. Scriptum hoc Excels. Consilium Reg. Locumtenentiale anno subsequens d. 19. Maii exmissum communicauit cum vniuersis regni ciuibus legendum. Plures sunt salubres huiusmodi Instructiones Exc. Dicasterio porrectae, et mox ad Medicos Hungariae prouinciales a multis inde retro annis per vices ea fini exmissae, vt talem sibi praescriptam illi in diiudicandis et curandis variis morbis, epidemice potissimum grassantibus teneantur obseruare methodum: quae singulae, vt fate-*
amur

amur publice, nostrum agnoscunt Medicum, Skollanicsium auctorem.

- 2.) *Benignum Normatinum Regium in Re Sanitatis an. 1770. emanatum*, typis Pofoniensibus indicato statim anno in fol. plag. 17. exscriptum, et per vniuersum Hungariae Regnum iussu regio publicatum. Continet illud Instructiones non modo Medicis et Chirurgis in ipso regno, et eiusdem confiniis degentibus, sed etiam pharmacopolis ac obstetricibus omnibus praescriptas vna cum praestandis eorum iuramentis.
- 3.) *Obferuationes medicae praesticae*, in Ephemeridibus litterariis Vindobonensibus, Wienerische Anzeigen inscribi solitis, recensitae.
- a.) *Tentamen Inoculationis variolarum, mensibus Maio et Iunio in 8. infantibus, sex septemue annos natis, Pofonii an. 1769. methodo Dimsdalea, successu felicissimo institutum. Legitur Partic. II. an. 1773. pag. 14. sq.*
- b.) *Tentamen Infitionis Scabiei in milite maniaci, incliti Regiminis Molckiani gregario, anno eodem ea lege, quam Aug. Frid. Pallas Chirurgiae suae pag. 272. praescripsit, institutum tam felici euentu, vt miles iste sanae mentis compos reditus, ad stationem suam militarem, quam morbi ferocia adactus reliquerat, saluus reuerterit. Legitur ibidem pag. 16.*

- 4.) *Medicinische Polizey-für Ungarn, ein Vorschlag. Expectatur propediem edenda, et inter ciues publicanda.*

II. **PERBEGG** (Ios. Carol.) Medicus Pofoniensis, et Consiliarius Regius. Honestis parentibus Viennae d. 28. April. an. 1702. natus, arte pharmaceutica in iuuentute imbutus, per Germaniam et Italiam prius circumductus, Patauii gradum Doctoris medicinae ad d. 5. Maii 1725. adsecutus est, patriae ciuitati redditus, et anno postero Pofonium delapsus, non modo ordines religiosi, ita dicti Iesuitae, Vrsulitae, Paulini, Capucini, Trinitarii, sed et Magnates Hungariae, Pálfi, Illésházii, Nádaszii, Zichii, Eszterházii, Csákii, Erdodii, Keglevichii, alii certatim fere labentibus annis medicam eius expetuerunt opem, sed Ciuitas quoque Pofoniensium suum an. 1735. constituit Medicum ordinarium, mox an. 1742. Consiliarii Regii, et Aulae Medici titulo quoque cohonestatum. Quod in Hospitio Fratrum Misericordiae quinquaginta annis integris Medici clinici partes assidue sine querela sustinisset, RR. PP. Capucini, tanti beneficii commemores festum diem semisecularem Perbeggio celebraturi, in aede sua sacra ad d. 15. Iun. an. 1777. orationem panegyricam Pofoniensibus mox typis in 4. plag. 2. expressam recitauerunt: eodem officio Fratres quoque Misericordiae defungi volentes, illo ipso concelebrati Iubilaei die Odam Teutonicam haud vulgaribus laudibus

respersam, auctore Roberto Kovarzikio, Conuentus Priore, eximio suo concinerunt, benefactori, ibidem in fol. plag. 3. vulgatam, praefixa eleganti Medici sui ordinarii Effigie, aeri incisa, tali subtus notata inscriptione: „ Ios. „ Carolus Perbegg de Thalfeld, Phil. et Medicinae Doctor 52. an. S. Caesareae et Regio- „ Apostolicae Maiestatis Consiliarius, Eiusdem- „ que Aulae Medicus, et Physicus Pofonien- „ sis in Hospitali RR. FF. Misericordiae 50. „ an. Senior primarius: Natus Viennae d. 28. „ April. MDCCH. In signum deuinctissimae „ gratitudinis testimonium obtulit P. Prior, et „ Conuentus Pofoniensis Ord. S. Ioannis de „ Deo.“ Isthanc dum Perbeggii icona affabre sculptam non infimi subsellii Medicus Pofonio ad nos exmitteret, hanc in litteris suis amice scriptis adtexuit epicrisin: *Facies abunde prodit austerum eius animum, qui tamen integer Medicus est, et honorem medentis, et eius fostrum, quod vtrumque in Hungaria vilescit, facit reuiuiscere, vult congruum esse, vtrumque mordicitus tuetur, ex hac ratione opes eius ad 100. millia accreuerunt. Viuit hodieum octuagenario maior, sed iam, demto vestitus genere, totus ex instituto Fratrum Misericordiae; e quorum ille Hospitio, vt adtexta Carmini Tabella indicat, plures longe quam 26800. pristinae sanitati opera sua restitutos emisit ex eorum numero, qui dimidii seculi intercapedine vix pauciores, quam 31160. amissae sanitatis recuperandae causa in id absque omni religionis discrimine admissi fuere. Ex his itaque*

que facile id quoque iam intelligas, amplissima praxi medica impeditus, cur scriptis vllis luci publicae commissis inter nos innotescere haud quaquam potuerit.

III. STOLL (Maximilianus) Incliti Comitatus Honthenfis in Hungaria Physicus nuper prouincialis, iam S. Caes. Reg. Apostol. Maestatis Consiliarius, in Vniuersitate Studiorum Vindobonensi Praxeos Medicae Professor P. O. et Nosocomii SS. Trinitatis Physicus. Natus Is est ad d. 12. Octobr. an. 1742. Erzingae in Cleggouia patre Georgio Stoll, dexterrimo artis chirurgicae Magistro, et matre Anna Maria Stoll. Prima litterarum et linguae latinae elementa a praeceptoribus domesticis hausit, quos vt quam maxime egregios haberet, studiosissimus pater omnem adhibuit operam: sublimiores scientias in Scholis Patrum Societatis, a nomine Iesu adpellatae, quae tunc temporis sola apud suos habebantur litterarum emporia, diligenti cura edocebatur, tandem et ipse aetate admodum immatura, et consilio aequo immaturo, nescit Noster, vt equidem aperte nobis professus est, quo fato ad eiusdem Societatis ingressum perductus, septem integros ibidem annos exegit inter adsidua fere litterarum Graecarum, quas praeceteris sibi colendas statuerat, Physices et Matheseos studia. Tandem cum sanitate, immodicis laboribus adtrita, vitae rationem, quam iuuenis valde atque imprudens suscepisset, sibi posthac non conuenire existimaret,

ret, e Societate laudata ad suos reuertit, et de addiscenda arte medica, quam prae ceteris impensius semper amauerat, consilium iniuit. Parente septuagenario cognatisque omnibus illius e Societate discessum summopere improbantibus, varia fortuna misere conflictatus, Argentorati primum, deinde Vindobonae, quo Eum celeberrimi Haenii fama duxerat, operam Medicinae salubriori consilio addixit. In Album Medicorum Vindobonensium relatus Hungariam petiit, prouincialis ibidem Medici munere in inclito Comitatu Honthensi triennii spatio laudabiliter functus, cum aduersam valetudinem experiretur, Vindobonam repetiit, receptis mox ibidem viribus, et sanitate firmata, anno 1776. quo celeberrimus Haenius in diuturnum et demum lethalem incidere morbum, simulque Physicus Nosocomii SS. Trinitatis e viuis discederet, vtrique successor datus est ea lege Stollus, vt et Nosocomio SS. Trinitatis praecesset, et in praxi medica candidatos Medicinae erudiret. Vtramque prouinciam sibi concreditam magno ciuili non modo quam litterariae reipublicae commodo in hunc vsque diem exornare intelligimus.

O P E R A.

- 1.) *Antonii de Haen*, quondam S. C. R. Apostolicae Maiestatis Consilarii et Archiatri, ac Medicinae in Vniuersitate Vindob. Professoris primarii etc. *Rationis medendi continu-*

atae Tomus III. seu operum posthumorum Volumen I. collegit, ediditque Maximilianus Stoll, S. C. R. Apostol. Maiest. Consiliarius et Profess. praxeos medicae P. G. Viennae an. 1779. in 8. alph. I. plag. 7.

- 2.) *Rationis medendi in Nosocomio practico Vindobonensi Pars I.* Viennae an. 1777. in 8. plag. 19. Cel. Haenii vestigiis insistens Clar. Stollus obseruationibus practicis studium medicum singulari adcuracione illustrare pergit; hanc operum suorum Partem I. vt et sequentes, Illustrissimi Lib. Baronis Antonii de Störk, archiattrorum in Aula Caesarea Principis nomini verbis his inscripsit: „ Vi-
 „ rorum Medicorum Principi, ob artem
 „ Hippocraticam multis inuentis auctam,
 „ studia promota ad posteros claro, im-
 „ mortali, integerrimo, cui se suasque res
 „ auctor lubens debet, hoc aeternae gratitu-
 „ dinis monumentum sacrum esto.“
- 3.) et 4.) *Rationis medendi in Nosocomio practico Vindobon. Pars II.* Viennae an. 1778. in 8. alph. I. plag. 4. *Pars III.* ibidem an. 1780. in 8. Singula haec non sine singulari laudum praeconio in litterariis eruditorum ephemeridibus Berolinensibus, et aliis passim recenferi cognouimus.
- 5.) Gerardi L. B. van Swieten, Caesareorum Comitum etc. Constitutiones epidemicae et morbi potissimum Lugduni Batauorum obseruati, ex eiusdem Aduersariis edidit Maximim-

ximilianus Stoll. Vol. II. Vindob. et Lipsiae an. 1782. Tom. I. plag. 30. Tom. II. plag. 28. constat.

IV. **TORKOS** (Ioannes) Nobilis Hungarus, poliater Pofoniensis, nascendi auspicia an. 1733. die 2. Aug. Pofonii habuit, patrem Iustum Ioannem Torkos, celebrem Hungariae Medicum, Centur. I. Artic. 90. a nobis laudatum, veneratus. In patrio Lyceo sub cura et sedula clarissimorum docentium instructione dum ea studia, quibus aetas iuuenilis imbui solet, celeter arripuisset, Academiam Augustam Georgiam ex consensu parentis discessit, ibi intra quinquennium singulas medicinae partes accuratus diligensque auditor fideliter addidit, et ad d. 24. Maii an. 1756. lauream doctoralem, adplaudente senatu populoque academico, obtinuit. Reduce in patriam urbem facto, dum in Nosocomio Fratrum Misericordiae et Infirmario ciuico ad lectos aegrotantium se in exercitio artis egregie confirmasset, Illustr. Comes Forgaehius an. 1758. Tyrnauiam euocauit, et Aulae suae Medicum constituit, et mox an. 1762. ad munia Physici prouincialis in Comitatu Barsiensi obeunda promouit. Rogantibus vero et suadentibus amicis Pofonium an. 1765. repetiit, vbi praxim medicam non sine nominis celebritate assidue prosequitur. Insigne Nobilitatis familiae Torkosianae heraldicum aeri incisum visitur apud Burgstallerum, Pofoniensem Consulem, inter
In-

Insignia Nobil. Familiar. Regni Hungariae Decad.
I. num. 9.

O P E R A.

- 1.) Differt. inaug. med. *De Renunciatione letalitatatis vulnerum ad certum tempus haud adstringenda*, sine Praeside defensa ad d. 24. Maii, Göttingae an. 1756. in 4.
- 2.) *Thermarum Sklenensium et Vhinenſium, nec non Acidularum Bukouinenſium, Szdanyenſium atque Ebedecenſium in Comitatu Baysienſi ſcaturientium Descriptio Phyſico-Medica*. Excelſo Dicasterio Poſonienſi exhibita prelum typothetarum exſpectat.

* Qui praeterea ſunt Comitatum et Diſtricuum Medici prouinciales in vniuerſo Hungariae regno, tempore hoc degentes, iam etiam exhibebimus Catalogum vna cum annuo ſingularum ſtipendio, prouti Tabella Conuentionum per B. Reſolutionem Regiam de 26. Oct. an. 1781. Nro. 5203. emanatam regulatarum indicabit: In Comitatu *Abaujvárienſi* Ludouicus Erneſtus Mayer, Flor. Rhen. 500. In *Albenſi* Matthaeus Brigelius, 800. In *Aradienſi* Ioan. Ludouicus Haidenreich, 498. In *Aruenſi* Ignatius Gelb, 430. In *Bácsienſi* Ioan. Godofredus Liebetaut, 650. In *Barſienſi* Thaddaeus Biſchoff, 442. In *Baryenſi* Ignat. Queiſar, 700. In *Bekeſſienſi* Stephanus Ió'sa, 300. In *Bereghienſi*, Samuel Kolosvari, 400. In Comitatu *Biharienſi*

ensi Ignatius Koczin, 500. In *Borsodiensi* Sam. Benkő, 500. In Comitatu *Castris ferrei*, Lud. Erlinger, 500. In *Comaromiensi* Paul. Ios. Rodlsperger, 800. In *Chanadiensi* Sigismundus Rigler, 150. In *Csongradiensi* idem, 300. In *Gömöriensi* St. Pilman, 400. In *Heuesiensi* Franc. Markolt, 500. In *Honthensi* Petr. Madacs, 600. *Iaurinensi* N. Steiner, 150. *Krasz-nouienfi* N. N. 400. *Liptouienfi* Frider. Phentner, 550. *Marmarosiensi* Iac. Palatini, 500. *Mosoniensi* Car. Oehme, diurnum est numus aureus. In Comitatu *Neogradiensi* Paul. Lipszky, 544. In *Nitriensi* N. Topolinfszky, 500. In *Pesthiensi* Sam. Glofius, 300. et Ios. Szombati 200. In *Pofoniensi* Ios. Franc. Skollanits absque omni salario. In *Sárosiensi* David Vietoris, 500. In *Scepustiensi* Christoph. Elhard, 500. In *Simighiensi* Ios. Müller, 500. In *Soproniensi* Ios. Veker, 300. In *Strigoniensi* Ios. Pudelko, 450. In *Szabolcsensi* Georg. Ianosly, 500. In *Szaladiensi* Franc. Szlabi, 500. In *Szathmáriensi* Ferdinandus Thamas. 500. In *Tolnensi* N. Keller, 800. In *Tornensi* Ios. Viczai, 300. In *Trencsiniensi* Franc. Timpe-ler, 600. In *Turocziensi* Samuel Liffoviny, 400. In *Temessiensi* Ioan. Grosz, 400. In *Torontaliensi* idem, 400. In *Vgocsiensi* — In *Vnghvariensi* Ios. Molnar, 400. In *Wesz-premiensi* Ios. Havranek, 600. In *Zempliniensi* Godofr. Fischer, 400. In *Zoliensi* Georg. Zacharides, 400. In Comitatus *Croaticis*: *Crisiensi* Leop. Plufzkal, *Pofegano* Anton. Kut-

tinelly. *Varasdinensi* Io: Bapt. la Langue. *Veroczensi* Georg. Ritter. *Zagrabiensi* Mauritius Faby. *Seuerinensi* N. Inama. XVI: *Oppidorum Scepusiensium* Sam. de Hambach. *Iazygum et Cumanorum* Lud. Haidenreich. *Oppidorum Haidonicalium* Sam. Sebeok Sz. Miklofi, Flor. Rhen. 500. *Liberæ Regiæque Ciuitatis Debrecinensis* vero Medicus ordinarius Stephanus Wefzprémi pro annuo stipendio 200. flor. accipit quidem, sed interea Domunculam proprio aere redemptam inhabitare, censum regium aequè ac plebeium soluere, atque militem caesareanum alere cogitur.

ARTICVLVS XVII.

ZERECHEM. Iam in exordio Seculi XIV. officinam pharmaceuticam, Budae, medietullo regni nostri floruisse, eamque a Physico regio quopiam; Petro dicto, qui simul Apothecarii munereungebatur, administratam fuisse, fide instrumenti aevi illius iam nos Biographiae nostrae Centur. II. Part. II. pag. 461. haud ita pridem demonstrauius, talia in eam rem l. c. recitantes in compendio verba: *Anno Christi 1303. vinea in territorio Kuesdmal Petri Physici et Apothecarii Budensis per Fratres Domus Hospitalis S. Regis Stephani de Strigonio a pendenda decima eximitur, cum onere tamen vnius fertonis fimi argenti quotannis pendendi.* Alii nunc duo Apothecarii regii eiusdem Seculi XIV. Budenses, ad
tem-

tempora Ludouici I. regis nostri referendi nobis innotuerunt, quorum alter nomine tenus Ladislaus, filius Gekemen est; alter vero *Magister* dictus Zerechen, *fidelis Apothecarius Domini Ludouici regis, Comes Camerarum Quinque-Ecclesiarum*. Memoriam priscorum horum Apothecariorum Budensium regionum nobis conseruauerunt prolixissimae Litterae iudiciales Laurentii de Hédervára, Hungariae Palatini, Budae sexto die octauarum festi B. Iacobi praedictarum an. Domini 1444. datae, in Tabulario regio Pesthini publice prostantes, quibus extrinsecus talis adscripta legitur hypographe: *Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesiae de Ság, pro Ladislao filio condum Magistri Pauli de Kovar, super quadam possessionaria statutione per nostrum et vestrum homines modo intrascripto fienda memorialis, et ad Octauas festi B. Michaelis Archangeli legitime perdurandas Adiudicatoria*. In Adiudicatoria hac continentur sequentia: „Eaedem Litterae dicti Domini Ludouici Regis Anno Domini 1354. IV. Cal. mensis Martii, Regni autem sui anno XVII. continentes in se transumptiue et confirmatiue tenorem et continentiam Litterarum Capituli Ecclesiae Budensis in Octauo festi Beati — An. Domini 1353. transcribentium in se ordinem Litterarum eiusdem Domini Ludouici Regis, Budae feria secunda proxima post festum omnium Sanctorum Anno Domini 1353. exortarum (fors exaratarum) exprimebant; *Quod Magister dictus Zerechen, fidelis Apothecarius ipsius Domini Ludouici Regis*

„ Comes

„ Comes Camerarum suarum. — Quinque-Ecclesensium
 „ ad ipsius Domini Regis accedendo praesentiam,
 „ suas fidelitates et seruitia suae Maiestati mul-
 „ tifarie multisque modis per eundem exhibitas
 „ et impensa proponens et declarans, et in
 „ memoriam suae reducens Excellentiae, vni-
 „ uersas haereditates et iura, Regni consuetu-
 „ dine requirente, manibus suis Regiis de iure
 „ deuenisse, ab ipso Domino Ludouico Rege
 „ sibi do — et conferri postulasset. Verum,
 „ quia de qualitate et quantitate ipsarum haere-
 „ ditatum et possessionum, et vtrum suae per-
 „ tinerent collationi, nec ne, sibi veritas non
 „ constitisset, fidelitati ipsius Capituli praeci-
 „ piendo mandasset, quatenus eorum mitterent
 „ hominem pro testimonio fide dignum. Quo
 „ praesente Pachonta filius Beke de Kovachi,
 „ aulae suae paruulus, ad id specialiter trans-
 „ missus homo suus, ad facies dictarum haere-
 „ ditatum seu possessionum, vicinis et com-
 „ mentaneis suis vniuersis legitime conuocatis,
 „ accedendo, et ipsis praesentibus reambularet
 „ ipsas per suas veras metas et antiquas, re-
 „ ambulationesque et ab aliorum possessionibus
 „ metali distinctione, separatas, statueret ipsas
 „ eidem Magistro Iacobo eo iure, quo ad suam
 „ Collationem dignoscerentur pertinere, perpe-
 „ tuo possidendas, saluis iuribus alienis, si non
 „ fuerit contradicium. Contradictores vero si
 „ qui fuerint citaret ipsos contra eundem Ma-
 „ gistrum Iacobum, et ad tuam praesentiam,
 „ ad terminum competentem. Et post haec
 „ se-

„ feriem totius facti cum cursibus metarum, no-
 „ minibusque contradictorum et citarum ac
 „ Termino assignato sibi fideliter rescriberet
 „ Capitulum praenotatum. • Ipsum igitur Capi-
 „ tulum praeceptis ipsius Domini Ludouici Re-
 „ gis obedire volens, cum praedicto Pachonta
 „ homine suo eorum hominem Dominicum,
 „ chori Ecclesiae ipsorum Clericum, ad prae-
 „ missa fideliter exequenda pro testimonio du-
 „ xisset destinandum. Qui demum ad ipsum
 „ Capitulum reuersi, eidem concorditer retu-
 „ lissent, vt ipsi in festo B. Martini Confesso-
 „ ris in praescripto anno Domini 1351. prae-
 „ terito, inter alia quamdam Possessionem Zaazd
 „ vocatam, in Comitatu Hontensi existentem,
 „ condam *Ladislai filii Gekemeny Apothecarii*, no-
 „ mine possessionis et iuris sine haerede dece-
 „ dentis, eo iure, quo ad suam collationem
 „ debuisset pertinere, Magistro dicto Zerechen,
 „ idem homo dicti Domini Ludouici Regis,
 „ praesente dicto Testimonio praetacti Capituli
 „ nullo contradictore apparente, statuisset per-
 „ petuo possidendam. “ Atque sic, vt in o-
 „ ribus nostris passim demonstratum dedimus, non
 „ modo plures aluisse Physicos Ludouicum I.,
 „ Regem, qui illius sanitati tutandae inuigilarent,
 „ vtpote *Iacobum Longobardum*, vel *Iac. a Placen-*
 „ *tia*, Episcopum Chanadienssem et Zagrabiensem;
 „ *Benedictum ab Italia*, Chirurgum simul et mox
 „ Episcopum Nitriensem; *Magistrum Franciscum*;
 „ nec non *Ladislauum*, Episcopum Varadensem,
 „ et *Veszpremiensem*; sed etiam regios suos

Budae habuisse Apothecarios, recitatum hoc a nobis Fragmentum e prolaxis iudicialibus Laurentii Hédervári Palatini Litteris desumptum iam monstrat euidentissime.

Sed quia omnis sermo de Apothecariis Budensibus Articulo hoc nobis vnice venit instituendus, quartum quoque et quintum eorum ordini hic adiungemus, Engerhardum puta, et Valentinum, vtrosque ad tempora Wladislai Regis nostri referendos, et ex Codice MScto Seculi XV. in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi adseruato, erutos, cui hic datus est titulus: „ Registrum omnium prouentuum Regalium „ in his duobus infra scriptis annis per Reue- „ rendissimum Dominum Sigismundum Episco- „ pum Quinque - Ecclesiensem, Thesaurarium „ Regiae Maiestatis in parata pecunia perce- „ ptorum. Incipiendo ab vltima die Ianuarii „ Anni Domini Millesimi Quadringentesimi No- „ nagesimi Quarti, vsque ad vltimum diem Anni „ eiusdem Millesimi Quadringentesimi Nonage- „ simi Quinti. In eo Codice haec leguntur ad annum 1494.: *Engerhardo Apoticario Budensi eodem die (8. Augusti) pro lucernis, candelis paruis, Tra- geis et Confectionibus iuxta Registrum suum in diuersis terminis, Domino Regi hic existenti, et post eum similiter in diuersis terminis receptis et leuatis, ab vltima die Ianuarii vsque ad hoc tempus, soluti sunt flor. ij.* Et ad annum 1495. talia leguntur: *Vigesimo oclauo die Augusti, Domino Engerhardo Apotecario Budensi pro lucernis et candelis minoribus et maioribus ad Domum Regiae Maiestatis et Ecclesiam*
iuxta

*in*ta suum Registrum in diuersis terminis et diebus leuatis, dati sunt flor. ~~4555~~. (hoc est 231.) In eodem Codice Viennensi de Valentino Apothecario Regio ad annum 1495. haec occurrunt: Eodem die (13. Decembr.) Valentino Apoticario Regio pro lucernis et candelis paruis per Laurentium Bradach ab eodem Regiae Maiestati leuatis, ad relationem eiusdem Bradach dati flor. XV. *)

* Priscorum Apothecariorum Budensium memoria suggerit, in nostra quoque vrbe hac ab antiquo inde tempore iam exstitisse officinam pharmaceuticam, collapsa vetustate monstrarunt nobis eiusdem rudera, dum publicis ciuitatis expensis eodem ipso loco, in platea Piatz nuncupari solita, opere splendidiori, anno 1753. Iudicis primarii Martini Domokos cura, nouum excitaretur pharmacopolium. Sed quia infelicia ad modum Maiorum Nostrorum fuerunt tempora, deficientibus necessariis documentis, vix priorem Ioanne Landikio, Trenchiniensi chemico insigni, nominare licet Apothecarium, die 8. Iun. an. 1729. mortuo: cui Benjamin Pókai, apud externos eruditus, successit, die 9. Decembris an. 1733. vita functus. Hos in officio Prouisoris Apothecae exceperunt Schwarzwalderus, Crennitziensis, pater et filius Sigismundus; Krandi Eperiesinus; Moser Pofoniensis, Neofolio ex officina Caroli Ottonis Molleri inuitatus; et Samuel Csáti, Debrecinus, an. 1754. tabe enectus. Anno hoc tandem nouissime fecutus est Samuel Kazzai de Ztretze, artis pharmaceuticae Magister, qui

officinam iussu regio an. 1773. diuenditam, lege licitationis obtinuit, quam hodiecum vna cum filio haud degenere *Iosepho Kazzai*, artis eiusdem Magistro, feliciter administrat. Primus est *Franc. Anton Zeininger*, qui an. 1773. alteram quoque officinam pharmaceuticam in vrbe hac instruendi indultu regio impetrauit licentiam.

ARTICVLVS XVIII.

VALOR (Philippus). Philippum hunc Valorem, Matthiae Coruini primum, et hoc e viuentium numero exempto, Wladislai II. Regum Hungariae fuisse Medicum, breui adiecta demonstrabitur commentatiuncula. Dum scilicet Matthias Rex noster, qui felici coniugio arma et litteras, *Thoma Lansio*, iudice, miscuit, et in togae sagique proceres exstitit liberalissimus, *Marsilium Ficinum*, celebrem sacri ordinis Virum, Canonicum Florentinum, summum doctrinae Platonicae admiratorem et cultorem, nec non Medicum insignem, *Nicolao Bathorio*, Episcopo Vacienſe, et *Francisco Bandino* regiae voluntatis interpretibus, Florentia in Pannoniam inuitasset, vt eius commercio frui, ex ipsiusque ore dogmata Platonis imbibere posset; at Marsilius Ficinus sorte sua contentus et corpusculi imbecillitate impeditus, stationem suam deferere nollet, ita litteris ad *Bathorium* datis rationes suas Regi renunciaturus Epistololarum familiarium in Libros XII. distinctarum, Venet. an.

an. 1495. in fol. edit. Libro VIII. pag. 152. collat. Lib. IV. pag. 97. respondens: *Scribis,* inquit, *Matthiam inuictum Pannoniae Regem praesentiam nostram desiderare, quod et tu valde desideres, alique nonnulli, Platonicae mentis explicandae gratia. Rogas, si minus ipse venire valeam, ut autem saltem mittam ad vos meorum, qui vestro hac in re satis desiderio faciat. Ego vero curabo pro viribus, ut ad vos Sebastianus, noster amicitus, accedat, aut si per occupationes suas ipse non possit, iter ad vos meorum alius agat. Me vero patrias sedes mutare mirum fuerit, siue mutationem prohibeat Saturnus in Aquario nobis ascendens, seu vetet alius genius, — — siue corpusculum ineptum laboribus impediatur, seu mens semper contemplationi intenta quiescere iubeat: tunc Philippum hunc Valorem nostrum, discipulum suum carissimum, et consuetudine familiarem, Virum Platonica scientia egregie imbutum, in oras Pannonicas, fidem datam liberaturus, ad Regem nostrum exmittere decreuit, immo etiam, ut ex Epistola ad ipsum Regem an. 1489. ad diem 6. Febr. Florentiae exarata conitat, quae Epistolar. Lib. IX. fol. 158. legitur, eundem Philippum Valorem vices suas in itinera ad Coruinum suscipiendo, expedit, cui Librum quoque suum de vita valida et longa coelitus comparanda, comitem adiunxit, serenissimo huic Pannoniae Regi, cuius honoribus nuncupatus est, Budae mox ab eo solemniter porrigendum. In Libro hoc Tertio de triplici vita conscripto. saepiusque luci publicae commisso, editionis Francofurtanae nostrae an. 1598. in 8.*

plag. 12. promulgatae pag. 84. his verbis, Ficinus Coruinum Regem adloquitur in praefixo prooemio, quod dignum iudicauerim, vt integrum heic loci interferatur, quia non modo in laudes Regis nostri effunditur liberalissime depraedandas, sed Eadem vitam quoque aeuo vtroque, praesenti et futuro prosperam a felicibus sideribus decretam adeo quidem longaeuam promittit, prout Pythagoras, Democritus, Apolloniusque Thyanaeus olim ex contemplatione siderum consecuti sunt. En itaque audiamus iam astralis Medicinae iactatoris huius verba Serenissimo Pannoniae Regi nuncupata omnia: *Philosophi veteres, Rex omnium felicissime, coelestium vires inferiorumque naturas diligentissime perscrutati, quum existimarent hominem frustra sapere, qui non sibi sapit, totam merito perscrutationem suam imprimis ad vitam sibi coelitus comparandam retulisse videntur, iudicantes, arbitror, tum elementa et quae ex his componuntur, frustra sibi cognita fore, tum motus coelestium et influxus temere nimium obseruatos, nisi haec vna cum illis cognita simul atque coniuncta, aliquando sibi ad vitam felicitatemque conducerent. Profuit autem illis, vt videtur, eiusmodi contemplatio ad vitam primo praesentem. Nam Pythagoras et Democritus, Apolloniusque Thyanaeus, et quicumque ad id potissimum studuerunt, rerum sibi cognitarum usu prosperam valetudinem consecuti sunt, vitamque longaeuam. Contulit, insuper ad futuram vitam tum per gloriam apud posteros propagandam, tum apud Deum in aeternitate fruendam. . Siquidem ex mirabili mundi totius ordine, eius tandem cogno-*

uere vectorem, et ante omnia cognatum amauerunt. Tibi vero gloriam per secula cuncta futuram, magnanimitas, magnificentia, victoria perpetua pollicentur. Vitam quoque apud Deum in aeuo beatam diuina clementia insigni pietati tuae iustitiaeque promittit. Vitam denique prosperam inter mortales satisque longam, quantam ex indiciis quibusdam mihi licuit coniectare, felicia sidera tibi decreuerunt. Ut autem quod pollicentur, id et praesent firmissima fide et cumulo insuper prorogent pleniore diligentia tua, et Medicorum Astrologorumque cura efficere procul dubio potest. Iam vero id posse scientia et prudentia fieri, doctissimi quique Astrologi ac Medici confitentur. Quum igitur inter Plotini Libros Magno Laurentio Medici destinatos, in Librum Plotini de fauore coelitus hauriendo tractantem nuper commentarium composuissem, inter cetera in eum nostra commentaria numeratum, id quidem nunc seligere, Laurentio quidem id probante, atque Maiestati tuae potissimum dedicare decreui. Spero equidem dum vitae tuae prosperitatisque consulam, vitae interim et splendori Seculi nostri et humani generis consultarum. Atque ut valetudini prosperitatisque regiae validius haec nostra prodesse, per VALOREM ipsum mittenda putauit. Hunc tu igitur VALOREM nostrum, clementissime Rex! complectere precor. Tantum enim naturae virtus, auctoritas tua valet, ut absque te nequeat vel Valor ipse valere. X. Iulii MCCCCXXXIX. Florentiae. Sed eheu! quam vana sunt Platonicae Theologiae et Philosophiae ac astralis medicinae, e Platonis, Plotini, Iamblichi, Procli, Speusippi, Synesii,

Porphyrii et id genus farinae philosophorum, quibus Ficinus plurimum delectatus est, lacunis haustarum praecepta medica, quam fallaces reddidere hominum spes, et vota quam irrita! nam Rex noster gloriosissimus anno ab aduentu Philippi Valoris, Medici Florentini, in oras nostras subsecuturo statim altero 1490. grauissimo morbo correptus Non. April. diem obiit supremum, ira etiam nugiuendus iste longaeuitatis vitae humanae architectus, Marsilius Ficinus, ille vnicum Theologiae Platonicae decus, ornamentum ac corona, an. 1499. septuagenario minor febris abreptus est. Nullum esse potest dubium, quin acutissimus hic Ficini discipulus, Philippus Valor, receptus in Aulam Budensem regiam archiater, qui astrologiam et medicinam ad Sacerdotes pertinere ex praecipitatore didicerat, tuendae sanitatis et consequendae longaeuitatis vitae, eiusque regiminis praecepta pro officii sui medici ratione serenissimo Hero suo sollicitate instillauerit obseruanda, quanta enim fidelitate, vt quidem opinamur, etiam dexteritate muneris sui partes expleuerit, id ex historia morbi Matthiae Coruini a Bonfinio Rer. Hungar. Dec. IV. Libr. VIII. edition. Belianae pag. 663. indicata, non obscure colligitur; Historici patrii huius lacunam expleturus, integram recitare placebit pericopen: *Postero autem anno, Kalend. circiter Ianuarias, qui octogesimus nonus supra millesimum et quadringentesimum erat, cum Rex Viennae foret, coelum praeter morem grauiter intonuit; quo quidem portento percussi et attoniti*

niti omnes, regiae Maieſtati nimium timere coepimus. Ex inſita enim podagra et obrepente quodam languore laborare coepit, ut numquam amplius pedibus conſtiterit. Eius Protomedicus Iulus Aemilius erat, non minus genere quam doctrina praeflans, qui ne parum quidem hucusque in regia valetudine fortunatus erat. Cum huic alter Italus adiectus eſſet, remiſit diligentiam, cum in ſuam inuidiam corrualem ſibi induſtum arbitraretur: increbſcente deinde morbo, eius vi a vix in duos a Medicis annos diſſerri potuit. Italum hunc Medicum, Aemilii protomedici in curando Regis morbo corrualem, cuius nomen Bonfinius oſcitabundus ſane ſubticuit, non alium quam Philippum Valorem noſtrum fuiſſe integra narrationis noſtrae ſeries rationi temporum accommodata clariffime euincit. Poſteaquam mox Rex Matthias naturae debitum perſoluiffet, eundem Philippus noſter honoris et dignitatis gradum apud Wladislaum quoque Secundum, illo ad ſolium Regni Hungariae ſublimato, etiam quod retinuerit, Tabulae accepti et expenſi aevi illius regiae in Auguſta Bibliotheca Palatina Vindobonenſi cuſtoditae nos abunde edocent, annum enim trecentorum noſtrae monetae florenorum ſtipendium, quod eſſet Phyſicus ordinarius regius, quotannis eum accepit luculentiffime illae teſtantur; ita codex h c Mſtus Seculi XV. titulum in fronte gerit: *Regiſtrum omnium prouentuum regalium in his duobus infra ſcriptis annis, per Reuerendiſſimum Dominum Sigismundum Episcopum Quinque-Eccleſienſem, Theſaurarium Regiae Maieſtatis in parata pecunia per-*

ceptorum. Incipiendo ab vltima Ianuarii die Anni Domini Milleſimi Quadringentefimi Nonageſimi Quarti, vſque ad vltimum diem Anni eiudem Milleſimi Quadringentefimi Nonageſimi Quinti. Haec in eo Codice manu exarato ad an. 1494. de Philippo Phyſico Regio leguntur: Eodem die, 10. Nov. ad relationem Domini Agrieniſis Philippo Doctori, Nicolao Bochkay, et Dewkthath, in ſactis regiis ad Urbem, miſimus per Ioannem More flor. iij. Et ad annum 1495. Eodem die, 11. Decemb. Philippo Doctori, Nicolao Bochkay, Praepoſito Myſlenſi, et Ioanni Brandis Praepoſito et Decano Wratiſlaurienſi, in Curia Romana Oratoribus Regiis dati ſunt flor. iij. hoc eſt 300. Quo praeterea pretio Philippus Valor hic habendus ſit, ex Epiſtolar. Ticini Libr. VIII. fol. 146. patet euidentiffime, dum ſcilicet fidelis ille Platonis interpres primam omnium eiudem editionem caractere minuto Gothico expreſſam, ſed multis mendis deturpatam, Florentiae abſque indico anni, ipſis quoque *Maittairei Annalib. typograph.* tacentibus, vt tamen ex Epiſtolarum Lib. IX. fol. 162. opinamur, circa an. 1482. publicaffet, eamque in Hungariam ad Franciſcum Bandinum exmitteret, ita in Litteris ſuis Virum Patriae noſtrae litteratiſſimum, facta honorifica Philippi Valoris noſtri mentione loco citato adfatur: *Quod Platonis Libri tandem ab Impreſſoribus ſunt expreſſi, pia Philippi Valoris opera et magna manu factum eſt. Quod autem minus eleganter expreſſi, id partim negligentia impreſſorum ſic potius oppreſſorum, partim, ſi dictu fas eſt,*
mali-

malignitate fortunae nobis accidisse putato. Doles autem, quae tua pietas est, Senem hunc nostrum ad vos squalidum accessisse. Desine, precor, mi Bandine, dolere. Sic enim et natura comparatum est, et forte datum est, et qui e carcere diuturno solvantur, profundisque tenebris eruuntur, squalentes prodeant, macieque confecti. Licet vero de Iulio Medico, Matthiae Coruini Physico, cuius nomen Milii genuinum Bonfinius loco statim indicato et alibi pro suo nomina Romana. ubique adfectandi more perperam in Aemilium transformauerat, Biographiae nostrae Centur. I. Artic. II. et Centur. II. Part. II. Artic. XXXII. pluribus verbis differuerimus, tamen quia laudatus Codex Mscetus Augustae Bibliothecae Vindobonensis illius quoque meminerit, placet ex eodem, quae ad annum 1495. consignata leguntur, in haec etiam transcribere
Aduersaria: Ex commissione Regiae Maiestatis Iulio Doctori Medico Regiae Maiestatis dati sunt in Transilvania flor. iij. hoc est 300.

ARTICVLVS XIX.

— — — *Argutos inter strepit anser olores.*

Virgil. Bucol. Eclog. IX.

WALI (Michael) Famofissimus hic Hungariae Medicafter, cuius farinae hominibus nunquam, quod dolendum est, Patria nostra delituitur. non modo obscurissimis ortus est nata-

talibus, sed etiam educationis peruersitate id consecutus, vt absque omni humaniorum litterarum, imo elementariarum quoque, cognitione in hominum coetu et adoleuerit et totius vitae decursu vixerit, insignibus interim tum honoribus auctus, tum opum adfluentia cunulatifissime ditatus. Habuit Is, vt ab ouo inde ordiamur, amitam Saxonicae originis, decantatam in plebe rustica fricatricem feminam, quae vt vitae huius incommoda subleuaret, Eum in primis pueritiae annis herbas colligere, earumque radices statis diei noctisque horis vellere edocuit, iussitque absque intermissione operae huic vacare, sed quia Noster desidiosus nonnunquam repertus, ob negligentiam subinde vapularet acerbius, constituit apud animum clam domo profugere, et in vicinam se subducere Poloniam, quare Cracouiae circumtoraneis medicamentorum nundinatoribus per vicos, oppida, ciuitates, et quaeuis promiscue compita venundare solitis, semet adglutinavit, et vna cum putidissima hac medicantium hominum faece integram non modo Poloniam, sed et Russiam, immo ipsam quoque peragrauit Tartariam. A reditu in oras has patrias dum vagabunda haec hominum phalanx in Silesiam delaberetur, Waius Herum suum agyrтарum principem deseruit, et an. 1733. Legioni equestri militiae Karolianaе se adfoctiauit, dixitque praestandae fidelitatis sacramentum. Sed Regimine hoc mox e finibus Silesiacis in Italiam translocato, impetrata prius venia, exercitam

antea artem medicam ibidem inter plebem de-
 nuo auspicatus, et quia plurimos vtriusque se-
 xus homines grauissimis eximeret morbis, ma-
 gnam ecclesiastici ordinis virorum sibi confluit
 inuidiam, quod epilepticos praeprimis felicis-
 simo cuentū curaret, quos Sacerdotes Daemo-
 niacos esse credentes adhibitis exorcismis suis
 depellere nequirent; et quia scilicet in eam
 suspicionem adductus Noster, quod talia non
 nisi familiarium malorum quorundam geniorum
 opera in hominum cœtu patraret, iam iam ad
 Tribunal Inquisitionis Mediolanense abripiendus
 erat, nisi militaris Regiminis colonellus, Comes
 Czapári imminenti vitae periculo subduxisset,
 eumque ad Illustris. Comitem Károlium, pri-
 marium laudatae Legionis Ducem, in Hunga-
 riam expediuisset ad curandos quosdam Viros
 nobiles comitali isthoc morbo detentos: quod
 postea ille malum apud nos curatu multo dif-
 ficilius esse pronunciauit, quam in Italicis ex-
 pertus fuerat prouinciis. Increbescente domi
 in dies rumore Ill. Comes Geörgius Erdodi,
 Iudex Curiae Regiae in aulam suam adsciuit,
 eumque Camerarium suum renunciauit; Eique
 quod articularibus doloribus subinde discrucia-
 to insigne nonnunquam leuamen procurauerit,
 in magna aestimatione habitus est, maioremque
 in modum ditatus non modo, sed etiam ad
 Physici prouincialis munia in Comitatu Szala-
 diensi gerenda, lauto constituto stipendio, per
 Comitem Mich. ab Althan intrusus. Sed dum
 benigno mandato regio omnes minerales aquae
 salu-

salutiferae a constitutis prouinciarum Physicis ordinariis in vniuerso Hungariae Regno modo conueniente examinari iuberentur, homuncio hic omnium litterarum expers muneri suo vltro nuntium misit, et ad priorem, quam deseruerat, stationem reuertit, atque munifico Hero suo ad dies vsque vitae fideliter famulabatur.

Hoc maximopere memoratu dignum censerim, vt tanto facilius se ordini Medicorum immisceret, cui multas subinde in exercenda praxi medica facèssuit molestias, Diploma Doctoris Medici Nostrum ab Vniuersitate Studiorum Patauina impetrauiffe, illudque Excelso Consilio Locumtenent. Pofoniensi exhibuiffe. Sed quis crediderit tam celebre eruditorum Virorum concilium tantopere muneris sui oblitum eo adduci potuisse, vt homini, clitellis potius digno, summos numerato pretio impertiretur honores academicos? Certius multo id esse existimauerim, pecunia quempiam Candidatum Medicinae fuisse corruptum, eumque sub ementito Walii nomine consuetis satisfecisse examinibus, et mitram reportauiffe doctoralem Waliano capiti mox imponendam, atque ita inani gloriae cupidine tumentis pennas pauoni deciduas sed sublatas adglutinauiffe. Diffitendum interea non est Waium nostrum non prorsus vulgarem possedisse plantarum cognitionem testibus Iusti Ioannis Torkos Medici Pofoniensis celeberrimi literis an. 1769. humanissime ad nos exaratis, qui Illum hortatu Colonelli Baranyai in itinere ex loco habitationis eiusdem Kurta-

Keszi

Keszi dicto Vngvárinum anno 1750. suscepto de omni eruditione botanica examinauerat, atque de obuiarum plantarum speciebus, earumque virtutibus medicis non male differuisse testatus est luculentissime. Nouissime vero omnium vt id quoque iam addamus, Medicastrum nostrum in aulam Seren. Principis Eszterházi ad capefenda Medici aulici munia ingressum fuisse a morte Comitis Erdödi, non vano nobis nunciatum est rumore. Sed mox ob asperrimos mores a Magnatibus aequae ac hominibus plebeis pauci aestimatus et vltro desertus, vitam multis agitatam procellis in oppido agri Soproniensis Sz. Miklós an. 1772. finiuit. Ne Valius in suo genere esset vnicus, alium Medicastrum agyrtam adiungerem comitem, publica nuper proscriptum auctoritate, Gorzo adpellatum, ni maximopere vererer solam nominis recordationem Lectoribus nauseam parituram.

O P E R A.

- 1.) *Herbarium.* Az az Fűvekről és Fákról, azoknak mind külső, mind belső hasznáról Traéta, és emberben lévő ereknek helyes vér-megerevítéséről nyitván való le-rajzolása. In alia columna: *Herbarium*, az az Fűveknek, Fáknak Nevekről, természetekről, és hasznokról, következőképpen az Emberi Testnek külső 's belső nyavalyáinak okairól, fészkeiről, 's azoknak orvoslásnak ezeknek virtusa által, módjáról való
Tra-

*Tracta. Mellyet sok betegek körül való tapasztalásból az házi tselédes Gazdáknak, Gazda-Aszszonyoknak, 's sok ugye fogyott szegényeknek hasznokra, mennyire lehetett, értelmesen, világosan, es bővebben Magyar nyelven ü zve szedett summásan Wali Mihály, Monyoróke-reki Méltóságos Groff Erdödi György Magyar-Ország' Fü-Birájának 's a' b ü Excellentziájának egész Dominiumjaiban lévő Orvosu. Galgotz Várában. Ianuarius-havának 25dik Napján, 1755. Esztendőben. Pars I. de Arboribus. Pars II. de Herbis. Pars III. de V. Sectione et Venis, additis Iconibus, virili sub nomine Iohan. Battista, Feminino sub nomine Caecilia Vxore Iohan. Battistae, quae a Saxonico Doctore Dioscoride edocta, quas venas secari curaret, tandem sanitati restituta, 21. filias, vnum filium peperisset. Tandem concludit: *Mr az Ur Isten segedelméből, mennyire tehetőségem enged e, Fűeknek, Fának, er-vágásoknak niroótát az hazabelieknek hasznokra szóllottam, bo y pedig kiki hasznát tapasztalhatta, a' mennyei Feltegiül ohajtom. Vege.* Opus hoc Místum Walit, quod 50. et amplius explet phlyras in folio, laudatus Comes Erdödius Medicinae Doctori, Ioanni Torkosio anno 1755. die 15. Apr. ad examinandum ea fini exmilit, num illud prelo typothetarum, vt voluit compiler, dignum iudicaretur, sed manifestum illico detectum est plagium, et non nili ipsissimum esse Petri Melü Iuhász de*

Hor-

Horhi, Debrecinensis, Herbarium Claudio-
 poli anno 1578. in 4. typis Heltanis impres-
 sum, omnia eodem ordine, iisdemque ver-
 bis exscriptum esse, nec aliter illud ab hoc
 differre, quam quod in collectione planta-
 rum et circa phlebotomiam absurdae additae
 essent obseruationes astrologicae, Illustrissimo
 Maecenati renunciatum est, aduocato ad fa-
 ciendam fidem Rev P. Szegedi S. I. Sa-
 cerdote eruditissimo, quorum iudicio et per-
 suasione inductus Comes iste liberalissimus,
 et ad impendendos sumtus typographicos
 alioquin promptissimus, a proposito suo de-
 stitit, et plagiarium ab aula sua procul fa-
 cessere iussit. Licet assentationis beneficio,
 quod in aucupando Magnatum fauore ma-
 gnus esset artifex, labentibus mox annis
 cum Hero suo in gratiam redierit. Opus
 tamen aliena manu confarcinatum mansit in
 hunc vsque diem ineditum.

- 2.) *Ratio morbis medendi empirica Wáliana*, cuius
 specimen quoddam, nacta commoda hac
 occasione, hic iam referemus; prout eam
 ab amico ad nos transmissam accepimus.

Belső fájdalom ellen, akármiféle legyen.

Kék Liliom gyökeret ásni kell négy szálát,
 meg-rezelve'n mo'sárban törd meg, edgy
 pohár vizet tölts reá, fatsard által vala-
 melly ruhán, idd meg; ez először pur-

gallya , és annakutánna kakuk füvet pályinkában , és azzal kend a' testét.

Belső romlás ellen.

Czikoria gyökeret áfs die 13. 18 19. Sept. és azon gyökérnek közepén lévő keményfégét k-hasítván , veds-el , a' több részét a' gyökérnek vízben meg-mosván , vagdald öszve , nap nélkül szárazd-meg , és abból a' mennyit fél marokkal felmarkolhadsz , ujj. fazékban két ittze vízben addig főzd , míg két uynyira le fő a' leve , annakutánna meg-hűlvén , minden nap éhomra azzal élj tizenkét napokig , ha tovább élsz annál jobb.

Belső részében roszul van , sok vizet kíván , és ételhez nints appetitusa.

Fejér málvát , fekete urmöt , ökör-fark-kórót , és tsombor füvet aa főzz Fördöt belöle , fürödgyél benne tizenegyszer , napjában kétszer , öt nap , hatodik nap egyszer , és tsak azon egy rendbéli füvet kell főzni , és annak levét melegíteni.

Büdos szájról , és izről.

Edgy Quintli myrhát , és annyi finum nád-mézet törj öszve , főzd-meg a' tojáft , vágd ketté , veds el a' sárgáját , annak helyébe tedd az említett port , kösd öszve edgy
tzer-

tzérnával, függeszd fel edgy tzérnára a' hives pintzeben, tegy alá edgy pohárt, a' mi edgy hétig belöle ki tsepeg, az léfzen Indiánusi Balsamom.

Csomör ellen.

Tizenkét szál Fodormentát, edgy meszszely téjben főzz-meg, míg fele el fő, idd-meg melegen, meg-gyógyulsz.

Csábult ember orvossága.

Fejér Somkórót szedj, mellyet Ugar-fünek-is hívnek, főzd meg edgy nagy fazékban, készíts edgy nagy Dészát, és edgy tövifes dísznót, a' meg-forrott flivet töltsd a' désába a' vízzel edgyütt, azontul vágd két-felé a' dísznót, vedd a' désába. Ugy meg kell kötözni a' Patientst, 's annyi ember legyen körülötte, hogy a' víz kitöltésével és a' dísznónak belé vetésével a' Patients fejét a' désára hajtsák, abroszal takarják bé, hogy a' Pára a' fejét annál jobban meg-járja, fél óráig kell ugy párgolni edgy végben, és annakutánna hat nap kell vele párgolni, de fűvével és vízével nem lévén szükség a' dísznóra. NB. Dísznó huft, juh huft, fokent tejet nem kell enni.

Fül zugás ellen.

A' Fekete ürömnek a' levelét törd-meg, fatsard a' levét ruhán által, és a' zugó fülét fel kell fordítani, és abba tölteni, és benne tartani fél fertály vagy edgy fertály óráig.

Fuladás ellen.

Kökény-fa gyökeret áfs, mosd-meg vízben, vágd apróra, és hat vagy hét ittze vízben főzd-meg, és azzal élj négy napig, más italt ne igyal, halált okoz.

Fog fájás ellen.

Csombor füvet vízben főzz-meg, töltsd a désába, fejét takarja bé, és párgollya öt, napig, minden nap kétszer.

Hideg lelés ellen, és egyszersmind jó Laxativa-is.

Négy kék Liliom gyökeret áfs fel, reszeld-meg, mosárban törd-meg, tölts reá edgy pohár vizet, ha erős a' Patiens természete, két pohár vizet, azt ki kell fatsarni, és éhomra meg-innia.

Köszvény ellen.

Keserű laput Juniusban és Juliusban levelestől szedgy, főzz belőle ferdőt, fürödj-meg benne

benne kétszer négy nap, az ötödik nap egyszer, torkig érjen a' ferdő.

Laxativa.

Galagonya-fa gyümölcstét törd-meg, kend ruhára, mázold-bé tojás fejeivel, ha ködökön alól kötöd, alól, ha pedig felyül, ugy felyül fog purgálni.

Nehez nyavalya ellen.

Eleven vakandokot rekesz ujj fazékban, tégy reá fedőt, tésztával pamatsold-bé, hogy fel ne szakaszsa, tedd kementzebe, hadd égjen porrá: abból három kés legynit végy-bé ehomra hórd fogytán, és mindenkor kilentz nap; ezt három Honapban kell tselekedni, mindenkor hórd-togytán. NB. Fél esztendeig se Sert, se Bort, se Pályinkát ne igyék.

Oldal nyilallás ellen.

Edgy darab timsót három tojás fejériben mind addg kevard, mig nem az meg-óltatik, akkor vész közzé kevés árpa lisztet, keverd, mig tésztává leszzen, kend ruhára, ragaszd fájós oldaladra.

Sülly ellen.

Szed Sülly-füvet, mellyet kövér rósának-is hívják, törd öszve, azzal küsd. NB. A' szümöts ellen-is jó.

Serés és lépdagadás ellen.

Fuzfa levelet kell borban főzni, és azzal magát kötozni.

Régi sebet gyógyítani.

Hat ittzes fazekba vefs két font óltatlan meszet, tölts reá vizet, a' le-szűrt levébe vefs két lat antimonium és sublimatumot, azzal napjában négyszer-is gyenge ruhával mosogasd a' sebet, és kössed.

Száraz betegség ellen.

Afs Kattan-kórót zöld levelestül 's gyökerestül, szedj Kakuk-füvet gyökerestül, és földi eper levelet gyökerestül, metéld-űszve, egyikből annyit vévén, mint a' másikból, savóban főzd-meg, mint a' Herbatheat igyad-meg forralva, 17. nap reggelenként, tiszta mézzel. Azomban tsinálj flastromot, egy marok köleskását mosárban őszve törvén, veres hagymával, és borban meg-fozván, kösd a' gyomrára szorosan, három nap azt azon hordozza. Ezt tselekedie ismét más két ízben, meg-ujítván mind annyiszor a' kötést, és igy kilentz napig kötözve járjon.

Szív fájás ellen.

Szedj szapora-füvet Septembernek hetedik napja előtt, párgold vele a' fejedet minden nap kétszer egy hétig.

Vér has ellen.

Edgy mezfzely édes téjben tölts edgy pohar égett bort, és azt vagy két hajtókaban idd-meg.

Marha dög ellen.

Hajag fát Juliusban szárazsz-meg, 's törd porrá, felet a' pornak edgy darab ó hájjal törd-öszve, azzal a' válu feneket végig kend-meg, tölts tele azután vízzel, a' meg-maradott port felyül hintsd a' vizen, és a' szomju marhat azzal a' vízzel itasd.

Ezer jó hasznu Irat lehet készíteni,

Ha 13. lat veres Minimumot, fél font sárga viazfzat, két lat Kámfort, edgy font fa olajt, annak rendi szerént, egybe timporálsz.

Piget reliqua Waliani systematis medicamenta recitare, inueniuntur tales passim in plebe nostra ab antiquissimis iam temporibus receptorum et vſitatorum remediorum vulgarium formulae quam plurimae, quibus illa in morbis leniendis vti coacta est, quod in tot tantisque continuorum bellorum calamitatibus, barbararum gentium incurſionibus, et Medicorum et Pharmacopolarum magna subinde Regnum hoc nostrum laborauerit inopia. Vt Patres Societatis de Nomine Iesu nuncupatae Csikienses

in Transilvania fauorem plebis quoque infimæ aucuparentur, magnam huiuscemodi medicamentorum plebeorum farraginem ex obsoletis obuiis qui' usuis chartulis nullo obseruato, præter elementariarum litterarum, ordine conuasarunt, et sub titulo: *Hazi közönséges Orvossá-gok*, typis suis Academicis Claudiopoli Anno 1763. in 8 plag. 10. in lucem protruserunt. Eiusdem fere indolis libellus est Matthæi Juhász, Hungari, Ord.n. S. Francisci Conuentualium, *Hazi Patika* inscriptus, et in 4. plag. 12. publicatus.

Sed non prius calamus bona Lectoris venia e manibus deposuero, quam Bagliui in hanc rem effatum, operum Antwerp. Anno 1719. in 4. edit. pag. 384. Cap. IX. de ciborum delectu in morbis curandis sine ope remediorum, recitauero: —

Depravatae vero huic consuetudini magnam occasionem dedere Medici, qui nunc vernacula sua lingua omnia typis mandant, et Vetulas docent e culina cum ipsis etiam Medicinæ Principibus arroganter disputare, et de mille receptulis delirare. Reipublicæ Medicæ et litterariæ lingua, Romana esto: per eam iura dicuntur in medicina, et populum arcentur a scientiarum mysteriis. Quid Gallica? Quid Anglica, quid Germanica (adde Hungarica) Lingua, medicinæ sacra in vulgus proferre iuuat? Teste Hippocrate de Lege: Sacra hominibus sacris communicanda; profanis vero nefas, priusquam scientiæ mysteriis sunt initiati.

ARTI-

ARTICVLVS XX.

WINDISCH (Ioannes Theophilus). Eximius hic Patriae Medicus, vitam anno 1689. die 16. Aug. Pofonii accepit, et cura parentum, qui nobiles ei obtigerunt, religionis et litterarum fundamentis imbutus, in Gymnasio Augustanae Confessioni addictorum Pofoniensi elegantiores litteras ita excoluit, vt anno 1710. dignus censeretur Germaniae Athenaea inuisere. Ienae se totum arti medendi addixit, inde Erfordam se contulit, vtrobique in inuestigandis studii tam ardui mysteriis, viaque ad feliciorē artis exercitationem inquirenda doctores, ducesque spectatae fidei non modo nactus, sed etiam gradu haud impari secutus est. Horum enim fide, atque institutione eas fecit in hoc studii genere progressionē, vt dato comparatae eruditionis documento, de *Languore Pannonico* doctē commentatus, viam sibi ad dignitatem aperiret et summos laureae medicae honores anno Christiano 1714. exhibente, ritu maiorum, insignia, illustrium Viro meritorum Ludouico Friderico Iacobi, adplausu omnium maximo consequeretur. Nomen autem hoc vt factō tueretur, auspiciatūque artis suae periculum faceret, sexto, quam exierat, anno in patriam tellurem reuertit. Qua re haud infeliciter coepta, sic industriam suam quotidianis experimentis in libera atque regia ciuitate Baziniensi exercebat, vt et se in adhibendae curationis prudentia redderet confirmatiorem, et amorem beneuolentiam-

que omnium civium sibi compararet. Natalis soli dulcedine captus, et crebris amicorum exhortationibus victus, relicto Bazinio, anno 1718. Pofonium, vbi primam mundi huius lucem adspexit, transiit, et heic loci Medici clinici personam magna dexteritate, vt et felicitate praesertim apud infantes sustinuit, vt paruulorum Medicus, *der Kinderarzt* nominaretur. Eodem ipso, quem statim nominauimus, anno, celeberrimi Sempronensium Medici Andree Loewii alias a nobis laudati filiam, Estheram, virginem singularibus animi corporisque dotibus conspicuam, quod Themistoclis exemplo non ludibria fortunae quaereret, sibi in coniugem elegit, ex qua vnicam dumtaxat filiulam, dictam Theresiam, suscepit, mox viro probatae fidei atque multae experientiae, *Christophoro Segnero*, Iudici S. Georgiensi, nuptui collocatam, et illo e viuentium numero exempto, *Ioanni Szeletzki*, eiusdem Ciuitatis Notario nuptam, hodieum inter mortales superstitem. Sed non ista solum, quae priuata esse videntur, verum etiam publicum existimationis bonae ac dignitatis documentum Nostri merita illustrauit, anno enim 1729. in consortium Collegarum illustris Nat. Curios. Societatis vltro receptus, auctoritatis fideique Caesariae diplomate confirmatus, cognomentumque *Hieracis*, ab Epiphano et Hilario notatum, indeptus est. Quum longiore annorum serie dignus videretur omnibus, intractabilis morbi vi et diurnitate accidit, vt annum aetatis quadragesimum tertium, qui fuit

la-

labentis seculi tricesimus secundus, nondum supergressus, consumtis omnibus corporis viribus die 4ta Maii vitam cum morte commutaret, in aliis seruandis, quam se ipso, felicior. *Brückmannus*, notissimus in orbe peregrinator, in reditu ex Hungaria, *Windischii* Nostri, quocum familiariter Posonii conuersatus est, non sine laudum praeconio meminit in *Memorabilibus Posoniensibus* Centur. I. Epist. itiner. XLVIII. Idem de hoc Windischio legere licet in laudatione quoque funebri, *Georg. Sigism. Lieberzeitzio*, Medico Sempronienti, a *Clar. Dan. Haynotzio*, praeceptore nostro olim fidelissimo, anno 1779. recitata, et ibidem anno eodem in 4. typis expressa. Perantiquae Posoniensium nobilissimae Windischianae gentis familiae, praeter Medicum huncce nostrum, patruus eiusdem, *Carolus Theophilus Windisch*, Vir Senatorii ordinis consultissimus, aetate hac nostra magno est ornamento, qui non modo eximio bonae frugis libro geographico anno 1780. Posonii Vol. II edito rempublicam litterariam Hungariae iam beavit, sed erudito quoque *Promptuario litterario Hungarico* scripto Periodico, exteris quoque nationibus iam apprime cognito, *Vngriſches Magazin* inscribi solito, pergat optimo consilio quotannis illustrare: quare vt insigni hac ad laudem via Vir eruditissimus progrediatur, ex animo precamur.

O P E R A.

- 1.) Dissertatio inaug. med. Praeside Lud. Frid. Iacobi, *De Languore Pannonico*. Erfordiae an. 1714. in 4. plag. 4.
- 2.) Disput. med. *De morbo petechiali epidemico*. Ienae an. 1716. in 4.
- 3.) *Flora Pannonica, seu Posoniensis*. In opere hoc conscribendo multum auctor noster desudauerat, huius quippe Adfinis sui exemplo excitatus quoque est *Carolus Frid. Loewius*, Sempronienſium Medicus, Acad. Nat. CC. Pittalus, vt consilium de Flora Pannonica conscribenda çaperet, mox in Appendice Nat. Curios. Vol. V. pag. 145. in Act. Erudit. Lipsiens. an. 1739. pag. 665. publicatum, et Commercio Litter. Norico an. 1739. hebdom. 41. Haec et alia laboriosissimi Medici Nostri magno labore conscripta volumina ad inutilia quaedam, quod dolendum est, incipiunt ab haeredibus suis iam adhiberi ministeria. *)

* Sed ne sexum quidem sequirem in Hungaria studium Medicinae aspernari, vel solo Comitissae *Catharinae Bethlen*, feminae supra sexum suum, ultra quam crederes, eruditissimae, et Medicinae peritia clarissimae exemplo rem esse euentissimam, Biographiae nostrae Centur. I. Artic. X. pluribus verbis annuntiauius, quae hic repetere iustituti ratio haud quaquam patitur. Vice hac

liceat interim alias quoque Hungariae Matronas, ingenii atque eruditionis laude conspicuas, quas quidem memoria nobis fuggerit, loco hoc stricte recensere:

1.) *Sarlotta*, Gyulae Ducis Hungarorum, Constantinopoli militiae Christianae adscripti, filia, Geysae Duci nuptui tradita, et mox S. Stephani Regis Mater, quod in Christiana genitoris sui domo aleretur, et patria disciplina erudiretur, illius potissimum opera Geysam Maritum coelesti veritate imbutum, gentemque Hungaricam ad meliorem frugem adductam fuisse, optimorum quorumvis, Graecorum inprimis, Historicorum testimonis suffultus credit *Godofredus Schwartzius* in *Dissert. de initiis Religionis Christianae inter Hungaros*, Lipsiae An. 1740. in 4. edita.

2.) *Gisela*, Henrici II. Imperatoris soror germana, S. Stephani Regis vxor; principem maritum et populum Hungaricum in suscepta iam ante religione Christiana, exemplo suo, et datis salubribus consiliis, plurimum confirmauisse, domesticorum, sed exterorum praecipue, antiquioris aevi scriptorum fide asseritur.

3.) *Cunegundis*, Regia Hungariae Princeps, ac deinde Poloniae Regina, quantum eruditione, et vitae simul sanctimonia inclaruerit. ex vita eius MSco codici membranaceo ab incerto auctore anno Domini MCCCCI. inarata in forma 8. mai. et in Bibliotheca R. Poloniae Zalusciana custodita, licebit addiscere; quam eiusdem *Cun-*
ne-

negundis vitam litteris Gothicis codici chartaceo inscriptam Bibliotheca huius Kazzaiana adferuat, quae haud quaquam aetate est inferior: sed ab utraque hac B. Cunegundis vita plurimum differt a Tyrnauienfibus Soc. Iesu Patribus ante annos XX. in 4. typis academicis vulgata.

4.) *S. Salomued*, Haliciae, Regno Hungariae obnoxiae, Regina, quibus pro more Seculi illius innutrita fuerit scientiis, Codex membranaceus incerto auctore forma 8. maiori conscriptus, et a nemine quoquam in lucem prolatus, in Bibliotheca Zalufciana publice ordine MDCCCC-LXXVII. custoditus potest edocere; cuius initium tale est: *In nomine Domini Amen. Incipit vita sancte Salomee anno Domini MCCCCI.* Extrema pagina deficit. Laudes Salomeae huius Carmine elegiaco cecinit *Georgius Titzinensis*, Cracouiae an. 1537. in 4. typis edito.

5.) *Elisabetha*, Alberti II. Imperatoris et Regis Hungariae filia, Sigismundi Pannoniarum Regis neptis, Casimiro III. Iagellonidi Poloniae Regi elocata, reliquit confectum a se *de Institutione regii Pueri* opusculum manu exaratum, quod teste *Jacobo Friso* in Gesnerianae Bibliothecae Epitome Tiguri anno 1583. impressa pag. 213 in Augusta Bibliotheca Vindobonensi delitescit.

6.) *Beatrix Regina*, Matthiae Coruini conjux, teste *Galeoto Martio* in *Commentario de egregie, sapienter et iocose dictis et factis Matthiae I. Regis*, fuit femina omnium doctissima. *Naldus*

Nal-

Naldius de laudibus Augustae Bibliothecae, Carminum Libr. I. v. 233. seq. adpellat feminam ab omni scientiarum genere instructam, dum ita ille inter cetera:

*Nouerit illa, nouem quidquid docuere Camoenae,
Scriptores priscos, quodque inspirauit Apollo
Mentibus illorum, satis haec agnoscit, et illud
Quod monuere Viri, de Christo digna locuti,
Non fugit hanc. etc.*

Idem *Naldius* in *Epistola ad Matthiam Coruinum*, Carminibus praefixa, nominat Beatricem Reginam tanta humanarum diuinarumque rerum scientia refertissimam, vt et laudem Corneliae Grachorum matris, atque Sybillarum, quaecunque floruerunt, facile obscurare posse videatur. In scientia quoque Medica haud vulgariter fuisse versatam Beatricem, *Bonfinius* Decad. IV. Lib. VIII. pag. m. 665. non obscure innuit.

7.) *Barbara de Zapolya*, Comitis Scepusiensis Stephani de Zapolya, regni Hungariae Palatini, Nata, prima eaque amantissima Sigismundi I. Polonorum Regis vxor. Ita bene latine docta fuit, vt veteris Latii auctores optime intelligeret, regemque maritum a regno suo absentem litteris latine scriptis prosequeretur. Epistolae illae a *Stanislao Gorscio* Canonico Cracouiensi studiose collectae in publicam R. Poloniae Bibliothecam Zaluscianam illatae, Actisque Sigismundi Regis et propriis *Cricii* operibus MS&is insertae sunt.

8.) *Gri-*

8.) *Grifeldis Bathori*, Christophori Bathori, Transilvaniae Principis, ex coniuga vitae socia Elifabetha Botskay nata Filia, regni Poloniarum Cancellario, supremo copiarum Duci, Io. Zamoscio pta, elegantioribus litteris, et liberali-
 iplinis instituta ita Latinae linguae a
 generis nis adsuevit, vt cum Heröe marito
 suo non aliter quam illa in colloquiis vteretur.
 Mutuas illustrium horum coniugum Epistolas,
 propriis ipsorum manibus perscriptas sermone lati-
 no, in Bibliotheca Academica Zamoscensi adser-
 uari in *Ianocianis* Vol. II. pag. 14. legitur.

9.) *Susanna Lorantfi*, Michaelis Lorantfi, oppidi S. Patak Domini, vnica haeres, Geor-
 gii Rakoczii I. Transilvaniae Principis vxor, femina eruditionis laude conspicua, insigne opus
 theologicum elucubrauit sub titulo: *Moses es a
 Prófetak, az az: Az igaz Keresztyeni Vallasnak
 XLV. agazatinak szent Iras-beli gyozhetetlen bi-
 zonyosag tetele.* Albae Iuliae An. 1641. in 4-
 alph. I.

10.) *Catharina Sidonia Petröczi*, Stephani
 Petröczi Viri praenobilis filia, Comitis Lauren-
 tii Pekri coniux, talia in lucem emisit Ioannis
 Arudii opera ex idiomate Germanico in Hun-
 garicum conuersa: .1.) *Kereszt nehéz terhe alatt
 el-hádgýatt szíveket elesztés jó illatu XII. Liliom.*
 Claudiopoli an. 1705. in 2. plag. 9. Itera-
 uit neptis, Libera Baronissa Polixena Daniel de
 Vargyas, Claudiop. an. 1764. 8. 2.) *Jó illatu
 süstölgo igaz sziv.* Leutschov. an. 1708. 8.

3.) *A' Pápiſta vallásra hajlott Lutheránusok' lel-
kek' eſmèretinek kinja.* Tali ſub titulo promul-
gavit Io. Maieri Theol. Doct. opusculum theorico
ſermone editum, Hamb. an. 1690. in 8.

11.) *Sophia Bathori*, Georgii Rákóczi II. in-
felicis Tranſilvaniae Principis coniunx, et Franciſci
tumultuantis mater, ſpeta aucta poſt mortem
martiti religione, opera P. P. Soc. Ieſu, quibus
inſigne addixit heredium, ſed mox a Tökölío
interceptum, Eccleſiae Romanae adgregata eſt,
et edidit vernacula lingua *Libellum precatationum*,
adoptatis opinionibus ſuis accommodatum, Tyr-
nauiæ repetitis vicibus in 8. typis expreſſum.

12.) *Juditha Ujfalusi*, ex ordine Clariſſarum
Virgo Monialis Tyrnauienſis, ex ſermone Bohe-
mico in Hungaricum tranſtulit *Vitam Ieſu et
Mariae*, Tyrnauiæ ſæpius, yltima vero vice
an. 1746. in 8. prelo typographico ſubiectam.

13.) *Polixena Daniel de Vargyas*, Lib. Ba-
ronis Stephani Daniel de Vargyas filia, L. B.
Stephani Veſſelenyi coniux, Græcae et Latinae
Linguarum notitia in modum *Mariae Schurmann*
clariffima, Ethicam Chriſtianam *Benedicti Piçeti*
e latino ſermonie in vernaculum tranſpoſuit, hoc
illi dato titulo: *A' Kereſztyen Ethikának ſummas
veleje.* Claudiopoli an. 1752. in 8. alph I.
plag. 9. Eruditiffimi genitoris ſui *Monita pa-
terna*, Cibinii an. 1752. edita, Hungaricae
conſuetudini donavit, aſt in vulgus exire haud
iuſſerat.

14.) *Anna Vesselenyr*, laudatae statim Polixenae nata, antequam Comiti Ludouico Bethlen matrimonio iungeretur, virgo matrem imitatura, *Manuductionem ad Religionem Frid. Ioan. St. pferi* Hungarice interpretata est, hoc praetexto titulo: *A' Keresztyen vallásra való ut-mutatás*. Claudiop. An. 1774. in 8. Huius Soror germana natu maxima L. B. Susanna Vesselenyi, L. B. Georgii Sanki, protribuni militaris vitae socia, Comoediam Gallicam, a Falbero Fenvuillot Germanice versam in sermonem Hungaricum transposuit sub titulo: *Gallya - Rab, avagy Jutalma az az Fiui avagy magyati szereletnek*. Claudiop. an. 1785. in 8. plag. 6. typis expressam; nec non Conversionem D. Pauli Apostoli a Georg. Littleton Anglice conscriptam, a Frid. Christ. Hahn in Germanicum sermonem traductum, Hungaricae consuetudini donavit. Claudiop. an. 1785. 8. plag. 10. Sororum tergeminarum natu mediocris vero Maria Vesselenyi, Illustris. Comitissae Adami Teleky de Szek coniux, nuper e viuis erepta, Alphonsi Sarata artem semper gaudendi, a Christ. Windhemio perpolitam, idiomate Hungarico vulgavit cum titulo: *Szüntelen való örvendezésnek Mestersege*. Claudiop. an. 1784. 8. alph. I. plag. 4. In idioma Hungaricum etiam conuertit Iac. Hervey, Angli, Libellum *Meditations among the Tombs*, German. *Betrachtungen bey den Todtengrüben* inscriptum, typis Claudianis propediem, ita Excellent. marito iubente, publicandam.

15.) *Anna Maria Janoky*, Caroli Lib. Bar. ab Hellenbach coniux, composuit vernaculo suo fermone Librum omnibus matribus familiae longe vtilissimum, *Salubria Matris ad suam Filiam monita* inscriptum, litteris Lipsicis anno 1763. in 8. vulgatum, et triennio post adiectis additamentis auctum. Alii reliquas suppleant.

16.) *Dorothea Sophia*, Friderici Balduini, S. Theol. Doct. et Profess. filia, Christophori Boehmii Ecclesiastis Leutschouiensis primum, dein Io. Serpili, Viri Consulatis Semproninesis vxor, an. 1685. Sempronii aetat. 46. mortua, quam M. Io. Christoph. Olearius in Libro *Evangelischer Lieder - Schatz*. Part. III. pag. 76. commemorat non modo Philosophicis et Theologicis Scientiis fuisse apprime imbutam, sed etiam linguam Hebraicam in tantum calluisse, vt eam et promtissime loqueretur, atque etiam ea hymnos sacros, nec non epistolia ad varios Ecclesiae Iudaicae Doctores exmissa, conscriberet.

ADDITAMENTVM.

SIMON GRYNÆVS, Feringæ, oppido Sueviae, an. 1493. natus, Philippi Melanchtonis in Schola Portæ Herciniae condiscipulus, Vienne Austriae Magister Philosophiae nuncupatus, Graecas in ea studiorum Vniuersitate primum professus litteras, mox Budam regni nostri Metropolim aduocatus, et moderandae florentissimae ibidem Scholae regiae praefectus est: dum pro muneris sui ratione Iuuentutem Hungaricam Graecarum litterarum et bonarum artium cognitione annis iam plusculis imbueret, hisque studiis lectionem Prophetarum et Apostolorum assidue iungendam serio vrgeret, eam ob id malefactorum et morosorum quorundam hominum sibi conflauit inuidiam, vt an. 1523. in tenebrosos Budenses detruderetur carceres, arctiori custodia detinendus, e qua non nisi adnitentibus nobilissimis quibusdam Patriae Viris et matronis aegre liberari potuerit, ipsoque *Samuele Timone* in Epitome chronologica Rerum Hungaricarum ad annum 1523. teste fidissimo. Sed ob renouatae religionis dogma, ex lectione libellorum Lutheri haustum, quod Pubi Hungaricae, docendo in Scholis, liberaliter instillauerat, quam fuerit ordinis ecclesiastici hominibus inuisus, facile inde licebit colligere, quod publicis

cis Regni Legibus, annis 1523 et 1525. sancitis, feuerissime caueri debuerit, ne noua Lutheri de religione sententia, per Grynaeum disseminata, et a ciuibus auide admodum excepta, vel fando quidem intra Patriae limites vnquam audiatur. Relicta itaque Hungaria, Viennam Grynaeus ad priorem, quem ante deseruerat, habitationis locum reuertit: quod hic quoque iisdem fidibus sacris canendo, easdem quoque oberrauerit chordas, non vano inde colligas verosimiliter indicio, quod solemnibus illo ipso tempore contra grassantem Viennae haeresin instituta fuerit Inquisitio, vt *Catalogus Rectorum Academicorum Viennensium* pag. 57. luculenter testatur, adfuturus *Conspectui Historiae Vniuersitatis Viennensis ex Actis veteribusque Documentis deductae*, Vien. an. 1725. in 8. edito. Tutiora itaque quaesiturus loca, Vittebergam *Noster* recto ad inuisendum Lutherum deproperauit itinere, eoque illum renouatae Religionis adduxisse videtur Antesignanum, vt *Quatuor Psalmos consolatorios*, opera sua in germanicum sermonem conuersos, et commentariolo illustratos, atque Vittebergae typis datos, Mariae Reginae, Ludouici II. coniugi, anno 1526. inscripserit, cuius libelli dedicationem *Illustriss. Kollarius* quoque in *Originibus et usu perpetuo Potestatis legislatoriae circa Sacra Apostol. Regum Hungariae*. Vindob. an. 1774. in 8. totidem verbis pag. 123. et 124. repetiit. Haec in eo opusculo Lutherum inter cetera ad Mariam Reginam scripsisse legimus: *Clementissima Regina! Constituebam*

mecum, piorum hominum impulsus consilio, quatuor hos Psalmos Maiestati V. inscribere, qui commonefacerent, ut Maiestas Vestra sanctum Dei Verbum alacriter et hilare porro pereat in Vngaria promoveere. Secunda quippe fama ad me pervenit, Maiestatem V. in Evangelium esse propensam, attamen ab impiis Episcopis, qui magna potestate in Hungaria praediti, et maximam eiusdem partem possidere dicuntur, admodum impediri, et auerti adeo, ut effusi etiam nonnullius innocentis sanguinis auctores exsisterint, ac in veritatem Verbi Dei crudeliter desaeuerint. Cetera ibidem non sine fructu legi poterunt. Verum quis haec Luthero verius ad calamum dictare poterat, quam Grynaeus, qui recens e sede regia Budensi exturbatus, rerumque in Hungaria gestarum optime gnarus, talia Magistro suo fideliter annunciare poterat.

Grynaei Nostri vitam innumeri paene Auctores litteris consignarunt, scripta enumerantur, eumque primae Theologorum et Philosophorum, qui Sec. XVI. florere, classi adfociarunt: ast *Thomas Pope-Blourt in Censura celebriorum Authorum, Genev. an. 1696. in. 4. edit. ut famigeratissimum quoque aevi sui euinceret, fuisse Medicum, doctissimos Io. Sapidi Iambos adducit in medium pag. 570. legendos:*

Quaeris Simon Grynaeus ille quis fuit?

Attende, dicam, magnus ille Vir fuit. etc.

Talis Geometra, qualis Architas fuit,

*Cognitionem habuit, ut Atlas, siderum, etc.
 Non Plinio Physice priores detulit,
 Non cessit Hippocrati medendi indagine. etc. etc.*

Sed *Blountium* vocis similitudine deceptum fuisse existimauerim, quippe quod singulare hoc Medici clinici encomion *Thomae* filio, homonymo, Medico et Mathematico Heidelbergensi iure potiori competere videatur, *Petro Bayle* dans la *Dictionnaire Historique et Critique* in Articulo ita docente. Fuit tamen *Grynaeus* Noster non modo Theologus, sed etiam Philosophus insignis simul et Mathematicus, ipso quoque *Erasmio Rotterodamo* teste Lib. XXVI. epist. 39. in qua *Thomae Moro*, summo R. Angliae Cancellario, ut hominem latine graeceque ad vnguem doctum, in *Philosophia et Mathematicis disciplinis diligenter versatum* de meliori nota an. 1531. commendauerat: hoc potissimum nomine *Symon* iste *Grynaeus* fuerat a nobis quoque loco hoc opportuno commemorandus, quippe qui *Pubem Hungaricam* Linguae Graecae, Philosophiae et Mathematicarum Disciplinarum cognitione, regnante *Ludouico II. Rege*, *Budae*, meditullio Regni nostri, imbuere adlaborauerit, et quod *Nobili Familiae Grynaeanae*, *Cibinii* potissimum in *Scepusio* nostro ad haec vsque tempora florenti, primam dederit originem.

Praeter *Mariam* hanc Hungariae Reginam, quam ad *Euangelium* propensam, *Dei Verbum* alacriter et bilare in *Hungaria* promouisse, paulo ante innueramus, qui *Principes*, *Magnates*, *Nobiles*

etc. Religionem Euangelicam inde a temporibus Reformationis Sacrorum ad exitum Seculi XVII. vsque in Hungaria et Transilvania amplexi fuerint, a que fouerint, eorum Serfem ordine litterarum elementario iam etiam ex schedis potissimum Hunyadianis recensebimus.

Alaghi (Franciscus) Haeres Arcis Regécz, pater *Catharinae Alaghi*, Sigismundi Rakóczi consortis, claruit aetate Bocskay circa annum 1605. *Apassi* (Michael I.) de *Apa Nagyszalu*, Princeps Transilvaniae a d. 21. Nov. an. 1661. ad 15. Apr. 1690. quo mortuus est. Hic Theologiam Vendelini in Hungaricum conuertit. Coll. Ref. Paracense exsulans Albam Iuliam deduxit, ibique principali liberalitate sustentauit, Debrecinensi Collegio 5. millia salium fossilium, Scholae Ref. Diószegiensi 50. flor. annuatim soluenda contulit etc. Se, Familiam, et Prouinciam Aug. Donus Austriae protectioni ex consensu Statuum summittendo, obtinuit *Resolutionem Leopoldi* 17. Iun. 1688. cuius Articulo 3. quatuor receptarum in Transilvania Religionum libertati ac securitati cauetur. *Apassi* (Michael II.) Princeps Transilvaniae, qui dum per aetatem ad regimen nondum adultus esset, adolescens XIV. annorum; ne interea Status Transilu. suspenso esset animo, datum est *Diploma Leopoldinum*, quo libertas IV. Religionum confirmatur. Resignato an. 1699. principatu, Viennae domicilium fixit, ibique obiit anno 1713.

Balassa. Ex Magnifica hac Familia ad medium circiter Seculum XVII. reformatis sacris addicta fuerunt: *Andreas*, *Ioannes*, *Stephanus*, circa an. 1579. quorum hortatu et oblato subsidio animatus Petrus Bornemiiza, Versionem Bibliorum Hungaricam adornare voluit, an effectui dederit, incertum. *Valentinus* item *Balassa* auctor notissimorum rythmorum Hungaricorum, laudatus a Ioanne Balog Tholnaeo, pastore Vngvar. et Seniore Helu. Conf. de variis virtutibus heroicis. Fuerunt quippe *Sipismundus* Supremus Comes Comitatus Borsodiensis anno 1540. *Melchior* Supremus Comes Comitatus Hontensis ab an. 1533. ad 1543. tandem Comes Neogradensis et Barsiensis. *Ioannes*, Supremus Comes Hontensis anno 1562. *Andreas*, Comes Neogradensis an. 1575. *Balásfi* (Meinardus) huius concionator fuit Michael Hevesi, mox Pastor Szathmáriensis, et primus Superintendens Trans-Tibiscanus an. 1551. *Bánfi* (Nicolaus) de *Alsó-Lindva*, Comes perpetuus Comitatus Szaladiensis, Maximiliani II. Consiliarius et Pincerna circa an. 1570. cuius concionator aulicus fuit Georg. Kolcsar, auctor Postillae Evangelicae, Bartfae an. 1570. 4. edit. *Ladislaus*, Agazonum Regal. Magister ab an. 1574—1586. *Stephanus*, Dapiferorum ab an. 1554—1568. et Comes Supr. Szaladiensis. *Bánfi* (Franciscus) de *Lóssonc*, Baro et Comes, filius *Wolfgangi* Consilarii, Vittebergae non modo didicit, sed an. 1588. et 1589. Restoris quoque Magnifici munere rarissimo exemplo

functus est. *Dionysus*, magnus sub Apasio I. heros, decem Collegii Claudiopolitani ciuibus an. 1668. stipendia legauit. Consors eius *Catharina Bornemisza* fuit, principissae *Annae* soror germana. *Georgius*, Comitatum Kolos, Doboka, Supr. Comes, primus Transilv. Gubernator a Leopoldo an. 1691. constitutus, et an. 1707. aet. 47. mortuus.

Battyáni (Urbanus) an. 1545. Isabellae Reginae Consiliarius, vetustissimi generis, et spectatae eruditionis Vir: extrema quaeque contra Lutheranos in Transilu. tentanti Georgio Martinusio hic maxime obstitit, vnde per famulum eius veneno sublatus est an. 1546. *Balthasar*, Illustrissimi huius Comitis concionator aulicus fuit in Gissing, seu Nemet-ujj-var. Stephanus Bejthe, Superintendens Reformatus circa an. 1580. *Franciscus*, Balthasaris Filius, praeceptore vsus Nicodemo Frischlino circa an. 1584. mox Emerico Bejthe, memorati filio, et pariter an. 1618. superattendente, qui et concionator eius fuit. Albertus quoque Molnár meminit se per D. Battyáni inuitatum esse in scholam eorum Gissingensem an. 1598. vxor Francisci fuit *Eua Poppellobkovitz*, heroina fidei reformatae. *Adamus a Battyán* fuit demum, qui an. 1628. ad Fidem Romano-Catholicam conuersus. Praedicantem Kanisaeum ex oppido Nemet-Ujjvár exclusit. *Bátori* (Nicolaus) de *Bátor*, Iudex Curiae Regiae, Caesaris Consiliarius, Comes Comitatum de Szabolts et Szathmár

már ab an. 1568. ad an. 1585. *Stephanus Bátori* Ecsediensis, Comes Comitatum Zathmár et Szabolts, Iudex Curiae regiae, Dominus in Varano, Ecsed, Flizér, Onod, etc. cum pietissima sua consorte *Euphrosina Homonnai*, magna ref. religionis nutrice, primas ex Magnatibus Bibliorum Hungar. nouae editionis patronis partes tenebat an. 1589. quem in finem in possessione sua *Visoly* officinam typographicam erigi curauit. Idem cum *Georgio Bátori*, filio suo Ecclesiam et parochiam Varanouiensem pinguisimo prouentu, pagis, molendinis, decimis etc. dotauit. Mortuus an. 1605. Ecsedini, parentante ipsi *Luca Hodászi*, Superattendente. *Stephanus Bátori*, Rex Poloniae, antea Princeps Transilvaniae a die 25. Maii an. 1571. ad d. 28. Ian. an. 1576. Memorabile omnino est, quod *Michaël Paksi*, pastor Agriensis Ref. in Litteris ad *Simlerum* d. 4. Dec. an. 1572. datis, scribit: *Princeps*, inquit, *nouus Transilvaniae Conciliatore* Aulae habet hominem quemdam simplicem, Nostrae, hoc est, piaae Confessionis, sed infra mediocritatem doctum. In eius locum substitui uoluit *Petrum Carolium nostrum*, (Pastor is *Varadiensis* et *Superintendens Helu. Confess.* fuit anno 1572.) sed is natura cum a conuersatione aulica abhorreat, munus hoc obire recusauit, etc. *Gabriel Bátori de Somlyó*, Princeps *Transilu*, a die 3. Martii an. 1608, ad 27. Oct. 1613. quo *Varadini* interfectus est. Fuit an. 1595. supremus Comes Comitatus *Krasznen*sis. Prius apud *Andream* Cardinalem moratus, tandem *Ecsedi-*
uum

num ad Stephanum Batori se recepit, qui eum hac sub conditione in filium adoptauit, vt sacra Rom. Catholica defereret, quod et praestitit, confessionemque Helu. amplexus est, Claudiopoli, quanta fere erat, Vnitarianam sectam profitente; Religio Helu. opem ferente hoc Principe Gabriele ibidem resuscitata, et in Comitibus an. 1608. publice stabilita est. Exuuiæ indultu Principis Gabrielis Bethlenii an. demum 1628. in Bator tumultatae, Petro Alvinczio et Ioan. Czeglédio V. D. Ministris parentantibus. *Barcsai* (Achatius) Princeps Transilu. auctore Io. Csere Apáczaio, Profes. Claudiopolitano, Vniuersitatem Studiorum in Transilu. pro Ref. erigere meditatus est; iussu Imp. Turcarum innocens an. 1661. interfectus est. *Barkótz* (Ladislaus) Vice-Comes Comitatus Zempliniensis. *Bakos* (Ioannes) in Osgyan. *Bátsi*, Praepositus Scepusiensis et Secretarius regius an. 1535. insignis Matthiae Dévai, magni illius Reformatoris patronus et defensor. *Bebech* (Emericus) de *Pelsütz*, antiquissimae et nobilissimae stirpis, Magnus Praepositus Albenlis an. 1535. Matthias Dévai in Dedicatione Disputationis suae contra Georgium Franciscanum, salutatur eum cum sua consorte, pro qua, vt ait, *omnem paternam haereditatem amittere maluit, quam per vagos concubitus volutari etc.* Bodo (Franc.) circa an. 1526. desertis Romanorum sacris, religionem euangelicam amplexus est, eiusque praecipuus promotor exitit: hic occupauit Episcopatum Transiluaniensem. *Botskai Clara*, Illustris Domina,
Magni

Magni Viri, *Io. Csapi de Eszen*, coniux, pia Ecclesiae Dei nutrix, pauperum mater, obiit d. 23. Febr. an. 1586. *Elisabetha*, circa an. 1570. consors Christophori Bathori, supremi Comitis Comitatus Bihariensis, mox Vajvodae Transilu. Stephani Batori, Regis Poloniae fratris, magna religionis ref. faulrix, in eadem educauit liberos suos *Nicolaum, Sigismundum et Griseldin Batori*, filiam bene latine doctam, postmodum Ioanni Zamoiscio, Poloniae Cancellario nuptam; filiis tamen Sigismundo inprimis, deinceps Principe, post obitum piae matris Iesuitarum opera ad papismum conuersis. Haec notissimi Principis soror in id elaborasse fertur, vt integer S. Scripturae Codex Hungarico idiomate in lucem proferri posset. *Stephanus Botskai de Kis-Maria* an. 1605. d. 14 Sept. Principatum adeptus, vita simul et imperio anno 1606. d. 29. Dec. Cassouiae functus. Primus fuit Transilu. Principum Helu. Conf. addictus, pro cuius defensione arreptorum ab ipso armorum felix successus procurauit pacificationem Viennensem d. 23. Iun. an. 1606. in qua libertas religiosa stabilita est. Consors eius fuit *Catharina Hagymási*, vxor antea Nicolai Varkóczy. *Stephanus Botskai*, Comitatus Zempliniensis supr. Comes an. 1671. *Nicolaus Botskai* Liber Baro in Kövesd. *Mart. Benitzki*, R. Hungariae Pro-Palatinus, interfuit Synodo Solnensi an. 1610.

Bethlen (Gabriel) S. R. Imp. et Transilu. Princeps a d. 27. Oct. an. 1613. Hungariae Rex electus d. 25. August. an. 1620. mort. d. 15. Nov. 1629. Inter alia innumera in Ecclesias merita, Collegium Albense accitis e Germania magnis sumtibus Viris eruditissimis fundavit, cum Ferdinando II. tribus vicibus in Hungaria religionem caussatus, bellum felici successu gessit. Pacificationem Viennensem renouavit, iexies ac vicies S. Codicem perlegit, Viros ecclesiasticos eorumque familiam posteritatemque nobilitari praerogativa donavit, Synodo cuilibet sollicite interfuit, Sabbatharios Iudaizantes, quorum tum in Transilvania magna seges, articulatim proscripsit. *Petrus Bethlen de Iktáv*, circa an. 1632. filius fuit Stephani Bethlen principis, haereditarius Hunyadenlis et Maramarasiensis Comes. Consortem habuit *Catbarinam Illyesházi*, filiam *Caspari Illyesházi*. Mortuo Liszkafalvae prope Rosenbergam parentavit oratione funebri Stephanus Benjamin Szilágyi, Professor Varadinus an. 1646. *Ioannes Bethlen*, auctor Historiae Transilu., Cancellarius Transilvaniae annis XV. natus an. 1613. †. an. 1678. Collegium Albense dissipatum per eum potissimum Enyedini collectum est, cui mille Florenos legavit, Agropolitano 3000. Areapolitanum ipse fundavit an. 1674. *Nicolaus Bethlen*, Ioannis filius an. 1642. Consiliarius Principis Transilvaniae an. 1689. mox Cancellarius, † anno 1716. Huic potissimum Diploma Leopoldinum Transilvania acceptum ferre debet. *Wolfgangus Beth-*

Bethlen auctor Historiae Rerum Transilu. iuuenili adhuc aetate factus Comes Albenſis ſupremus, Principis Apafii ſenioris Conſiliarius intimus, et prouinciae Cancellarius, † an. 1679. aetate 40. *Catharina Bethlen*, Michaelis Apafii confors, religioni ref. conſtanter addicta, † Viennae an. 1724. *Stephanus Bethlen*, Principis Gabrielis frater germanus, annis X. Tranſilvaniae Gubernator, Capitaneus Huſztenſis, Praefectus Maramaroſſae, deinde Princeps Tranſilu. vix vnus menſis, Rákoczio ceſſit an. 1630. Vir eximiae pietatis † Eceſdini d. 10. Ian. an. 1648. Vxor eius *Chriſtina Csáky* fuit. *Stephanus Bethlen iunior*, omnium ſuae aetatis in Tranſilvania, iuriſprudentia, magnanimitate, reique tam bellicae, quam politicae peritia praefantiſſimus, repentino morbo an. 1630. ſublatus eſt. *Béldi* (Paul.) *de Uzon*, Conſiliarius Principis Tranſilvaniae, Exercituum ſupremus Dux, Comes Comitatus Szolnok Interioris, Trium Sedium Siculicalium ſupremus Iudex regius. Delatus apud Principem Apafium ac proſcriptus, in vincula a Turcis coniectus eſt anno 1678. in quibus obiit. Magnifici Viri huius ſumtibus itinera ſua academica perfecit Matthias Váradi, V. D. M. et Med. Doct. an. 1666. *Bornemiſza Anna*, coniux Mich. Apafii I. filia Pauli Bornemiſza, Georgii I. Rákoczii Aulae Praefecti et Belli Ducis. ſub oculis Suſannae Loránti filiae inſtar educata, eiusque in religionem reform. amoris et in Muſarum cultores liberalitatis ſedula imitatrix, † an. 1688. *Catharina Brandenburgica*, Friderici Wil-

Wilhelmi Electoris soror, a Principe Gabriele Bethlen in vxorem ducta an. 1626. post fata mariti an. 1630. rempublicam regendam capessit, cui ne per annum quidem praefuit. in patriam reuersa.

Czibak (Emericus) an. 1526. religionem euangelicam amplexus est, eiusque fautor et promotor exstitit. Hic occupauit Episcopatum Varadiensem. *Csáky Michael*, circa an. 1543. Isabellae Reginae Consiliarius et Archicancellarius Ioannis II. Principis Transilvaniae. Dum dissentientes a Georg. Martinusio et Curia Romana in Comitibus Regni Transilu. generalibus rogo imponendi censerentur, hic *Csáky* cum *Vrbano Battyáni*, et *Adrianus* Med. Doct. Archidiaconus Dobocensis resisterunt, quo minus feralem huiusmodi experiri cogerentur sententiam. *Dionysius*, sub Principibus Bathoreis circa an. 1581. etc. Consiliarius, vnus e Procerum numero, quibus Petrus Csokas Laskai, vt benefactoribus suis, quorum sumtibus litteraria eius peregrinatio promota est, varia opuscula dedicauit. *Pavlus* et *Ladislaus*, Magnificis hisce Viris dedicauit Georg. Czeglédi, pastor Varadinus et Senior Librum suum de Trinitate an. 1569. vt membris et patronis Ecclesiae Varadinae. *Michael*, Cancellarius Transilu. circa an. 1573. *Stephanus*, generalis Transilu. Capitaneus Sicularum ad fidem Botskaii iam traductorum submissus ab ipso Dux, cui Catharina Brandenburgica, vidua Bethlenii Principis, nube-

nubere, eumque ad principatum promouere voluisse fertur. *Christina*, vxor Stephani Bethlen Principis Transilu. pientissima, in templo Karkaiensi sepulta, promotrix studiorum Benedicti Sz. Királyi, qui scripsit contra Georg. Enyedi an. 1619.

Dragffi (Caspar.) circa an. 1530. a Matthia Dévai, Andr. Batizi, Mich. Szilvási, et Demetrio Derecskei sacra edoctus, eorumdem opera reformationem oppidi Ujjhely ad Bodrog et Erdöd ac circumiacentium locorum procurauit, iisque, iram regis, aut episcoporum comminationes nihil reformidans, asylum in oppidis suis praebuit. Sub heroica huius tutela et patrocínio celebrata est Synodus Erdödini an. 1545. et mox Ouarini an. 1554. *Bartholomaeus*, Magnifici viri huius meminit Petr. Bodus in Athenis Hungar. dicitque in oppido eius Erdöd, et sub eius protectione florentissimam viguisse Ecclesiam et Scholam, in qua Io. Vitus Balsaratus, Med. Doctor, duce St. Kopátsio studiis operam dedit an. 1547. *Georgius*, Caspari ex coniuge posteriore *Anna Bathori* filius non degener. *Darholtzi de Finta* (Franc.) clarus ad initium Sec. XVII. heros reform. singularis Alberti Molnár patronus. Monumentum eius sepulcrale exstat in templo possessionis Demete in Comitatu Sáros. *Dobo Stephanus*, clarissimus belli dux, primum praefectus Agriensis, mox Transilu. Vajvoda, maritus *Sarae Sulyok*, Heroinae ref. *Annae* sororis, † an. 1571. *Francis-*
Wespr. P. III. X *cis-*

Stephanus Dobb de Ruszka, Comes Comitatus Barsienfis, circa an. 1580. Partium R. Hungariae Cis-Danubianarum supremus Generalis, Capitaneus Agriensis, Haeres Arcium S. Patak, Onod, etc. vir insignis pietatis, et pro religione zelus. *Drugeth de Honorna*, (Stephanus) floruit circa finem Sec. XVI. Vnguarini; vnus ex patronis Caspari Karoli, dum Is an. 1589. S. Biblia Hung. ederet, † an. 1599. *Valentinus*, Iudex Curiae regiae, Sacrae Reg. Maiestatis Consiliarius, Comitatum Zemplén et Maramaros Comes, Arcis Huszt Dominus, magnus orthodoxae fidei in Hung. assertor, † d. 9. Nov. an. 1609. aet. 32. cum suspitione veneni ab aduersariis propinati. Epitaphium ei positum est a Io. Balog Tholnaeo, seniore Tractus et pastore Vngvar. *Ladislav*, supr. Comes Zempliniensis an. 1599. *Dersfi*, *Franciscus* et *Nicolaus*, ille Pincernarum Reg. Magister, et supr. Comes Saros. an. 1599., hic supr. Comes Comitatus Hontensis ab an. 1583. *Dulithius* (Andr.) Episcopus Quinque-Eclesiensis, Vir eruditus et magni nominis, varias Orationes ad Patres Concilii Tridentini publice habuit de communionem sub vtraque specie, et coniugio sacerdotum, quibus Evangelicorum doctrinam se non adeo improbare monstravit, eiusque iam mitius de doctrina euangelica et sentire et loqui ausi auctoritas ac insignis eruditio mitiores de hac religione cogitationes permultis R. Catholicis ea aetate inspiravit. Exemplo suo non parum res Evangelicorum promouit, mutato enim

enim virae genere, et an. 1567. coniuge ducta se ab Ecclesiae Romanae coetu segregavit, † an. 1589. d. 23. Febr. aet. 56.

Eszterházi (Thomas). In serie studiosorum Vittebergensium Nationis Hungaricae comparet, seniore Martino Thuri an. 1589. d. 27. Aug. *Thomas Eszterházi de Galantha Comes et Lib. Bavo.* Scripsit Librum: *A' Krístus e' földön vitézkedő Anyaszentegyházáról. Íratott Galanthán 1601. in 4.* Liber est directe contra Ecclesiam Rom. Catholicam scriptus, in praefatione necessitatem reformationis sacrorum multis urget verbis. *Franciscus*, vnus e Magnatum numero, qui Leges sup. *Tract. Trenchinienſis* an. 1600. in Synodo Euangelicorum conditas subscripserunt.

Feyerthoy (Ioannes) Secretarius Cancellariae regiae, datis an. 1551. ad Bullingerum Litteris progressum doctrinae euangelicae in Hungaria eum gaudio significat, eidemque pro eruditissimis scriptis, quibus gens nostra ab innumeris superstitionibus repurgata est; quasque se ingenti cum fructu legere indicat, Hungarorum nomine gratias agit. *Forgach de Gimes.* *Simon* et *Emericus*, Heroes incomparabiles. verae religionis adfertores, et promotores vna cum Comitibus *Balassa* proiecti Petri Bornemisza circa an. 1576. de edendis lingua Hungarica Bibliis. *Simon* † an. 1598. *Emericus* sup. Comes Trenchinienſis an. 1582. *Sigmundus* sup. Comes Neogradienſis an. 1582.

Michaël, Simonis Lib. Baronis et Pincernarum Reg. Magistri filius, Vittebergae d. 3. Augusti an. 1587. Albo studiosorum Nationis Hungar. hunc in modum: *Michael Forgách de Gimes* Baro, nomen suum inscripsit. Io. Caluini institutum Libros ad vnguem tenuisse, atque interpretum diuinorum oraculorum Scripta nocturna diurnaue versauisse manu Petrus Pazman testis est. *Petrus* et *Nicolaus*, via matrimonii ad ritus Ecclesiae Rom. deflexerunt. *Margavetha*, confors Magnifici Ladislai Gyulaffi Lib. Baronis, celebris de nostra Confessione Heroïna, an. 1568.

Georgius Marchio Brandenburgicus, Regis Hungariae Wladislai ex sorore Nepos, eiusque filii Ludouici II. tutor, Gyulam arcem precipuam Comitatus Békesiensis propriam habuit, et incoluit. Quia vero mature et in ipso reformationis crepusculo Doctrinae euangelicae eum fauisse, eamque defendisse, nec de Hungaria illum prius decessisse, quam Ludouicus II. vxore ducta sui iuris euasisset, quod anno demum 1522. contigit, hinc altius etiam initium Reform. in istis partibus, quam a Nadyiis an. 1523. repetendum patet. Accusatorum apud Ludouicum Dissidentium causam fideliter suscepisse, eosque in Silesia, Bohemia, *Hungaria*, protexisse testatur Scultetus in Postilla. *Georgius Abbas de Ludan*, amotus dignitate propter ductam vxorem, et receptam doctrinam Lutheranam circa an. 1557. *Gyulai* (Paul.)

(Paulus) post peragratas Caspari Bekéfi tum-
 ti us Academias, Stephani Bathori, Regis
 Polon. secretarius, mox redux in Transilua-
 niam Cancellarius sub Sigismundo Batori, cu-
 ius iussu an 1592. misere trucidatus est. *Gyu-
 lffi* (Eustach Lestar.) sub Sigismundo Batorio
 Principe circa annum 1590. Consiliarius cu-
 mulata eruditione; et ad Principes Christianos
 aequae ac ad Portam Ottomanicam saepius Le-
 gatus.

Haller (Gabriel) ex Illustri familia Lib.
 Baronum de Hallerstein an. 1614. ortus, an.
 1630. auitae religioni Rom. Catholicae nun-
 tium misso, Academias Helu. Conf. addictorum
 exoticas salutauit, et post reditum in patriam
 seruitiis Principum Rakoczii I. et mox Apaffil
 I. se addixit. Occisus a Turcis d. 15. Nov.
 an 1663. *Horvath* (Marc.) an. 1554. et seqq.
 Praefectus et Commendans arcis Szigethensis,
 magnus Doctoris St. Szegedi fautor, et fre-
 quens ac deuotus auditor, et qui libenter con-
 secrationi Ministrorum ab eo institutae saepius
 interfuit, gratia Regis Ferdinandi an. 1559.
 Baronibus adscriptus. *Gregorius Horvath Stanfith*
 Lib. Baro de Gradetz, Marci filius, in castello
 suo Nehrensi infra Kesmarkinum Scholas ape-
 ruit, viros ad docendum idoneos ex Germa-
 nia adsciuit, in his M. Alb. Grauerum, in v-
 sus publicos Bibliothecam amplam instruxit,
 immo quod summum in laude, per duos annos
 ore suo docuit. Floruit occidente Sec. XVI.

Casimirus Horvátb de Petvityewitz, Capitaneus Fagarasiensis, laudatus Petro Laskai, qui ipsi inscripsit Librum de Adoratione Dei an. 1581. *Ioannes Horvath de Lomnitz*, Praepositus Sceptuensis, infensus antea Euangelicorum hostis, de eorum religione melius instructus an. 1544. resignatus Ferdinando I. Regi Praeposura, delectaque ex Insignibus suis mira episcopali, duxit uxorem *Sigetham Iost Leufjebouieciem* haec mortua *Annam*, Pro-Comitis Francisci *Pobánkas* filiam, cuius et haeredem, Maximilianum Imp. et Stanislaum Thurzo tutores testamento reliquit.

Iakfith. Anna, Petri *Iakfith* vidua claruit circa an. 1529. Haec accitis Euangelicae doctrinae theologis permisit, ut subditis in circulo et vltiori Hungar. praecipue inter Chrysum et Marusium eam praedicarent, qui praedicatione conuicti magno numero coetus Euangelicorum accederunt. Haec eadem Ioannem Balsaram iuuenem liberali in scholis aluit stipendio, quem filia *Anna Iakfith* post mortem Matris suae Vittebergani liberalibus sumptibus adiucum ad tractanda studia ad Philip Melanctonem exmisit. *Illyeshizi* (Steph.) Aug. Conf. Regni Hungar. Palatinus, Comes Trenchinensis et Liptouiensis, Legatus Stephani Botskai ad Rudolphum Imp. cum quo nomine sui Principis pacem Viennensem an. 1606. conclusit. *Catharina*, vxor Petri Bethlen an. 1632. *Imreji de Sacerdabely* (Ioannes) sub Principe Gabriele

briele Bathori Statuum Transilu. Praesidens an. 1600. Huius munificentia exstructum est templum Disszegiense, docente Inscriptione. *Ioannes Sigismundus*, Rex et Princeps Transilu. Hunc Dionysius Alesius primum Lutheranus, mox Helu. Confessioni subscribens suae fidei participem fecit, eique fuit a sacris ad annum 1563. quo Alesius gradum *Superattend n'is*, eiusque in Transilvania *primi* nactus fuit teste Donationali Ioannis II. conuocauit pastores ex Hungaria et Transilu. ad publicum Colloquium an. 1566. et 1567. in negotio Antitrinitariorum, suaque praesentia ornauit synodum et regia liberalitate promouit. Mox partibus Arianorum fauens an. 1569. synodum Varadinam coegit aduersus Ministros Ecclesiarum Reformatarum an. 1571.

Károlyi (Mich.) Lib. Baro in *Nagy-Károly* an. 1617. memoratus Alberto Molnár inter benefactores suos. *Ioannes Károlyi* † ante annum 1599. *Ladislaus Károlyi* de *Nagy-Károly* † anno 1587. *Susanna Károlyi*, pientissima femina, vxor Gabrielis Bethlen, Principis, immatura morte anno nempe aetatis 32. exstincta 1622. d. 2. Iul. et Albae tumulata. *Wolfgangus Kamuthi*, Capitaneus in Arce Gyula. *Andr. Kapi*, circa an. 1632. Georgii I. Rákóczi Consiliarius intimus, supr. Comes Comitatus Kolosiensis, Petri Alvinczi patronus. *Georgius*, filius eius pariter Consiliarius intimus *Michaelis Apaffii* circa an. 1669. et Comitatum

Hunyad, Zarand, et mediocris Szolnok supr. Comes. *Martinus Kecheti de Kyres*, Episcopus Wefzpremiensis ab an. 1534. ad an. 1548. quo ad Lutheranos transiuit, Magnifici Antonii Drugeth filia in matrimonium accepta; cuius viduam tandem *Franciscus Kendi* habuit in matrimonio: *Anton Kendi* floruit in Transilu. anno 1551. vir magnificus. *Alexander*, Lib. Baro circa an. 1557. seqq, magnus Heros, eruditus in oris exteris, sub Christophoro Bathorio Cancellarius, at an. 1594. cum aliis Optimatibus a Sigismundo Báthori Principe perimi iussus. *Ladislaus Kerecseni*, Liber Baro, an. 1566. a Turca captus sub arce Gyula. *Io. Kemény de Magyar Gyerö Monoflor*, filius Balthasaris an. 1607. natus, in Principem Transilu. electus, die 24. Dec. an. 1660. et apud Nagy-Szölös in praelio cum Turcis die 23. Ian. an. 1662. commisso, ab equis conculcatus. Scripsit Librum *Gilead-beli Balsamom* inscriptum, iussu Susannae Loránti an. 1659. S. Patakini in 4. editum. *Stephanus Korláth*, supremus Capitaneus Szendrouiensis. *A Kolonits Sigefvidus*, *Carolus* et *Ernestus*, in Hungariae Indigenatum circa an. 1598. recepti, Bonis quoque donati, multis in Ecclesiam meritis inclaruerunt. *Sigefvidus*, Caesareani exercitus Dux iam anno 1582. sub arce Pofoniensi in Domo Kamperiana cultum diuinum per ministerium Andreae Reifz, quem ab Ecclesia Ratisdorffensi euocauerat, magna liberalitate aliis quoque inseruendo alebat. *Balthasar Kovács*, Capitaneus Palankensis. *Wolffgangus*

gus Kováſotzi, poſt perluftratas Europae Aca-
demias varias, ſub Principibus Stephano et
Chriſtophoro Bátoriis Conſiliarius et Cancellar-
ius, occiſus vna cum ſocero *Alex. Kendio*,
anno 1594.

Liſſhi Ioannes et Stephanus, Liberi Barones.
Lovántſi Michaël, Dominus in S. Patak, Borſi
et Csetnek, claruit circa annum 1615. vnica
eius filia fuerat *Suſanna Lovántſi*, conſors Geor-
gii I. Rákoczi ab an. 1616. principiffa erudita,
quae praeterquam quod doctorum Virorum
opera in publicam edi iuſſit lucem, ipſa quoque
elucubrauit Librum *Móſes és a' Próſéták* inſcri-
ptum Albae Iuliae an. 1641. editum. A morte
mariti S. Patakini plurimum egit, Collegium-
que ibi ſitum ad eum euexit gradum, quo non
ſe illud altius vumquam extulit. Anno adhuc
1655. in viuis fuit, quo ſcilicet Confeſſio Tar-
czalienſi-Tordenſis an. 1562. confeſta, eius
iuſſu recuſa fuit.

Mágoeſi Caſparus, Liber Baro, Comes Co-
mitatum de Bereg et Thorná, patronus et
promotor editionis S. Bibliorum Viſolyienſis
an. 1589. Hymnus Hungaricus *Mikoron Dávid*
Saul elott futna, Nro. 95. nomen eius initiali-
bus verſuum litteris exprimit. *Andreas*, Do-
minus in Bereg et Thorná, Doctrinae, reli-
gionis euangelicae, et litteratorum fautor mu-
nificentiffimus circa an. 1584. *Franciſcus in Vng-
vár*, S. Reg. Maieſtatis Conſiliarius, Partium

Regni Hungariae superiorum Generalis, vulgo Generalis Cassouienſis, Comes Comitatum Beregiensſis et Thornenſis, † non ſine ſuſpitione propinati toxicſ ad d. 21. Nov. anni 1611. aetat 30 ſepultus in templo oppidi Beregſzáſz. *Maſſai* et *Nadányi*, Lib. Barones, et Plagae circa Békes Domini haereditarii an. 1523. et ſeqq. in religione Reform. turanda et inter Chryſium et Maruſium fluuios per Emer. Ozorai, Thomam Gaſzézſi, Lucam litteratum etc. propaganda inclaruere. *Eulalia Maſſai*, fuit vxor Caſpari Magocſi, inſignis Petri Melii Patrona, cui libellos quoque ſuos hic dedicauit an. 1563. ſeqq. *Maria Auſtriaca*, vxor Ludouici II. ſoror Caroli V. Imp. † an. 1558. Habuit concionatores aulicos, Conradum Cordatum, natione germanum, qui in corruptos ſulae totius et ciuium Budenſium mores detonuit, et Ioannem Henkel, ſeu Io. Hungarum, Leuſchouienſem, quem Regina an. 1529 Leuſchouiam vocatum dimittere noluit. Plura hoc ipſo Articulo de Maria, quae ſtatim retulimus, repeti poterunt *Maſſai*. *Sigismundus* et *Paulus Maſſai* in *Munkuſfalua*, patroni fuerunt Alberti Molnar an. 167. *Sigismundus* ſtudiuit Vittebergae an. 1537. interfu t Synodo Szepesvárallyenſi an. 1614. vt deputatus Comitatus Scepuſienſis. *Myláth Lib. Baro* in *Fagaras*, Vajvoda Tranſilvaniae an. 1551. † Conſtantinopoli in captiuitate, conſortem habuit *Annam Nádasdi*, Thomae Nádasdi Palatini Hung ſororem, cui iam viduae inſcripſit Caſpar. Heltaí Tomum *Vituae*

Bibliorum Hung. Nou. Testamentum continen-
 tem, an. 1561. *Matskási* (Balthasar) Comes
 Comitatus Szolnok Interioris, aliquot Legatio-
 nibus ad vtramque imperatoriam Aulam cum
 laude defunctus. Curator Collegii Enyedienſis
 circa an. 1671. *Maximilianus II. Romanor. Imp.*
 Rex Hungariae ab an. 1554. ad an. 1577. No-
 tum est eum in iuuentute Praeceptore Wolffg,
 Seuero, et postmodum concionatore Io. Seb.
 Pfausero, vtrisque protestantibus, et ea de
 causa Aula pulsus, vsum elie (vti et Medi-
 cus eius Crato von Kraffenheim iisdem sacris
 addictus fuit), quin et Nouum Testamentum a
 Ioanne Siluestro, Thomae Nadasdi Palatini con-
 cionatore aulico, in Hungaricum translatum,
 Ferdinandi I. Filiis, *Maximiliano* et Ferdinando
 dedicatum, et nrox Viennae an. 1541. altera
 vice impreſum, Maximiliani II. filii, Rudolpho
 II. et Ernesto inscriptum esse. Notum porro
 in genere est, eum protestantibus fauisse, iis-
 que liberum in suis ditionibus religionis exer-
 citium indulſisse. Sed luculentius his omnibus
 ipse perhibet testimonium in Litteris ad Electo-
 rem Palatinum Fridericum III. *Viennae in per-*
secutione, vt ipse ait, d. 2. Apr. an. 1560. ex-
 aratis, in quibus testatur *se doctrinam in Con-*
fessione augustana comprehensam pro vera ac christiana
religione agnoscere, atque in illa etiam professione,
mediante gratia diuina vitam suam finire, ac crucem
ac persecutionem patienter ferre, eoque nomine a
Parente Ferdinando I. affligi ac contristari; a Missa
omplures iam annos abhorreere etc. etc. Exstant
 Lit-

Litterae in Bibliotheca Hagana Class. IV. Fasc. III. Consona his sunt, quae leguntur in conspectu Historiae Vniuersitatis Viennensis a PP. Soc. Iesu ibidem an. 1725. edito, pag. 2da. *Mérey de Mére* (Mich.) Locumtenens Palatini ab an. 1563—572. filia eius *Anna*, confors magnifici Domini *Caspari Serechy*, pariter fuit religionis euangelicae.

Mild alias *Chinaz* (Gregorius) Iudex primarius Leutschouiensis in Scepusio an. 1524. et 1525. *Defensor sectae pessimae lutheranae*, vt ait Conradus Sperfoc, scriptor coeuis, et iuxta eundem; *Vir sapiens et intelligens, et expertus in causis et rebus ciuilibus, Hungarus perfectus, sicut et Alemannus.*

Nadasdi. Thomae Nadasdi, R. Hungariae Palatini, et Croatiae Bani liberali munificentia excitata fuit Naeonesi, seu Uj-Szigethini typographia, in qua Benedictus Abádi an. 1541. Noui Foederis Libros ex translatione Hungarica Io. Siluestri, aliter Erdössi dicti, Thomae Nadasdi concionatoris aulici per Phil. Melanchtonem ei commendati, edidit. Comiti *Francisco* huius filio an. 1554. nato, pariter Lutherano, a sacris concionibus fuit an. 1590. Georgius Muraközi, Pastor Sarváriensis, postea in Hungaria inferiori Superattendens. *Franciscus* † an. 1603. *Paullus Nadasdi*, Comes Castris ferrei, eandem religionem professus est, *Franciscus* R. Catholicis semet adfociauit. *Antonius Nyakazo*,
Ar-

Arcis Váradiensis Capitaneus; sub hoc Ciuitas Váradiensis coepit reformari, qui ex arce Sacerdotes S. Ladislai et Monachos dimouit. *Franciscus Nyári*, fuit supr. Comes Comitatus Hontensis an. 1543. *Puullus Nyári de Bedeg*, Eques auratus, Rudolphi II. Consiliarius, Pincernar. Reg. Magister, Capitaneus arcis Váradiensis, Comitatum Bihar, Mediocris Szolnok, Kraszna et Maramaros iupr. Comes, † an. 1611. viduae eius *Catharinae V.irdai* dedicauit Petrus Margitai V. D. M. Debrecinensis Explicationem Symboli ab eo Debrec. an. 1624. editam. *Steph. Nyári de Bedeg*, *Paulli* filius, Eques auratus, Comitatus Szabolts perpetuus Comes, Rom. Imp. et Regis Consiliarius, et Camerarius circa an. 1634. fuit etiam Consiliarius Gabrielis Bethlen. Anno 1630. occupatum est templum Varanouiense in Comitatu Zemplen pro Franciscanis, nil obflare volentibus hoc *Stephano Nyári Lib. B.* et *Anna Telegdi* eius consorte, Dominis loci terrestribus. *Nadányi*, vid. *Massai*.

Oknay (Thomas) Capitaneus Szögyeniensis. *Ostrozith. Andreas Ostrozith de Giletintz* et in *Ilava*, interfuit Synodo Solnensi Aug. Confess. addictorum an. 1610. et tertius inter Magnates numeratur. *Iouannes Ostrozith de Giletintz, Lib. B. in Ilava*, comparet in Albo Academiae Vitteb. an. 1616. vbi publice quoque disputauit. *Oryszag Helena* coniux fuit Gabrielis Peréni, matrona pietate erga Deum, fide et amore in maritum, pudicitia, beneficentia, patientia &c. ornatissima,
Mu-

Mufarum Pannonicarum, vt et Ecclesiaturū euangelicarum patrona munificentissima, † an: 1569. aetat. 31. et sepulta S. Patakini ad latus mariti. *Barbara Ország de Guth*, consors Francisci Török de Enying, magna Reform. religionis faulrix, circa an. 1567. Post Francisci mariti sui fata nupsit *Comiti Echio*, supremo Capitano Iaurinensi, Maximiliani II. Consiliario. Huic *Barbarae* viduae inscripsit Valent. Hollopoeus Zikszai opus suum de tribus fidei articulis, Debrec. an: 1574. editum:

Paczoth. Francisci Paczoth vidua ex III. Balassiorum familia oriunda cum filiis. *Lib. Baronibus in Tarkány* an. 1617. Meminit eius vt Patronae suae Albertus Molnár. Vnus ex filiis eius *Franciscus Paczoth de Becki* nomen suum dedit Albo Academiae Vitteb. an: 1616. sub Rectoratu Magnifico Emerici Thurzó. *Patoczi Sophia*, vxor *Georgii Bebech de Pelsitz*, Francisci filii, circa an. 1569. non solum strenua fidei euangelicae propugnatrix fuit, sed etiam constanti animo impetum hostilem per longum tempus in arce Saadvara sustinuit, vsque quo exsulans maritus illi suppetias ferret. Huic inscripsit Melius *Libros Samuelis et Regum* in Hungaricum versos Debrec. an. 1565. *Pálfi (Catharina)* consors *Stephani Illyesházi*, quo cum Templum Rosembergense reaedificati curauit anno 1585. docente Inscriptione. *Marcus Pemplinger* Comes Saxonum, siue regius Iudex Cibiniensis an. 1522. seqq. non solum ipse *Libros Lutheri* legit.

legit, aliisque commendauit legendos, sed non obstantibus Litteris Regis Ludouci II. comminatoriis, aut Archiepiscopi Strigoniensis ac Monachorum machinationibus, Georgium quemdam Silesitam, e usque socios doctrinam Lutheri praedicantes in domo propria alui, idque effecit, ut non modo vniuersa ciuium multitudo, sed et adiacentia loca breui reformarentur. *Peregrini* (*Petrus*) Districtus Agriensis dynasta ditissimus, supr. Comes Comitatus Abaujvariensis, postea Coronae S. conseruator, opera Stephani Kopácsi et Michaelis Sztárai, a quibus doctrinam euangelicam acceperat, excitatus, S. Patakini templum pro Reformatis inde a fundamento excitauit, scholamque fundauit. Iniustissimis maleuolorum criminationibus oppressus, a Ferdinando in carceres Neostadienses coniectus, quorum squallores sex annis perpeffus, ibidem codici S. picturis illustrando immortalis est, constans Veritatis euangelicae confessor an. 1548. aetat. 47. vniuersus regni status et ordines pro eius liberatione Regi supplicasse testatur Artic. 55. an. 1545. *Gabriel*, Petri filius, Comes Comitatus Abaujvár, summus militiae super. Partium Hungar. Praefectus, Tauernicorum Magister, Consiliarius S. Caesariae Maiestatis, et postremo Iudex Curiae, † Posonii in Conuentu omnium Baronum an. 1567. aetat. 35. in templo S. Patakiensi, cuius aedificationem absoluit, sepultus. Obsecutus testamento, quo Pater morti vicinus rem sacram atque eruditam ipsi commendauerat, fuit ecclesiarum

Pan-

Litterae in Bibliotheca Hagana Class. IV. Fasc. III. Consona his sunt, quae leguntur in conspectu Historiae Vniuersitatis Viennensis a PP. Soc. Iesu ibidem an. 1725. edito, pag. 2da. *Mérey de Mère* (Mich.) Locumtenens Palatini ab an. 1563—572. filia eius *Anna*, confors magnifici Domini *Caspari Seready*, pariter fuit religionis euangelicae.

Mild alias *Chinaz* (Gregorius) Iudex primarius Leutschouiensis in Scepusio an. 1524. et 1525. *Defensor sectae pessimae lutheranae*, vt ait Conradus Sperfoc, scriptor coeuus, et iuxta eundem; *Vir sapiens et intelligens, et expertus in causis et rebus ciuilibus, Hungarus perfectus, sicut et Alemannus.*

Nádasdi. Thomae Nádasdi, R. Hungariae Palatini, et Croatiae Bani liberali munificentia excitata fuit Naeonesi, seu Uj-Szigethini typographia, in qua Benedictus Abádi an. 1541. Noui Foederis Libros ex translatione Hungarica Io. Siluestri, aliter Erdössi dicti, Thomae Nádasdi concionatoris aulici per Phil. Melanchtonem ei commendati, edidit. Comiti *Francisco* huius filio an. 1554. nato, pariter Lutherano, a sacris concionibus fuit an. 1590. Georgius Muraközi, Pastor Sárváriensis, postea in Hungaria inferiori Superattendens. *Franciscus* † an. 1603. *Paullus Nádasdi*, Comes Castris ferrei, eandem religionem professus est, *Franciscus* R. Catholicis semet adfociauit. *Antonius Nyakazo*,
Ar-

Arcis Váradiensis Capitaneus; sub hoc Ciuitas Váradiensis coepit reformari, qui ex arce Sacerdotes S. Ladislai et Monachos dimouit. *Franciscus Nyari*, fuit supr. Comes Comitatus Hontensis an. 1543. *Puullus Nyari de Bedeg*, Eques auratus, Rudolphí II. Consiliarius, Pincernar. Reg. Magister, Capitaneus arcis Váradiensis, Comitatum Bihar, Mediocris Szolnok, Kraszna et Maramaros supr. Comes, † an. 1611. viduae eius *Catharinae Várdai* dedicauit Petrus Margitai V. D. M. Debrecinensis Explicationem Symboli ab eo Debrec. an. 1624. editam. *Steph. Nyari de Bedeg*, *Paulli* filius, Eques auratus, Comitatus Szabolts perpetuus Comes, Rom. Imp. et Regis Consiliarius, et Camerarius circa an. 1634. fuit etiam Consiliarius Gabrielis Bethlen. Anno 1630. occupatum est templum Varanouiense in Comitatu Zemplen pro Franciscanis, nil ob stare volentibus hoc *Stephano Nyari Lib. B.* et *Anna Telegdi* eius consorte, Dominis loci terrestribus. *Nadanyi*, vid. *Massai*.

Oknay (Thomas) Capitaneus Szogyeniensis. *Ostrozith. Andreas Ostrozith de Giletintz* et in *Ilava*, interfuit Synodo Solnensi Aug. Confess. addictorum an. 1610. et tertius inter Magnates numeratur. *Iouannes Ostrozith de Giletintz, Lib. B. in Ilava*, comparet in Albo Academiae Vitteb. an. 1616. vbi publice quoque disputauit. *Ország Helena* coniux fuit Gabrielis Peréni, matrona pietate erga Deum, fide et amore in maritum, pudicitia, beneficentia, patientia &c. ornatissima,
Mu-

Musarum Pannonicarum, vt et Ecclesiaturū euangelicarum patrona munificentissima, † an: 1569. aetat. 31. et sepulta S. Patakini ad latus mariti. *Barbara Ország de Guth*, consors Francisci Török de Enying, magna Reform. religionis faulrix, circa an. 1567. Post Francisci mariti sui fata nupsit *Comiti Echio*, supremo Capiraneo Iaurinensi, Maximiliani II. Consiliario. Huic *Barbarae* viduae inscripsit Valent. Hollopoeus Zikszai opus suum de tribus fidei articulis, Debrec. an. 1574. editum:

Paczoth. Francisci Paczoth vidua ex III. Balassiorum familia oriunda cum filiis. *Lib. Baronibus in Tárkány* an. 1617. Meminit eius vt Patronae suae Albertus Molnár. Vnus ex filiis eius *Franciscus Paczoth de Beki* nomen suum dedit Albo Academiae Vitteb. an: 1616. sub Recloratu Magnifico Emerici Thurzo. *Patoczi Sophia*, vxor *Georgii Bebech de Pelsitz*, Francisci filii, circa an. 1569. non solum strenua fidei euangelicae propugnatrix fuit, sed etiam constanti animo impetum hostilem per longum tempus in arce Saadvara sustinuit, vsque quo exsulans maritus illi suppetias ferret. Huic inscripsit Melius *Libros Samuelis et Regum in Hungaricum versos* Debrec. an. 1565. *Pálfi (Catharina)* consors *Stephani Illyeshazi*, quo cum Templum Rosebergense reaedificati curauit anno 1585. docente Inscriptione. *Marcus Pempblinger* Comes Saxonum, siue regius Iudex Cibiniensis an. 1522. seqq. non solum ipse *Libros Lutheri legit*.

legit, aliisque commendauit legendos, sed non
 obstantibus Litteris Regis Ludouci II. commi-
 natoriis, aut Archiepiscopi Strigoniensis ac
 Monachorum machinationibus, Georgium quendam
 Silesitam, e usque socios doctrinam Lutheri
 praedicantes in domo propria aluit, idque effe-
 cit, ut non modo vniuersa ciuium multitudo,
 sed et adiacentia loca breui reformarentur. *Pe-*
reñyi (Petrus) Districtus Agriensis dynasta di-
 tiffimus, supr. Comes Comitatus Abaujváriensis,
 postea Coronae S. conseruator, opera Stephani
 Kopácsi et Michaëlis Sztárai, a quibus doctri-
 nam euangelicam acceperat, excitatus, S. Pa-
 takini templum pro Reformatis inde a funda-
 mento excitauit, scholamque fundauit. Iniustif-
 simis maleuolorum criminationibus oppressus,
 a Ferdinando in carceres Neostadiensis conte-
 ctus, quorum squallores sex annis perpeffus,
 ibidem codici S. picturis illustrando immortalis
 est, constans Veritatis euangelicae confessor an.
 1548. aetat. 47. vniuersus regni status et ordi-
 nes pro eius liberatione Regi supplicasse testa-
 tur Artic. 55. an. 1545. *Gabriel*, Petri filius,
 Comes Comitatus Abaujvár, summus militiae
 super. Partium Hungar. Praefectus, Tauernico-
 rum Magister, Consiliarius S. Caesareae Maie-
 statis, et postremo Iudex Curiae, † Pořonii
 in Conuentu omnium Baronum an. 1567. aetat.
 35. in templo S. Patakiensi, cuius aedifica-
 tionem absoluit, sepultus. Obsecutus testamento,
 quo Pater morti vicinus rem sacram atque eru-
 ditam ipsi commendauerat, fuit ecclesiarum
 Pan-

Pannonicarum nutritius ac protector pientissimus. Testatur id inter alia Legatio per ipsum an. 1563. ad Augustum Saxoniae Ducem, Academias item Vittebergensem et Lipsiensem controuerfiarum Theologicarum caussa instituta. Fratribus *Francisco* et *Georgio* vestigiis Parentis inhaerentibus, ante eum, vt videtur, extinctis, stemma Perenianum a 600. annis florens finit, quod et Bona Pereniana ad fiscum regium post Gabrielis mortem deuoluta haud obscure indicant. *Petrus Petrowitz*, a Martino Kalman-csehi in Munkáts mysteria fidei Reform. vber-
 tim edoctus, et circa an. 1548. Comes et Praefectus Temesvariensis creatus, Doctorem Stephanum Szegedinum ad regendas Scholae loci eiusdem, in toto illo tractu celeberrimae habenas adhibuit, qui non docebat solum iuuentutem, sed et populariter concionabatur cum collega Christophoro Lippensi. Transilvaniae dein Praefecturam sub titulo Locumtenentis Isabellae Reginae nactus, plurima ad propagationem religionis Reformatae patrauit. *Petrus*, circa an. 1526. deserta religione R. Catholica, euangelicam amplexus est, et promouit. Hic occupauit Episcopatum Chanadiensem. *Praepostuari* (*Sigismundus*) *Lib. Baro de Lokúcz*, fuit Regis Hungariae Camerarius an. 1635. *Sebastianus Boldi* superattendens in Siluania circa an. 1536. fuit concionator DD. Praepostvariorum Beltekini. *Prinyi* (*Gabriel*) circa an. 1612. S. R. Maiestatis Consiliarius, Dominus in Tur-Terebes, Nyaláb, Nagy-Ida, etc. perpetuus Comes

Comes Comitatum Ugotfa et Abauivar cum sua conthorali *Catharina Salgai* prouentuum omnium oeconomicorum Decimas Dei gloriae promo- uendae consecrarunt, et intra 13. annos quinque Studiosos sufficientibus sumtibus ad Academias exteras promouerunt circa an. 1637. Iisdem tem- poribus claruere *Franciscus et Gabriel Prinyii*, Comites Abaujvarienses. *Steph. Petmbazi*, Co- mes Zarandiensis et Capitaneus in arce Boros- lenö. *Casparus Peto*, Capitaneus Geisztelyientis.

Rakoczi de Felső Vadász. Sigismundus ex Praefecto seu Capitaneo Agriensi Rom. Impe- ratorum, Transilvaniae Gubernator. an 1607. Princeps creatus, an. vero 1608. dignitate re- signata † in F. Vadász. Hic cum aliis editionem Bi- bliorum Visolyiensem, vt et plurimorum Iuuenum itinera Academica proprio aere promouit cum Theod. Beza litterarium commercium habuit. Consors vitae eius fuerat *Catharina Alaphi. Geor- gius I.* Sigismundi filius, † Transilv. Princeps a d. 20. Sept. an. 1630. ad d. 11^o Oct. an. 1648^o quo obiit. An. 1644. a Protestantibus Hungar. ob religionem oppressis oratus, foedere cum Svecis contra Ferdinandum III. inito, non prius arma deposuit, quam Pacificatione Lintzensi d. 16. Sept. an 1645. religionis Libertas confirmare- tur, templa 90. Protestantibus restituerentur. Struxit et reaedificauit templa, ornauit scholas, donauit Ecclesiis campanas multi valoris, Gra- dualia pariter 200. Ecclesiis Albae Iuliae an. 1636. in fol. impressa, Eius iussu conuocata eti

praesente celebrata est Synodus Nationalis Szathmár - Némethini d. 10. Iun. an. 1646. Idem confirmavit Canones Ecclesiasticos Geleianos an. 1647. Claudiopoli, et an. 1648. Albae Iuliae. *Sigismundus* Georgii filius, iuuenis magnanimus et sapiens a Catharina Brandeburgica in filium adoptatus, eaque legante arcis Munkáts Dominus, supremus exercituum Parentis in expeditione contra Ferdinandum Generalis, in qua Io. Tholnaeum castrensem secum circumtulit concionatorem, † ex Variolis an. 1652. aetat. 29. postquam paullo antea *Henriettam*, Electoris Palatini filiam, vxorem paucorum mensium morte praematura amisisset. *Georgius II.* Georgii filius, ex Capitaneo Varadiensi et Generali Haydonum Princeps Transilv. a d. 23. Ian. 1649. ad 22 Maii an. 1660. quo commisso cum Turcis praelio vulneratus † Varadini d. 8. Iun. Canones ecclesiasticos Geleianos consensu suo, vernacula scripto, hic quoque confirmavit, Ex *Sophia Bátori*, post mortem mariti ad R. Catholica sacra reuertente, suscepit *Franciscum I. Rákoczi* an. 1652. in Principem electum, sed qui titulo tenus tantum is fuit, † Munkátsini an. 1677. liberis *Iuliana* et *Francisco*, ex *Helena Zrinyi* Petri Croatiae Bani filia relictis. *Rhédei de Kis-Rhéde. Franciscus*, Comitatum Bihar et Marmaros supremus Comes, arcium Sz. Iob, Huizt, Várad Capitaneus, Gabrielis Bethlen Consiliarius, et a Matthia 11. Imp. equitis aurati titulo decoratus. Ad mandatum Magnifici hujus Viri edidit Debrecini an. 1616. *Paulus Lipsiensis* Confessionem Helv. Hungarice conuersam

a Petro Czene, pastore Ersekujvariensi. *Franciscus*, praecedentis filius, ex Comite Maranarotensi Princeps Transilvaniae a d. 3. Nov. an. 1657. ad d. 24. Ian. an. 1658. Virpius & miris litteratorumque fautor, qui in vsum Scholae Debrecinae prouentum decimalem pagi Szent-Imre in Comitatu Bihariensi, cessit. Ex *Drusiana Bethlen*, Stephani filia suscepit filium vnicum, *Ladislaum*, Comitatus Maranarasiensis supremum Comitem, Sedium Kézdi, Sepsi, Orbai supremum Capitaneum, qui in iuuenili aetate extinctus sine prole. *Réwai Franciscus*, Consiliarius, Comes Turoczenfis et Locumtenens Palatini R. Hung. ab an. 1543. ad an. 1553. eiusque filius *Gabriel* circa an. 1560. *Petrus de Rewa*, Comes Comitatus Turoczenfis, Magister Curiae, Consiliarius S. Regiae Majestatis, S. R. Coronae Conseruator, interfuit Conuentui Solnensi Aug. Confes. d. 30. Aug. an. 1610. in quo Articuli de Superattendentibus, Curatoribus, Scholis, Disciplina Ecclesiastica etc. conditi sunt. *Sidonia Rewar*, *Matthiae Ostrosib* vidua, novam S. Bibliorum translationem e editionem animo voluit. *Io. Rueber*, *Lib. Baro a Pixendorff* et *Grawenwerth*, indigena tactus an. 1572. fuit in Partibus superioris Hungar. Capitaneus et supr. Comes Sarosiensis ab an. 1573 — 1584. Reposuit is Partium super. Hungariae Ecclesias in debitum ordinem: in Synodo Cassouiensi an. 1568. negotium religionis magna diligentia egit.

à *Salm & Neuburg (Iulius) Comes, Ius Indigenatus nactus an. 1563. per Magnificam *Elisabetham Thurzo Dominus in Sempta et Galgocz. Habuit circa an. 1570. Concionatorem Evangelicum Petrum Abstemium. Nicolaus, Praefectus Munimenti Canischa, supremus Comes Pofoniensis Comitatus an. 1575 — 1580. Ecchius, Eiusdem Comitatus supremus Comes 1552 — 1574. Stephanus Söth, Capitaneus Levensis. Sulyok, Anna Sulyok, Magna Heroina, faulrix Evangelicae religionis circa an. 1564. consors Baronis Io. Ballassa, Insignem ista aetate intertenuit haec Domina in arce Veterosoliensi concionatorem Petrum Bornemisza. Sorores habuit pariter fidem Reform. zelantes. Magnificam *Christinam Sulyok, Saram item Sulyok, viduam Stephani Dobo, clarissimi et optimi Belliducis, prius Praefecti Agriensis, mox Transilvaniae Vajuodae, † an. 1571. Lazarus Svendi, supremus Exercituum Caesareorum Generalis sub Carolo V. et Maximiliano II. multis de Turca et Io. Sigismundo rege reportatis victoriis clarus, singularis gratiae Caesareae fauoribus maectatus † an. 1574. Hic non tantum gentem nostram ex manibus Turcarum liberavit, sed etiam Ecclesiae Reform. sub eius auspiciis tutae fuerunt. Eius uslu et sub eius protectione conuocata fuit Synodus Casloviam an. 1568. vbi erat arcis Praefectus, contra Lucam Agriensem, Arianismo infectum, et multas in Hungaria turbas dantem, qui et ob easdem auctoritate Lazari Svendi Casloviae in carcerem coniectus, vltra quinquennium in captivitate detentus fuit. *Szeesi****

Thomas, et *Georgius* eius filius, Lib. Barones, Domini in Murai-Szombath et Felső Lindva, August. fuere Confessionis ad finem Sec. XVI. Alb. Molnár testatur in Postilla Scultetica sibi munus Praeceptoris Aulici a Magnifico *Thoma Szécsi* oblatum esse an. 1617. *Nicolaus*, filius *Thomae* Reformatus factus est, reliqui Lutherani. Natu minimus *Dionysus* fidem R. Clatholicam amplexus est. *Steph. Szini*, Vir illustris, orthodoxae Religionis propugnator acerrimus, † an. 1587. *Christophorus Szinyei de Szinye-Ujfalu*, memoratus inter benefactores ab Alberto Molnár. *Ioannes Szerecsen*, deserta R. Clatholica religione, Evangelicis se adgregavit, eosdem tutatus est, an. 1526. Occupavit Episcopatum Quinque-Eclesiensem.

Telegdi (Nicolaus) Stephani Batori, Polon. regis ex sorore nepos, Lib. B. circa an. 1573: seqq. non paucos in Academiis exteris sustentavit. In promevenda Ecclesiarum pace ac tranquillitate, et profligandis Vnitariorum erroribus, multum desudavit: cum Beza litterarium commercium coluit. Sepultus in templo oppidi Telegd, † an. 1583. d. 11. Septembr. *Teleki de Szék. Michael*, Apaffio I. primum a Consiliis, mox Eiusdem exercituum Generalis, Comes Tordensis, Albenfis, Marmarosienfis Comitatum, sedium Siculicalium, arcis Huszt, ac Districtus Kövár Capitaneus, et ab Imp. Leopoldo titulo S. R. I. Comitatus ornatus, atque mox Apaffio II. fatis cadente Transilv. Gubernator designatus, sed qui

in pugna Zerneckensi contra Tökölum an. 1690 die 21. Aug. fortiter occubuit. Hic 5. stipendia Studiosis Claudiopolitani Collegii legauit, et praeterea 18 annorum interuallo 18. Studiosos e Collegiis Transilv. totidem florenorum millibus ad exterarum Academiarum pronouit. *Thurzo* (*Franciscus*) ab an. 1534. Eppiscopus Nitriensis, et Camerae Pofoniensis Praefectus, circa an. 1557. deseruit Episcopatum, ac ad Euangelicos transiens, primum *Barbaram*, filiam Nicolai Kofztkade Szedlitz, postea *Catharinam* filiam Nicolai Comitis Zrini, duxit in matrimonium, ex hac suscepit *Georgium* Palatinum. Ecclesiae in Lethawa, multaeque Arvenfes per eum florentem indeptae sunt faciem. Anno 1564. Comes Comitatus Arvensis, et an. 1566. supremus Annonae Commissarius, Curiae uero Magister ab an. 1569 ad 1576. quo mortuus est. *Alexius Thurzo de Bethlemsfalua* circa an. 1540. uir prudentiae et grauitatis singularis et priscae integritate moris, ab Wladislao et Ludouico dignitatibus et bonis auctus, maiores opes a Ferdinando I. nactus, et inter intimiores eius ministros adoptatus. *Georgius*, Alexii filius, Hungariae Palatinus, Iudex Cumanorum, supremus Comes Aruenfis, ac perpetuus Locumtenens suae Maieftatis per Hungariam, vnus ex Magnatibus, qui Articulos Solnenses de Superintendentibus etc. an. 1610. constituerunt. Eiusdem ex annuentia et singulari commissione celebrata est Synodus Szepes-Váralyensis an. 1614. *Stanislaus*, pariter Alexii filius, et Palatinus, Terrae Scepusiensis perpetuus Comes, Fer-

Ferdinandi II. Confiliarius et Hungariae Locum-tenens, confirmavit auctoritate sua Palatinali Articulos Semptaviensis Consistorii an. 1622. *Christophorus*, Comes perpetuus Scepusiensis et Sarofiensis supremus, Lib. B. arcium Szepes Bajnoz, etc. Eques auratus, Regius Cubicularius, ad requisitionem Eius conuocata fuit Synodus Szepesvárallyensis an. 1614. cui interfuit. *Emericus*, Georgii filius, venit in Academiam Vittebergam an. 1615. et sequenti semestri tenuit Academiae fascēs. Adamus et Michaël R. Catholicus ad sociati sunt. *Sigismundus Torda*, Vittebergae studuit an. 1539. Melanchtoni singulariter carus, inde Basileam ad studia commigravit. Sub Ferdinando I. fuit Procurator proventuum regionum. *Tököli. Stephanus* et *Nicolaus Sebastiani Lib. Baronis in Kesmarck* etc. opulentissimi, Filii, Heidelbergae circa an. 1605. sub Paraeo didicerunt, qui eos testatur domestica sibi familiaritate carissimos fuisse. *Stephanum* Albertus quoque Molnár benefactoribus suis adnumerat. *Stephanus* Dominus oppidi Kesmark et Sarnich etc. Conspirationi an. 1670. detectae intricari non potuit, licet id intenderetur, cum esset maximopere zelofus Lutheranus. Obiit ex moerore ob ereptas sibi tres filias, et Viennae ad Sacra Romana amplectenda compulsus. *Emericus* Stephani filius, aequē Aug. Conf. addictus, Hungarorum ob religionem malecontentorum antesignanus, vmbatilis Transilv. Princeps in locum Apaffii II. sublectus an. 1690. sed fugatus ad Turcas, † die 13. Sept. an. 1705. Hic.

an. 1682. in superiori Hungaria victorica circumferens arma, Pastores et Rectores exfules Evangelicæ Confessionis reuocauit, officiis restituit, Collegium S Patakense an. 1672. a Iesuitis occupatum vna cum templo loci eiusdem, et Templum Carloviense Maius reddidit, et vtriusque templi inaugurationi cum vxore *Helena Zvinyi*, et priuignis suis orphanis Rákocziianis, nec non Magnatibus Evangelicis quam plurimis, præfens interfuit. *Török. de Enying. Valentinus*, filius Stephani *Török*, Domini oppidi Debretzen, et patroni Galli Hufzár, et Basilii Radán, pastorum Debrecinensium; vnus hic fuit ex iis, contra quos an. 1523. tamquam hæreticorum fautores, querulosam regi instantiam Magnates Catholici porrexerant, vt eos poena capitis et ablatione Bonorum punire dignetur. *Valentinus* iste fuit Comes Hunyadensis, et Magnus Terræ Transdanubianæ Generalis, heroicis pro Patria gestis facinoribus clarissimus, et ipsi Solymanno formidabilis. Hic pastorem sibi cognominem *Valentinum* Papá Debrecinum, hæredium suum, adduxit, et nobilis oppidi huius reformationem procurauit. Captus a Turcis an. 1529. in qua captiuitate mortuus, filium reliquit *Franciscum Török*, paternorum Bonorum et amoris in Ecclesias hæredem: sub huius patrocinio celebrata est Synodus Debrecinensis an. 1567. in qua Heluetica Confessio recepta est. Filius *Franciscus* hæres bonorum et religionis eius fuit *Stephanus Török Lib. Baro de Enying*, Comes perpetuus Comitatus Hunyadensis, Hæres arcium Dios-Györ, Sirok,

Sirok, Oroszlánkő, etc. patronus Alberti Molnár circa an. 1617. Frater vero natu maior Eiusdem Francisci fuit *Ioannes Török*, Comes Hunyadensis, qui habuit in matrimonio *Melchioris Balassa de Gyarmath* filiam.

Vngnad (Christophorus) Banus Croatiae circa an. 1579 eiusque coniux *Anna Loffonczy*, Horum iussu scripsit Petrus Bornemisza Superattendens Transdanubianus Librum Postillarum et sumtibus edidit V. Volum. in 4. an. 1579.

Valkai (Nicolaus) Vir toga sagoque illustris Heros eximius, verae religionis defensor, † an. 1585. *Franciscus Vesselenyi*, sub Ferdinando III. militarem superioris Hungariae Praefecturam octennio singulari fortitudine gessit, post multa praeclare gesta in Comitibus an. 1655. omnium Statuum et ordinum consensione in Regni Palatinum eligi meruit, † Teuto-Lipsae an. 1667. *Paullus*, natus Stephano praecedentis fratre et *Anna Lonyai*, virtute et dignitate militari sub. Apasio I. conspicuus fuit. Consortem habuit *Suffannam Béldi de Uzon*, piam Ecclesiarum fautricem. *Thomas Vizkelety*, aetate Principis Botskay claruit.

Zolyomi de Albis (David) Lib. Baro in Székelyhid, gener Stephani Bethlen Principis Transilv. sub Rákoczi I. tam aulicae quam castrensis militiae et trium Sedium siculicalium Sepsi, Kézdi, Orbai Capitaneus. An. 1633. d. 21. Aug.

ob motas ab eo quasdam turbas notam incurrit, ac Kúvarinum in captiuitatem mittitur, in qua post 18. annos obiit. Ex eius liberalitate possidet Ecclesia huius duo vasa argentea seu cantharos magnae fatis capacitatis inter clenodia: *Nicolaus*, Davidis filius, Comitatum Hunyad et Zarand Supr. Comes circa an. 1665. Apaffi I. Principis Consiliarius, quin et aemulus metuentus. Coniux illius *Clava Melit Briberi* fuit. *Ladislau Zombori*, sub Principibus Bathoriis circa an. 1581. Consiliarius, Petro Laicovio laudatus. *Nicolaus Zrinyi*, immortalis gloriae Heros; qui in obsidione arcis Szigeth gloriose occubuit an. 1566. nostrae Confessioni addictus fuit, Eius filius *Georgius* concionatorem aulicum habuit Paulum Lonchaeum. Huius filii rursus *Nicolaus* et *Georgius* fuere, quorum prior *filiam Francisci Nardardi* ducens, Aug. Confessionem amplexus decessit sine liberis; alter *Georgius* in gratiam tutoris Georgii Thurzo Palatini factus Lutheranus, mox in aula Caesaris fidem Romanam professus est, ministrosque Protestantes ex vniversa ditione Murakózeni eiecit; huius filii fuerunt *Nicolaus* et *Petrus* paternae religionis haeredes. *Catharinae Frangepaniae*, Petri Perényi viduae, iussu facta est per Benedictum Abadi, aulae alumnum, Versio Epistolarum D. Paulli Apostoli, Cracoviae an. 1532. impressa. Alii. Clar. Mart. Klanitza insignem etiam talium Virorum collegit recentissime manipulum, in erudito *De Christiana Tolerantia* Pestini an. 1783. in 8. edito Libello publicatum; est vultum inde enasceretur Volumen, si singulorum

rum renouatae in Hungaria Doctrinae fautorum nomina, eorumque in sanctiorem Remp. merita singillatim eruderarentur: ipsi enim fidissimi Curiae Romanae alumni. *Ad Contzen Politic. Libr. IX. cap. 10. St. Szántó* in opere MScto. et ex hoc *Mart. Sz. Iuanius* Dissertat. Paralipomen. pag. 127. *Ferdinand. Behamb.* Notit. Hungar. Part. II. pag. 177. non sine cordolio palam professi sunt, omnes fere Hung. Magnates et Nobiles, uno atque altero excepto, ad Euangelicorum sacra Sec. XVI. vltro transiisse,isque fuisse addictissimos, quoad sedula PP. Soc. Iesu diligentia post eorum in Hung. aduentum, aureum illud Euangelii iubar sensim obscuraretur.

SVPPLEMENTA
AD
BIOGRAPHIAM
MEDICORVM
HVNGARIAE ET TRANSILVANIAE
ADDENDA.

Centur. I. Artic. 6. *Ioannes Vitus Balsaratus*,
Pauli V. summi Pontificis Romani primum archia-
ter, mox exercitatissimus Hungariae Medicus, deinde
postremis vitae annis Ecclesiae et Ludi Litteraril
S. Patacensis moderator, nouissime oratione funebri,
Virteb. an. 1576. in 4. edita, a Basilio Fabritio
Szikszouienfi laudatus, quam turpi et execrando
per *Franciscum Forgach*, Episcopum M. Varadien-
sem, et Regni Hungariae Cancellarium, fuerit
insimulatus crimine, vix vnquam in vniuerso Me-
dicorum orbe audito; ipsa, si placet, audiamus
Praefulis insultati verba, in *Commentariis Rerum*
suo

suo tempore gestarum, Lib. XVII. memoriae posteritatis commendata: „*Gabriel Perenus*, cum *Isabella*
 „ et *Ioannes Filius* in *Transiluaniam* reduceretur,
 „ ab *Ferdinando* vindicandae mortis paternae ardore
 „ desciscens, partes *Isabellae* secutus est, vnde
 „ iterum nullam ob causam, sed leuitate sola
 „ ingenii, ad *Ferdinandum* defecit, et breui articulari morbo usum pedum manuumque amisit.
 „ Denique suae familiae postremus, extincto cum
 „ eo gentis quoque nomine, nullius rei memoria
 „ dignus, *Pofonii* e viuis discessit. Vxorem habuit
 „ sororem *Christophoram Országh*, lectissimam
 „ matronam, cui venenum paullo ante mortem,
 „ ne sibi superuiveret, propinavit, nam cum ab
 „ ea stulte admodum peteret, ne se defuncto alteri
 „ nuberet, precari se ei longiorem vitam respondit;
 „ ceterum de futuris nescire se quidpiam certi
 „ promittere, spem tamen de se meliorem habere
 „ vellet. Quare *Medicum Ioannem Vitum*, *striſto*
 „ ense interminatus ei praesentem mortem, adegit
 „ venenum conficere, et ei propinare, quae paullo
 „ post mortem mariti languescens sensim membris,
 „ atque omnibus sensibus penetrante vi veneni, in
 „ flore aetatis misere vitam finiuit. Quod facinus
 „ nulla caritate ille perpetravit, quae enim caritas
 „ in scelere esse potest? Sed vana tantum inflatione
 „ mire ambitiosus, et elatus, indignum inter secretos sermones iactaret, ut sua coniux umquam
 „ ab alio attrectaretur. Ideo rara et inaudita fere
 „ barbarie numquam in conuiuium alterius adhibuit,
 „ neque etiam propriae suae mensae, numquam
 „ cum viro loqui, neque etiam intueri passus,

„ neque fenestris vmquam prospicere, quas absens
 „ quoque signare solebat, vsque adeo sui aestimator
 „ maximus, aliorum vero contemtor, vt quum
 „ quodam tempore aeger decumberet, et illa, vt
 „ erat pla, et curiosa circa maritum, quemdam
 „ nobilem adolescentem *Stephanum Semsey* veste
 „ tantum forte contigisset, ita ira exferuerit, vt
 „ eam conuitis affectam intra parietes viuam de-
 „ fodiendam et enecandam fanne mandauerit, ni ab
 „ familiaribus aegre disuasus fuisset: Nobilis qui-
 „ dem ille adolescens captus, et paulo post veneno
 „ sublatus est.

Vides L. B. quanta *Forgachius* in *Gabr. Perenium* cumulate coniecerit scelera, nullo vmquam redhoftimento expianda. Patrocinium quidem *Perenii* suscipere nolim, sed quia celeberrimum aetatis suae *Medicum*, virum integrae existimationis, *Ioannem Vitum*, salutifero ordini nostro adscriptum, ira nefando perpetratae intoxicationis infimulauerit crimine, sentabo hanc effictam *Forgachii* de *Vito Nostro* narratiunculam, dubiam saltim reddere: quod non aliter me consecuturum sperauerim, quam vbi *Perenii* aequae ac *Forgachii* effigiem vitae breuibus in charta hac deliniauero. *Gabriel Pereni*, *Petti* filius, *Emerici* nepos, vir in vtraque *Pannoniae* rep. illustrissimus, fuit Comes Comitatus *Abaujvariensis*, summus militiae superiorum partium *Hungariae* praefectus, *Tauernicorum* Magister, *Consiliarius* S. Caes. Maestatis, et *Iudex Curiae Regiae*; acerrimus repurgatae Religionis propugnator, liberalis litterarum litteratorumque patronus, munificus
 prae-

praeconum Euangelii nutritius, mox Pofonii anno
 1567. aetat. 35. die 28. Iun. in conuentu omnium
 Baronum lethali dysenteria confectus, et S. Pata-
 kini in Templo a se fundato, et impensis suis
 erecto, d. 28. Iul. tumulatus, cui *Bajilius Fabri-*
tius Zikzai, Ludi Magister in Saros Patak erudi-
 tissimus, funebrem de vita et obitu recitauit ora-
 tionem, Vitteb. an. 1568. in 4. plag. 6. typis
 Io. Cratonis impressam. Sermonem hunc lugubrem
 in publico eoque frequentissimo inclytorum R. Hung.
 procerum, fanus ducentium, concursu habitum,
 in quo Perenii in remp. ciuilem aequae ac sanctiorem
 merita, superius statim recensita, nemo inuentus
 est, qui vel in littera saltim reprehenderit. *Hele-*
nam Orszagh quod adinet, eam annum vnum cum
 dimidio supra XXX. natam, biennio post mortem
 mariti an. 1569. Kal. Maii Terebesini feliciter
 mortuam, et Patakini ad *Illius* latus sepultam
 fuisse, idem cordatus orator sacer *Fabritius* in Pane-
 gyrico, Defunctae recitato, et Vitteb. an. 1570.
 in 4. edito, memoriae prodidit; fidem eius et amo-
 rem mutuum in Hercem maritum pluribus dilaudat
 verbis. Ad conciliandam dictis fidem, eos in con-
 cordi vixisse matrimonio, non pigebit inscriptionem
 Areae sepulchralis, Marito ab vxore positam e lau-
 dato Fabritio exscribere: *Illustri ac Magnifico Heroi,*
Genere, pietate et virtute inclyto, de Rep. et Eccles.
Vngarica optime merito, Gabrieli Pereno etc. feli-
citer et sanctae mortuo; an. aetat 35: Christi 1567.
Iun. 28. amoris constantis ergo, moerens multis cum
lacrymis Coniux fidiissima Helena Orszagposuit. Idem
clarissime euincit Vexilli quoque ad Turulum erecti

Inscriptio D. M. S. *Genere Magistratibusque spectabili,*
opibus magnifico Domino Gabrieli Perenio, Comiti
Abaujvariensis Comitatus perpetuo, eodem Anno,
summo Militiae Superior. Part. Vngar. Praefecto,
et Thauernicorum Magistro, Consiliario S. Caesar.
Regiaeque Maiestatis, et postremo Iudici Curiae
Reg. quem Pofonii in Conuentu omnium Baronum,
lethalis dysenteria confecit 28. Jun. 1567. vixit
annos XXXV. mens. XI. Vxor Helena Országh
Moesta F. F. Eundem amorem coniugalem spirat
altera quoque Vexilli facies: D. M. S. Gabrieli
Perenio, Maximo Heroi etc. Vltimus hic haeres,
Patriae pene cineribus suos coniunxit, aeterna spe-
ctans, nomen aeternae vitae continuum parauit. Vixit
an. 1567. IV. Kal. Quintil. triumphat aeternum.
Vxor Helena Országh moesta amoris ergo posuit.
 Sed mutuum Gabr. Perenii et Helenae Országh ani-
 morum coniunctionem sincerus orator omnium cla-
 rissime in praefixo Prologo explicat, dum scribit
 se crebris Viduae precibus inductum fuisse, vt
 oratio haec, defuncto Marito recitata, typis exscri-
 beretur, ab omnibus publice legenda, ita ibidem
 sermonem continuaturus: *Volui, inquit, acerbissi-*
mos orbitatis angores, quibus M. T. plus aequo
macerari ac pene contabescere audio, ista qualicum-
que obseruantiae debitae significatione solari. Illis
autem G. T. immodice indulgere nec decet, nec
utile est: non tantum quod imbecillem alioqui mor-
bisque atrocibus fractam valetudinem moerore isto
frustra conficies: sed etiam quod minus aequum est illius
mortem tam pertinaci luctu deslere, cui hac migra-
tione nihil omnino mali, imo aeterna requies com-

parata est. Nonne Reu. *Forgachium* turpi sane mendacii imo calumniae aperte haec conuincunt? quippe qui *Helena* Orszag ne nomen quidem probe cognitum habuerat, *Christophoram Orszag* illam perperam nominando. Quantus praeterea Vir fuerit *Gabr. Perenius*, en Epitaphium monumento marmoreo, in Templo S. Patacensi condito ex utroque latere incisum, a memorato *Baf. Fabritio* versibus expressum, et orationi sacrae typis publicatae annexum!

Pannoniae Proceres inter clarissimus Heros,
Vnica spes stirpis, lux, gloria sola Perennae,
Religionis honos, Patriae Pater (heu breue Regni
Solamen) populi dubiis in rebus asylum:
Pacis amans almae, bellis ciuilibus hostis,
Imperioque bonis clemens, ut fontibus asper,
Securam solitus requiem praestare colonis,
Musarum portus, tuus, o Ecclesia, vindex;
Quo Duce Pannonicis spes fulsit laetior aruis,
Quo moriente labant et squalent cuncta, videmus:
Hic iacet ad lucum Regni Patriaeque perennem
Illustris Gabriel procerum decus ille Perenus,
In Templo sibi quod pridem fundauerat ipse.
Qui licet hic summis perfunctus honoribus amplum
Iam nomen meruit, cui funera nulla nocebunt:
Stemmatibus ecce tamen fatalia flumina prisci
Quod per sexcentos nunquam defecerat annos,
Finiit, et patriis obdormiit ipse ruinis etc. etc.
Vltimus his Gabriel iungit se Nominis Haeres,
Quae nunc tota Domus cantat super aethera Christum.

Quis *Forgachius* quoque Vir fuerit, quia in breui labore modum tenendum nouerim, vnum prae reliquis dumtaxat excitauisse sufficiat *Istvánfium*, qui *Historiarum Lib. XXIV. pag. 314.* viuum illius nobis depinxit imaginem, dum Is inani innatae sibi ambitionis turbine exagitatus, in illustrissimae familiae, et ordinis sui sacri opprobrium detestando perfidiae crimine se contaminasset. „Haud dissimili
 „ quoque commotae mentis errore, per superbam
 „ et stolidae ambitionis vanitatem, *Franciscus For-*
 „ *gachius, Episcopus Varadiensis, a Caesare ad*
 „ *Ioannem Sigismundum* desciiuit, ac primo in
 „ *Italiam, deinde e Venetiis per Ragufinos, Thra-*
 „ *ces Belgradumque et Temesuarium in Transilua-*
 „ *niam* penetrauit; non alia *Transfugii* causa,
 „ quam quod *Episcopatum Iaurinensem, quem ipse*
 „ *post obitum Pauli Gregoriancii* vehementer ex-
 „ petebat, *Caesar* quamuis in eum propensior,
 „ tamen aliorum precibus expugnatus, *Zachariae*
 „ *Delphino Cardinali* contulisset. Is suo discessu
 „ nequaquam contentus, *Ladislaos* quoque *Gyulafio*
 „ *militari viro, vt se abeuntem* sequeretur auctor
 „ fuit; qui duplici se iniuria affectum que-
 „ rebatur, quod *Pornonensem Abbatiam* a *For-*
 „ *gachio* contra leges sibi oppignoratam, vt deti-
 „ neret, *Caesar* nequaquam admisset; altera
 „ quod *Captiuus* quidam *Turca* admodum diues,
 „ vt sibi ademptus foret. Quae *Forgachii* flagitia
 „ *Caesar* tanto silentio transmisit, vt contumaci
 „ animo spreuisse existimaretur.“ Sed quid aliud
 turgidus temeratae fidei et impotentis animi Prae-

MS&to egit, vt ex attenta eiusdem lectione cordatis constare poterit lectoribus, quam vt Viros quosque illustri stemmate natos, toga sagoque clarissimos, passim allatraret, Theonisque subinde arroderet, laceraret, dentibus; vbi potissimum de hominibus diuersam religionem profitentibus sermo illi instituendus fuerat. Haec procul dubio causa esse poterat, cur *Gabrielem Perenium*, tam illustri loco natum, tot tantisque honoribus perfunctum Heroa, turpissimis in adducto superius specimine onerare haud erubuerit criminationibus. Vtinam *Perenium* hunc, *Filium*, ab iniuriis et scomatibus, quibus *Forgachius* inique denigrauerat, prolixioribus et euentioribus documentis olim vindicaret quispiam in modum *Rotaridis*, quem in *Histor. Hung. Litterar. Lineamentis* §. XV. tonitrua et fulmina a *Mich Bombardio*, *Sam. Timone*, et inprimis *Nic. Bengero*, in *Petrum Perenum*, *Patrem*, furiose vibrata viriliter retorsisse nouimus. Non interim quidem negauerim Commentariis *Forgachianis* MS&tis plures veras intertextas esse narratiunculas, sed quis eas, quaeso, a falsis discriminauerit, nisi opus integrum Historicum, in furnum ardentem prius coniectum, igne chemico depuratum atque cohobatum fuerit. Ex his itaque iam nouissime illud quoque consieri intelligimus, quam suspectae et prorsus sublestae fidei opus sit *Forgachianum*, narratiunculam quoque de *Ioanne Vito*, Medico Hungariae sui temporis celeberrimo, confictam, vix vero nobis videri posse simillimam.

Ioannis Viti huius, Medici, memoria superstes conseruata est in Diario quoque Briccii Kokauini MSdo, cui ad d. 24. Iul. haec de illo inscripta leguntur: D. Vrbanus Noctua, Senator Eperiensis primarius, Vir pietate, sapientia, et virtute excellens, absente coniuge in lethalem aegritudinem incidit, cui per os incredibilis copia sanguinis effluxit, qui Dei beneficio per Doctorem Ioannem Vitum sedatus est anno 1568.

Io. Viti Balsaratii mortem David Sigemundus Cassouiensis pluribus defleuit Carminibus, Orationi de vita et obitu Basilii Fabritii Sziksziouiensis a Georgio Caesare Cassouiensi habitae et Vittebergae an. 1577. in 4. plag. 12. editae, adtextis:

- 1.) *Non vitam, mortales viuimus omnes,
Vera sub Adamo perdita vita fuit.
In terris mors est, in coelis viuitur; ergo
E terris VITVM vita sub astra tulit.*
- 2.) *Ausoniis olim quod valla Georgius oris,
Et quod Teutonico Langus in orbe fuit:
Hoc tu Paeoniis celeberrime gentibus heros,
VITE Pater, vita dum fruueris, eras.
At tua te postquam morientem vita reliquit,
Et vicit medicas Parca seuera manus,
Omnibus es Medicis ipso quoque Paeone maior,
At si vicisses funera, Phoebus eras.*
- 3.) *Nuper vt exarsit scelerum deus ultor in iras,
Decreuitque sua sumere tela manu:*

Ante

*Ante alios parat vlttrici consumere peste
Oppida cum populis Paeonis ora tuis.
Ergo satum I haebo traducit in aethera VITVM,
Funestam possit ne cohibere luem.*

4.) *In vitam multos stygio reuocauit ab orco
VITVS, ob id vitae nomen adeptus habet.*

5.) *Conueniens VITO nomen fecere Parentes,
Vita fuit Patriae saepius ille suae.*

6.) *Non alio VITVS debebat nomine dici,
A vita nomen conuenienter habet.*

*Tradidit hic vitam multis, sibi tradere vitam
Non potuit: dulce est, dum vocat hora, mori.*

7.) *Das patriae vitam, das multis, VITE, salutem,
Quid mirum est igitur, si tua vita labat,
Felix, qui potuit simili sua lumina futo
Claudere; pro patria est dulce piumque
mori.*

8.) *Elysiis VITVM spatientem nuper in agris
Vidit Galenus, vidit et Hippocrates:
Atque sui veram mirati corporis umbram,
Nec se Galenus, nec putat Hippocrates.*

In Epithalamico, nuptiis Clar. Basilii Fabricii
Zicqai, et Margarethae Vitus a Casp. Decio scripto,
et Vitteb. an. 1567. in 4. edito Vitus noster,
excellens Med. Doctor adpellatur: quod pag. 4.
eodem condecoratur elogio:

*Haec eadem VITVS, clarus diademate Doctor
Proposuit toto saepe monenda die etc.*

In carmine epithalamico eiusdem Bas. Fabritii Zikzai ab Io. Vetefio et Franc. Copacio, discipulis, Vitteb. an. 1568. in 4. plag. x 152. edito, Sponsa, Margarita virgo, vocatur *Soror Excellentissimi Viri Domini Ioannis Viti Balsuratii, Doctoris artis Medicae peritissimi.*

Inter reliqua Epitaphia Daudis Sigemundi Cassouienfis Basil. Fabritio decantata, ita *Io. Vitum, Medicum ingeniose deflet peste peremtum:*

*Vt vitum e terris ad sidera transtulit heros
 VITVS, et aëria venit in aëtra via,
 Partem animi fidam in terris post fata reliquit,
 Nec potuit secum tollere Fabritium,
 Poscit ob id supplex, coelestia numina reddant
 Vt se Fabritio, Fabritiumque sibi.
 Neve tot insignem meritis patiantur alumnum
 Longius humana conditione premi,
 Audiit orantem Medicinæ Delius auctor,
 Et Nati iussit pondus habere preces,
 Ergo sua promens feralia tela pharetra,
 Spargit in aërias spicula dira vias.
 Occultumque pluit coelesti e sede venenum:
 Saucia fatali vulnere turba cadit,
 Aflatique ruunt vicina per oppida ciues,
 Nec modus est tanti meta nec vlla mali,
 Sors etiam sua Fabritium coeli afferit oris,
 Cum VITO vitæ restituitque suæ.
 Felices animæ, quas mutuus abstulit ardor,
 Viuet in aeternos gloria vestra dies.*

In Centuria I. Artic. 56. *Petri Melii Zubáfsz*,
V. D. Praeconis et Botanici Debrecinensis ope-
ribus adnumerantur:

1.) *Confessio Catholica de praecipuis fidei articulis ex-
hibita sacratissimo et catholico Romanorum Impera-
tori Ferdinando, et filio suae I. Maestatis D. Regi
Maximiliano, ab vniuerso exercitu equitum et pedi-
tum S. R. M. a Nobilibus item et incolis totius vallis
Agrinae, in nomine Sanctae Trinitatis ad foedus
Dei custodien. iuramento fidei copulatum et decer-
tantium pro vera fide, et religione in Christo, ex
scripturis sacris fundata. Anno MDLXII. Huic
confessioni subscripserunt Debrecien. et iocorum vici-
norum Ecclesiae Debrecini in. Hic est titulus inte-
ger Libri huius, qui omnium primus ex officina
typographica Debrecinensi in 4. plagg. 23. prodiit,
et supplicibus verbis Sacratissimae et Catholicae
Romanorum Imperatoriae Maestati Ferdinando Regi
Hungariae, et Filio suae M. Serenissimo Principi
ac Domino D. Maximiliano etc. Dominis suis natu-
ralibus et clementissimis ab humillimis et obsequen-
tissimis subditis fidelibus, et toto exercitu equitum,
peditum ac totius ciuitatis inhaeratoribus, Nobili-
bus ac Ignobilibus Agriensibus oblatus. Agriae die
6. Februar. an. 1562. signatus: ita orationem suam
exorfi: Ex literis et mandatis S. R. M. V. Com-
missariorumque S. M. V. iram et indignationem
super nos, simul ex Legatorum nostrorum relatione
intelleximus propter iniquam et iniustam peruerso-
rum hominum accusationem etc. totam quia hanc
Agriensium Apologiam Ferdinando Regi et filio
Principi Maximiliano exhibitam, Historiae Diplo-
maticae R. Hung. fol. 7. insertam probe nouerim,
eam breuitati consulturus hic non exscribam. Dum
scilicet vniuersus equitum peditumque exercitus*

vna cum nobilibus et ignobilibus totius Vallis Agrinae incolis, arctissimum de seruanda ac tutanda Religione euangelica foedus in arce Agriensi inter se se inirent, et ob id a maleferiatis hominibus nonnullis apud Regem perduellionis crimine inique accusarentur: tunc ab atroci tali crimine, falso sibi impacto, Litteris his Confessionis suae fidei praefixis plenissime purgarunt, adeo quidem vt Rex Ferdinandus, et Princeps Filius Maximilianus, Agriensium hanc fidei suae Confessionem tacito suo consensu adprobarit, iisque vt fidelissimis suis subditis ciuibus liberum Religionis exercitium benignissime indulserit. Hanc totam fidei confessionem a *Petro Melio Juhászio Nostro*, hortatu Agriensium, concinnatam fuisse, ex adtexta Melii Epistola *Fratribus Debrecini collectis et pio Lectori* nuncupata, atque *Debrecini III. Calend. Iul. An. Christi nati MDLXII.* scripta, patet euidentissime. Praeter articulos fidei in rarissimo Libro hoc contentos, etiam receptas in plebe de *Lamiis, Strigibus, Lemuribus, Incubis, Fascino, Ligationibus, Sortilegiis, Diuinatione, et auguriis* absurdas intertexuit Auctor eruditissimus opiniones, easque in coetu Christianorum haudquaquam tolerandas adserit. Morbum inprimis Hungarorum *Lidert, concubitum* puta cum *Satana*, Hebraeis *Lilit* dictum, quem *Medici recte pellutionem spermaticam* vocauere, maximopere execratur; *ieiunio* potius et *oratione*, id est, *vera poenitentia*, et *pharmæis profluuium seminis sistentibus*, vt *taccis agni castitatis, in vino potis, atque aqua rutae et nymphaeae destillata* curandum praecipit, nihil in his et similibus morbis cleri exorcismis, et amuletis sacris quidquam proficientibus. Quam erudite de *incubo Bozorkan* dicto, auctor noster pagina extrema 175. differat, exscribam speciminis loco integram eius
de

de illo commentatiunculam: DE BOZORKAN.
 „ Quod Graeci Ephialten et pnigaliona vocant,
 „ id genus morbi Latini incubum vocant. Qui
 „ est suffocatio vitalis spiritus in cerebro et in
 „ omnibus neruis, orta a viscosis crudisque hu-
 „ moribus. Accidit autem saepius dum supini
 „ iacent homines, pulmo comprimitur, vitali
 „ spiritu cessante, et suffocato in principiis ner-
 „ vorum. Curatur euacuationibus, phlebotomia,
 „ et remediis incidentibus crassos humores. Im-
 „ pie existimant oppressionem diabolicam aut strigum
 „ esse. Licet cerebrum compressum fingat
 „ imagines opprimentis molis. Non tamen dubi-
 „ tandum est Satanam potentem esse in filiis in-
 „ credulis, dum eos exagitat data e supernis
 „ potestate.“ Magno reuera et pietatis zelo et
 eruditionis apparatu scriptus est Liber hic omnium
 fere rarissimus: omnes in eo adlatae Orthodoxae
 fidei adsertiones non modo indubitatis S. Litterarum
 testimoniis verae esse euincuntur, sed etiam
 SS. Ecclesiae Patrum, Conciliorum, etc. adfensu
 comprobantur.

- 2.) *Breuis Confessio Pastorum ad Synodum Debrecin. pro diebus 24. 25. 26. Febr. an. 1567. celebratam conuocatorum.* 1.) de vno Iah, et 2.) de Iehova Elohim seu Triade. 3.) de Mediatore. 4.) de causa peccati. 5.) de sordibus Antichristi dammandis. 6.) de praedestinatione. 7.) de libero arbitrio. 8.) de statu animarum sanctarum. 9.) de coena Domini. 10.) de pane coenae. 11.) de aris et vestibibus. 12.) de mulierum anima et resurrectione. 13.) refutatio argumentorum Sabellianorum. Debrecini excudebat Michael Torök An. 1567. 4. plag. 10. Serenissimo Principi D. Ioanni Secundo, electo Hungariae, Croatiae etc. Regi, verae Ecclesiae nutritori ac patrono, omnium anathematum et haereleon antichristi damna-

tori et extirpatori etc. Debrecini 28. Iun. An. 1567. inscripsit Petrus Melius vel Juhász de Horhi, pastor Ecclesiae in Debreczen.

Volupe forte plerisque futurum crediderim, Lampeum in Histor. Eccles. Hungar. pag. 628. secutus, eumque aucturus, atque suppleturus, etiam Ministrorum reliquorum praeter *Melium Juhász* nomina suo hic recensere ordine, qui inde a primordiis reformationis Sacrorum ad nostra haec usque tempora intra pomœria Ciuitatis nostrae Verbi Diuini praedicandi prouinciam administrauerunt: Primus eorum fuit *Valentinus* quidam *Bálint Pap* dictus, quem *Valentinus Török Enyengienfis*, ex oppido Papa, heredio suo, Debrecinum ad constituendam puriorem Ecclesiam ac disciplinam an. 1531. adduxerat, qua mox instaurata, successerunt ordine sequentes: *Martinus Kálmantsehi*, *Santa* vel *Claudus* dictus, interfuit Synodo an. 1552. in Beregszász celebratae. Debrecino dimissus, in Transilvania cum *Ludouico Szűgedi* circa an. 1555. reformationis negotium promouit. Fuit Pastor quoque Munkacsienfis, Beregszászienfis, vbi a Monacho quodam globo traiectus † an. 1571. *Ludouicus Szűgedi* an. 1557., *Blasius Radan* an. 1552. in Synodo Beregszászienfi praesens, ibidem Verbum quoque Diuinum praedicauit, martyrium quoque perpeffus est. *Gallus Hufzar Anaxius*, *Gál Pap* dictus, primo Debrecinensis, mox circa an. 1557. Ovariensis, tandem nouissime circa an. 1577. Papensis, ibidemque Superintendens, sub huius praesidio Synodus H. Szőlősiensis in Barouia an. 1576. conuocata est, cuius articuli 48. typis an. 1577. Papae expressi prostant. *Gregorius Szűgedi*. *Michael Sztárai*, fuit pastor quoque Lascouienfis, Tolrenfis etc. circa an. 1553. et 1557. canticorum variarum auctor. *Petrus Melius Juhász*, insignis Botanicus, V. D. praeco Debrecinus, ab an. 1558. ad d. 10. Dec. an. 1572. quo obiit. Senior Tractus Debrec. an. 1560. et Superintendens. XIV. Kal. Aug. an.

an. 1562. M. Varadini electus est. *Georg. Göntzi Fabritius* circa an. 1565—1570. Senior Tractus an. 1571. Superattendens d. 6. Febr. an. 1577. creatus est M. Varadlni in Synodo generali, cuius Disciplinam Ecclesiasticam XXVI. articulis a se compositam, *Vitteberg.* an. eod. in 4. publicauit. Librum cationalem *Keresztényi Enekek* etc. inscriptum an. 1592. dum esset pastor huius, primus foras edidit. *Valent. Hollopotus Szikszai*, Agria, vbi per Septennium moratus, an. 1572. adductus, † an. 1575. in iuuentute. *Thomas Felegyházi*, Senior Tract. Debrec. an. 1582. constitutus, † an. 1586. d. 16. Ian. ex peste, vbi annis 13. munere sacro functus est. *Dan. Szegedi*, Sen. Tractus Debrec. circa an. 1591. *Lucas Hodászi*, an. 1604. Antea fuit Aulicus Stephani Bathori Etsedini concionator, Senior Tract. an. 1596. et Superattendens d. 22. Febr. an. 1604. Csengerini creatus. In suggestu sacro an. 1613. d. 15. Maii fulmine apoplectico tactus est. *Emer. Ujfalvi*, circa an. 1596. Professor, mox Pastor Debrecinus. Hic collegit cantiones funebres Debrecini an. 1598. primum editas. Dehinc factus Pastor Varadinus et Senior. Ob vitilitigia cum Luca Hodaszio in vincula coniectus, mox an. 1615. sub Gabr. Bethlenio in exsilium actus, in quo mortuus est. *Franc. Szarasi* Catechesin Palatinam in Hungaricam Linguam conuertit, ediditque Debrecini an. 1604. *Ioh. Sarközi* an. 1611. *Ioh. Budaus*, an. 1615. Sen. Tract. Debrec. *Petrus Margitai* Pastor Kallouienfis, Szathmariensis, mox an. 1616. Debrec. Senior Tract. an. 1617. d. 28. Aug. tandem Ecclesiastes Husztienfis, Szathmariensis, fit Superattendens d. 18. Febr. an. 1629. *Dan. Varsányi* fit Senior an. 1619. d. 29. Maii. *Ioh. Putnoki* Rector Scholae Szathmar. primum, mox an. 1623. pastor Debrecinus, et an. eod. d. 19. Sept. Senior Nanafinum abiturus, d. 13. Aug. an. 1628. Ecclesiae huiati valedixit. *Franc. P. Tornai* in locum Putnokii Husztino accersitus, pro concione d. 10. Sept.

Sept. an. 1628. sermonem factum primum recitauit. Hic composuit versus parieti Templi Maioris adfixos, Litteris F. P. T. M. E. notatos: *Hoc Insigne Tuum Princeps cellissime* etc. *Ioh. Szegedi*, an. 1626. ob insolentiam an. 1630. amotus. NB an. 1628. cum Templum vetus consecraretur, hi duo fuere Ecclesiae Ministri. *Steph. Ker* ~~*refregi*~~ Szegedio successit d. 9. Iul. an. 1630. Zilahino aduocatus, Superattendens d. 25. Nou. an. 1629. Sz. Nemethini, suffragiis 204. proclamatus, † an. 1642. *Paul. Kis-Marjai Veszelyiny* in locum Franc. P. Tornai d. 20. Aug. an. 1629. vocatus. Anno quoque 1637. cum aēs campanum maius adueheretur, fuit pastor Debrec. *Petr. Tolnai* an. 1630. d. 7. Maii. Szalatsino inuitatus pro tertio Pastore, qui Nomine Capellani compellabatur, interfuit solemnitati, dum Campana dicta maior an. 1637. in turrim rubram collocaretur. *Ioh. Vaczi* an. 1639. *Benedict. Szikszai*; *St. P. Tornai*, ad Synodum Sz. Nemethinam an. 1646. exmissus. Sen. Traſt. Debrec. d. 10. Apr. an. 1652. declaratus, Tartzalinum an. 1661. migravit. *Ioh. Tarcsai. Dan. Henczeus* an 1645 feqq. interfuit hic quoque Synodo Sz. Nemethinae an. 1646. *Nicolaus N. Szoboszlai* an. 1649. docuit prius in Schola Debrec. *Caspar. Tornai* an. 1655. Superattendens electus an. 1657. *Matthias Negradi* an. 1651. pastor Debrecinus, mox N. Bajomientis, Senior an. 1661. Superattendens an. 1664. renunciatus. *Georg. Czipkes Komaromi*, Traiecti ad Rhenum SS. Theologiae Doctor an. 1653. creatus, redux primum in Schola mox in Ecclesia docuit, versionem Bibliorum Hungaricam finiuit an. 1635. *Mich. Batori* circa an. 1654. aulicus Franc. Rhedey, Transilu. Principis Concionator, mox Sz. Iobiensis, Husztensis, et circa an. 1664. Debrecinensis. *Georg. Krizbai. Mich. Szantai. St. N. Szonyi* pastor Tornensis an. 1671. inde pulsus a maleuolis, factus est Debrecinensis, mox Zilahensis, Claudiopolitanus, Alba-Iuliacensis, et in senectute Szath-

Szathmariensis. Auctor Libri *Martirok Koronája* inscripti. *Valent. Kereszturi*, Theol. Doctor. *Samuel Kólejeri* fuit primum Professor M. Varadinus, vbi notas Bibliis Hungaricis tunc impressis addidit an. 1657. Postmodum Ecclesiastes Szendrőiensis, inde Tokajiensis, nouissime an. 1674. Debrec. ad an. 1683. Senior delectus an. 1681. *Gerardus Kabai* (Kabai Gallert) Cassouiae fuit et Scholae et Ecclesiae moderator ad an. 1674. quo a maleferiatis fugatus Debrecinum venit, † ibidem ex phthisi an. 1681. *Alex. Felvinczi*, circa an. 1666. docuit in Schola Cassouiensi, Debrecinum ad obeunda munia sacra vocatus, et an. 1684. Senior constitutus est. *Paul. Szentzi* fuit Senior an. 1686. *Jac. Csuzi Cseh*, Theol. D. ante et post diuexationes Neapolitanas, apud Loffontzienses V. D. Minister, mox an. 1684. apud Debrecinenses, postremum Pappenses, ibidem Superattendens quoque declaratus. *Ioh. Lenthii*. *Thom. Veresegyházi*, S. Theol. Doctor an. 1675. Basileae renunciatus, ibidem a Magistratu numo aureo memoriali donatus, ductus est primum Biharinum, mox Szoboszlouiam, tandem an. 1686. Debrecinum, Szathmarini an. 1711. Superattendens pronuntiatus est. *Mich. P. Rápoti*, Senior Tractus Debrec. † an. 1726. d. 6. Febr. *St. Pathai*, † an. 1711. d. 27. Iul. aetat. 57. Minister annis 29 *Georg. Vetsei*, professor primum postea pastor Ecclesiae Debrecinensis, † an. 1723. d. 24. Ian. Anno 1697. fuit pastor Ecclesiae quoque Kallouiensis. *Paul. Ember Debreceni*, Pastor primum Loffontziensis, ab anno vero 1704. mens. Apr. ad an. 1705. mens. Octobr. Debrecinus, hinc metu tumultuantium Liszkam migravit, ibidem † an. 1710. *Paulus Czeglédi*, *Ioh. Dállyai*, *Paul. Szentzi*, *Faul. Csengeri*, *Sam. Váradi*, *Steph. Szüdi*, an. 1712. professor, an. 1720. m. Iul. pastor Ecclesiae denominatus, † die 12. Febr. an. 1754. *Mich. H. Komaromi*, Professoris munere primum functus aliquamdiu, sacrum ministerium mense Ian. an. 1722. auspiciatus est,

est, † an. 1748. m. Iul. *Sam. Madi*, Medicus, pastor ex Margita mense Mart. an. 1723. accersitus, mortuus an. 1728. d. 22. Oct. *Georg. Lovasi* Ujvárosino vocatus an. 1729. † an. 1742. d. 28. Iul. *Ioh. Debreczeni* ab. an. 1742. mense Oct. † an. 1770. m. Ian. Fuit Senior Tractus Debrec. *Ioh. Vetsei* fungi coepit an. 1726. † an. 1763 I. Ian. aetat. 64. Superattendens an. 1758. electus. *Franc. Tatai* ex Szoboszló postulatus m. Ian. an. 1749. Superattendens an. 1763. creatus, mortuus an. 1765. d. 27. Iun. *Ioh. Maklári* an. 1755. m. Ian. abiit an. 1756. *Paulus Eperjesi*, an: 1757. m. Iul. migravit Szekelyhidam m. Mart. an. 1761. *Andr. Kabai*, e Nosocomio ingressus an. 1761. m. April. dimissus an. 1765. m. Apr. Fuit Tract. Senior. *Emer. Maroffi*, ex Vajda aduocatus m. Iun. 1765. Abiit Szalatsinum an. 1774. m. Mart. *Samuel Szilágyi* professor variarum scientiarum in Collegio, Superattendens an. 1765. electus, Szathmarino vocatus an. 1766. officio cessit ob infirmitatem an. 1779. et in heredium suum Kovatsi digressus. *Petr. Bellyei* Nadudvarino inuitatus m. Maii an. 1763. Ecclesiae valedixit d. 25. Maii an. 1783. restitutus mense Nou. an. 1784. *Franciscus Hunyadi* Capellanus Clariss. Superattendens a d. 6. Nou. an. 1768. dein ordinarius I. Ian. an. 1770. *St. Deáki* ex Capellano Superattendens factus est ordinarius m. Iun. an. 1774. *Mich. Benedek* ex Capellano ordinarius an. 1780. m. Ian. *Valentinus Levai* Szabadfzallafino aduocatus, d. 15. Iun. an. 1783. illocatus est, munere suo fungi desit die 18. Nou. an. 1784. et mox anno statim subsecuto 1785. Dioszegum inuitatus, mense Maio discessit.

Eundem *Lampeum* l. c. pag. 605. suppleturi, Superattendentes Ecclesiarum Helv. Confess. trans Tibiscum locatarum, ex Aduersariis Eccles. MSctis Hunyadianis etiam recensebimus: I.) *Mich. Hevesi*,

- Pastor Szathmariensis, antea Concionator Mejnardi Balasfi, an. 1551. 2.) *Demetr. Bogdczi*, Pastor Csengeriensis, an. 1559. 3.) *Petr. Melius*, Pastor Ecclesiae Debrecinae an. 1558. Senior Tractus Debrecinensis an. 1560. Superattendens electus Varadini-an. 1562. † an. 1572. 4.) *Petrus Károli*, Professor et Pastor Varadiuensis an. 1569. inauguratus in Superattendente an. 1572. † an. 1576. 5.) *Georg. Gönczi Fabritius*, V. D. Praeco Debrecinus, Superattendens constitutus est in Synodo Varadina d. 6. Febr. an. 1577. † an. 1595. 6.) *Benedict. Bánfihuniadinus Mogioro*, Pastor Eccl. Szilagy - Csehienfis, postea Riuulinus, Superattendens proclamatus in Synodo Carolina die 6. Jul. an. 1595. 7.) *Io. Monai*, V. D. Minister Thasnadiensis, postea Ecsediensis, † an. 1603. m. Martio. 8.) *Lucas Hodászi*, Pastor Ecsediensis, Debrecinensis, electus in Superattendente Csengerini d. 22. Febr. an. 1604. apoplexia tactus d. 15. Mai an. 1613. 9.) *St. Nyilas Melotai*, Professor primum Debrecinus, mox Pastor Kallouienfis et Szathmariensis, in Syn. Karolina d. 20. Ian. an. 1614. Superattendens renunciatus. Officio, quod quinque annis gessit, cedens, factus est concionator aulicus Principis Gabr. Bethlen. 10.) *Ios. Gönczi*, Pastor Riuulinus, in Syn. Szathmarina d. 18. Nov. an. 1618. Superattendens creatus. 11.) *Petr. Margitai*, Past. Kallov. Debrec, Hufz- tensis, tandem Szathmariensis. Superatten. d. 18. Febr. an. 1629. Tasnadini constitutus, † an. eod. 12.) *St. Keresztesi*, Past. Eccl. Zilahinae, et a die 9. Jul. an. 1630 Debrecinae. Electus in Superattend.

in Syn. Szathárnemethina d. 25. Nov. an. 1629.
 † an. 1642. 13.) *Mich. Molnár Szanthai*, V. D.
 Minister Varadiensis, Riuulienfis, et Szathmariensis,
 Superattendens electus an. 1642. † an. 1646.
 14.) *Mich. W. Dioszegi*, Pastor Bihariensis, electus
 an. 1646. 15.) *Nic. S. Hodászi*, Past. Riuulienfis
 electus an. 1650. d. 23. Ian. 16) *Nic. Lázár*
Szathmári, Pastor Viskienfis, postea Szathmariensis,
 electus in Syn. Szathmarina die 26. Iun. an. 1650.
 † d. 26. Iun. an. 1656. 17.) *St. P. Thornai*,
 Minister Eccl. Debrec. nec non Senior Tractus eiusd.
 Superattend. renunciatus N. Batorini d. 11. Mart. an.
 1657. traductus est in Eccl. Tarczalinam an. 1661.
 18.) *Matthias Nogradi*, Pastor Debrecinensis, mox
 Nagy-Bajomiensis, et Tractus Debrecinensis Senior.
 Electus fuit Matoltsini d. 27. Sept. an. 1665. † d.
 1. Sept. an. 1681. 19.) *Petr. Kormendi*, Pastor
 Erdüdiensis, deinde Szathmariensis, electus in Syn.
 Debrecina d. 17. Sept. an. 1686. † Szathmarini d.
 23. Mart. an. 1691. 20.) *St. Dormány Debreczeni*
 Pastor Madaiensis. Electus in Syn. Karolina d. 29.
 Iun. an. 1692. † globo militis germani traiectus an.
 1693. 21.) *Steph. Dioszegi*, S. Theol. Doctor,
 Eccl. Dioszegiensis Pastor, Superattendens fit in Syn.
 Zilahina d. 4. Oct. an. 1693. Fuit etiam Senior
 Tractus Ermellyékienfis, † d. 22. Iun. an. 1698.
 22.) *Mart. Borzas Szilágyi*, S. Theol. Doctor,
 Theologiae Professor Debrecinensis, anno professo-
 ratus tricesimo in oppido Karafzna d. 27. Septembr.
 an. 1699. Superattendens declaratus, † d. 3. Ian.
 1700. 23.) *Io. Csörgü Kocsi*, S. Theol. Doctor,
 Re-

Reſtor et Profeſſor Collegii Debrecinienſis, Superat-
tendens renunciatus in Synodo Debrecina ad. d. 27.
Iun. an. 1700. † an. 1710. vel 1711. 24.)
Thomas Verese gyházi, S. Theologiae Doct̄or, V. D.
Praeco Debrecinienſis, Szathmarini inauguratus die
20. Septemb. an. 1711. † Debrecini an. 1716.
menſ. Mart. 25.) *Sam Hufzti*, V. D. Miniſter
Hufztienſis, et Senior Tract̄us Marmaroſienſis, † an.
1721. menſ. Iun. 26.) *Mich Rdpoti*, Eccleſia-
ſtes Debrecinienſis, et Senior Tract̄us eiud. in ex-
ſequiis praecedentis elect̄us in Superattendentem, mox
confirmatus an. 1724. m. Nov. † an. 1726. menſ.
Febr. 27.) *Georg. P. Zovanyi*, Paſtor Zilahienſis,
et Senior Tract̄us Siluanienſis, conſtitutus Superat-
tendens illico a morte praecedentis, et confirmatus
d. 25. Apr. an. 1728. † Zilahini natus annos 100
cum dimidio, an. 1757. 28) *Io. Veſsei*, V. D.
Miniſter Debrecinienſis ab an. 1726. et Tract̄us eiud.
Senior. Superattendens declaratus ad d. 26. April.
1758. † d. I. Ian. an. 1763. 29.) *Franc. (ſirke*
Tatai, Paſtor Ujvaroſienſis, Szobozſzlouienſis, et
nouiffime Debrecinienſis, Superattendens proclamatus
Debrecini anno 1763. † die 25. Iun. an. 1765.
30.) *Samuel Szildgyi*, Philoſophiae primum, mox
Theologiae Profeſſor in Collegio Debrecinienſi ad
annum 1759. tandem Paſtor Eccleſiarum Dioſze-
gienſis, Szathmarienſis et Debrecinienſis. Elect̄us
eſt in Superattendentem ad diem 13. Auguſti
1765. † in vico Kovácsi, die 20. Iul. anno
1785. 31.) *Stephanus Pakſi Szathmari*, primum
V. D. Miniſter Aſzalouenſis, mox Profeſſor Hi-
Weſpr. P. III, A 2 Hu-

storiarum, Graecae Linguae, et ab anno 1760. S. Theologiae in Collegio Debrecinensi. Electus in Superattendentem Debrecini ad diem 11. Octobris anni 1785. Feliciter!

Vtinam reliquas quoque Operis Lampeani lacunas laudatus statim superius Vir summe venerandus, *Franciscus Hunyadius*, prout ad eam rem elucubrandam animum adiecisse cognouimus, quantocius olim expleat.

Centur. I. Artic. 98. IOANNEM WEBERVM non modo Pharmacopolam, sed etiam in superioribus Regni Hungariae Partibus Medicum Caesareo-Regium existisse, eumque celebratissimum, vberius demonstratur ex illo *M. Ioan. Bayeri* Libello, qui talem in fronte gerit inscriptionem: *Ostium vel Atrium Naturae ichnographice delineatum*, id est: *Fundamenta interpretationis et administrationis Naturae generalia*, ex mundo, mente, ac scripturis iacta anno, quo *ATRIVM naturae Lyceo fragarulo Detegebat M. Ioan. Bayer, Lycei Eperiensis hector, Cassouiae in Hungaria super ore typis Marci Seuerini 1662. 8.* His *Bayerus WEBERVM* suum in dedicatione Operis adloquitur: „ Ita ad Te „ venio Generose, Nobilissime, Consulissime, Am- „ plissime, Experientissimeque Domine, Iohannes „ Webere, Patriae Maecenas et athenis mihi obse- „ quiose colende. Ad te, qui decus es primum „ ciuitatis nostrae, nobis Ecclesiae, Reip. Lycei ac „ totius vrbis optimo fato concessit benignissimum „ Numen. Tibi haec opuscula mea sacrata sunt, noui „ enim optime peritorem, et aequiorem censorem „ et aestimatorem ipsorum huiusce et aliis multis in „ oris me habere potuisse neminem, vt qui nos „ men-

„ mente solum, sed et manu ac opere ita cum Na-
 „ tura contueuisti familiariter, litterarum sacrarum
 „ adiunetis fontibus; vt nihil videatur ipsa fouere
 „ suo in sinu abditum, modo cuiquam alii constet,
 „ quod tuam subterfugiat cognitionem, et experien-
 „ tiam. Cuius rei documenta sunt clarissima feliciter
 „ institutae curationes, ac restitutiones hominum va-
 „ riorum non priuatae solum fortis, sed et Illustrium,
 „ Magnificorum, ac Excellentium passim. Non enim
 „ restituitur Natura nisi per Naturam, non ignoratam
 „ certe, sed vsu atque experientia cognitam. Quo
 „ ipso effecisti, vt S. Caes. Reg. Maestas, Dominus,
 „ Dominus noster clementissimus, amplissimam in Te
 „ contulerit spartam Pharmacopoei, ac Medici Ge-
 „ neralis Partium R. Hungariae superioris partes
 „ tibi concedens, vt ceu consiliis, vigiliis ac pru-
 „ dentia Politica praees toti Vbri nostrae Fragariae,
 „ ita regno vniuerso Medica experientia et pharma-
 „ ceutica solertia ac dexteritate prosis. Quod virum-
 „ que facis et strenue ac feliciter, o vtinam facias
 „ et diu! Tibi ergo praeclarissime Naturae interpre-
 „ et administrator hoc Interpretationis et administra-
 „ tionis Naturae tentamen debetur maxime etc.

Idem dum *Bayerus*, florentissimi olim Collegii
 Eperienfis Rector primarius *Filum Labyrinthi vel Cy-
 nosuram seu Lucam Mentium vniuersalem cognoscendis,
 expendendis et communicandis vniuersis rebus accensam*
 anno quo Cynosura Mentis palaestrae fragariae osten-
 Debat Vr, typis Marei Seuerini an. 1662. Cassouiae
 publicasset, tale Io. Philipp. Schönlin poliater Eperi-
 entis adiecit Chronostichon:

Vt noVa FragopoLI MentI CynosVra reLVXIt,
 EperienLLVIt paLLas, CreVIt et VrbIs honor.

Amicitiae et obseruantiae apposuit Ioannes Philippus Schonlin Philosophiae et Medicinae Doctor, Lib. ac Regiae Civitatis Eperies Ordinarius Physicus, et Practicus.

Webero et Schonlinio his, Medicis Eperiensibus, seculo dimidio antiquiorem nunc demum deteximus Medicum, Principis Stephani Botzkay Archiatrum, *Andream Macsi*, a quo liberaliter hic habitus Vineam in Monte vitifero Tallyensi ob praestita fidelia servitia dono acceperat: manu exa atus codex facit mentionem tali notatus inscriptione: „ Approbatio Conclusionis Pofonienfis per Status et Ordines R. Hungariae „ Superiorum Partium pro vigesimo quinto die Febr. „ Anni millesimi sexcentissimi octavi Cassoviae congregatos, ad Relationem Ablegatorum eorumdem Statuum et Ordinum Pofonii congregatorum, Magnifici videlicet Domini Mich. Czobor de Czobor Sz. Mihaly, et Generosi D. Andreae Lonyai Pofonio exeditorum facta. Vbi sic inter cetera: *Instandum erit in futura generali Diaeta penes Andream Macsi, Doctorem et Medicum Pannonium, ut vinea illa in promontorio Tallyensi juxta collationem ipsi factam, apud ipsum manere possit, ac in aliis eius negotiis inibi proponendis intercedatur.*

Centur. II. Part. I. Artic. VIII. GEORGI DERETZE de Viz-akna, Med. Doctoris, civici simul et Castrensis Medici, nec non primarii in Vrbe Claudiopolitana Iudicis, Operibus adnumerantur:

- 1.) *Observationes Medici Argumenti variae Msct.*
- 2.) *Historica infelicitis tumultus Rakocziani in Transilvania Enarratio Msct. in qua tristia inprimis Civitatis*

tis vt et Collegii Claudiopolitani fata fideliter proponit Auctor, tanto quidem majori fide dignus, quod ipse rebus gestis singulis fere interfuerit.

Faſta Collegii Claudiopolitani mentione, ſubit recordari, non ſine taedio legiſſe nos *Andreae Huſzti* libellum de *Origine, Incremento, et Facie trium in Tranſilvania Illuſtrium Collegiorum Reformat.* Francof. ad Viadr. an. 1731. in 4. plag. 6. editum, in quo pleraque non modo conſuſa, ſed etiam aperte falſa, ſufficientibus deſtitutus Auctor documentis, in medium adferuntur. Litteraria, quae in Archivo Eccleſiae ſuperant, inſtrumenta docent duas olim Claudiopoli exiſtiſſe aedes ſacras, quarum prior in arce Urbis vetere, altera in platea Wolffgangi vel potius dicta Luporum novae arcis fuit exſtructa, vtraque adjuncto vicino Ludo litterario dotata. Templum veteris arcis olim Dominicanorum, ſed mox deſolatum, et labentibus annis a Socinianis poſſeſſum, Princeps Gabriel Batori diplomate an. 1609. d. 20. Mart. Albae Iuliae ſignato Reformatis donavit, ex ruinis liberalitate ſua reſuſcitandum, quam donationem an. 1611. d. 18 Oct. iterando, eos in uſum quoque illius introduxit, atque ſtationem hanc. ita vocari ſolitam, in forma privilegii pergameno inarati, ſigillo pendenti an. 1612. d. 20. April. Claudiopoli mox communivit, atque etiam Cibinii in Comitibus anno eodem celebratis repetiit. Templum vero in platea Luporum novae arcis, quod nunc Helv. Confeſ. addictorum eſt, *Frutres Minores* olim exſtruxerunt an. 1486. et ſeqq. quod poſtquam diu tenuiſſent fato quopiam inde expulſis, diu deſolatum perſtitit, tandem an. 1580. *Ieſuitis* opera Principis Chriſtophori Batori in regnum introductis traditum eſt; quibus an. 1603. per Moyſem Siculum, ſacris ſocinianorum devotum, inde eiectis et male habitis, Collegium quoque et Schola eorum ſoloaequata eſt: ſed Patribus his brevi per *Baſtam* vibi re-

stitutis, templum quoque, sed non hoc, verum Cathedrale veteris arcis in foro situm, jure talionis *Socinianis* ademptum, adsignatum est; at Botskaio Principe ad clavum reipublicae sedente, et Iesuitis tota provincia eliminatis, et templum cum parochia et Schola *Socinianis* restituta sunt; novissime vero omnium regnante Imp. Leopoldo, Transilvaniam Georgio Banfi gubernante, in Comitibus Tordam conuocatis Templum veteris arcis R. Catholicis iterum redditum est. Templum itaque novae arcis post turbatos Societ. Iesu Patres an. 1603. vacuum relictum, jacuit desolatum ad an. vtque 1644. quo Georgius I. Rakotzius ex ruinis splendidioris opere in usum Helv. Confes. addistorum resuscitavit, campanis majoribus, multisque aliis donariis et beneficiis liberaliter dotavit. Sed de Collegio et Schola, templo plateae Luporum contigua, nihil certi quidquam statui poterit, quando, et a quo illa exstructa, aut ubi illa antea locata fuerit; non vano interim colligitur indicio a memorato statim Rakoczio aedificatam fuisse, is siquidem an. 1648. in fundos, et Bonaquaevis a claustro Dominicanorum olim possessa, mox a civibus direpta, sollicitè inquiri iussit, Ecclesiae huic et Collegio, vt quidem factum est, addicenda. Verum id certius est Scholae *Claudiopolitanae* Reformatorum, eiusque Studiosis, Professoribus, et Ecclesiae Ministris singularia Decimarum et Arendarum beneficia, diplomate an. 1610. d. 21. Dec. signato, collata fuisse, quibus Gabriel Bethlen Princeps an. 1614. d. 10. Maji, et an. 1617. d. 28. Aug. plura addidit, quae singula an. 1628. d. 13. Sept. diplomate novo *Varadin* edito idem Princeps confirmavit, et Catharina Brandenburgica vidua, novis privilegiorum tabulis an. 1730. d. 2. Iul. confectis roboravit, novissime vero Georgius I. Rakoczi an. 1632. d. 16. Sept. diplomate *Claudiopoli* exarato enumerata in prioribus beneficia omnia Scholae alumnis Professoribus, et V. D. Ministris *Claudiacis* collata, pe-

petuo possidenda declaravit: reliquorum Benefactorum nominibus vice hac silentio praetermissis.

Nomina Rectorum, Lectorum, et Professorum Ill. Collegii Reformatorum Claudiaci, quantum quidem innotescere poterant, sequentia sunt: *Petrus Károlyi*, Lector Eloquentiae Latinae, Linguarum Graecae et Hebraicae Professor anno 1569. M. Varadinum transiit, ad capeſſenda Scholae ibidem constitutae gubernacula, an. 1752. Superattendens renunciatus. *Benedictus Bihari*, Susannae Karoli, Gabr. Bethlen Principis uxoris mortuae, laudes carmine heroico enarravit an. 1624. in Exeq. Principal. Lib. I. pag. 40. *Martinus Tallyai*, auctor Anatomes Samofetanisui Lugd. Bat. an. 1634. in 4. editae. *Io. P. Varadi. Io. Tolnai, Steph. Székelyi, Georg. Batai*, primum Scholae Rector, mox Ecclesiae Claudiacae tandem Zilahienſis Pastor. *Andr. Portſalmi*, Lector Logicae et Metaphysicae et Collegii Rector ordinarius, Scholasticum munus auspicatus an. 1641. functus eo est vna cum duobus suis Collegis Colomanno et Sicone ad an. 1667. et tunc V. D. Ministerium ibidem amplexus est. *Io. Chieri Apátzai* Theol. Doctor, eiusdem et Philosoph. Natur. item Ling. Sanctae Professor, iubente Georgio II. Rakoczi an. 1656. Alba Iulia advocatus, † an. 1659. ex phthisi. *Paul Isfernatoni*, Lector Eloquentiae, et paedagogiarcha, Scholasticique Senatus Scriba, an. 1656. inauguratus, inde Enyedinum translocatus. *Steph. Tolnai*, Medicinae Doctor, Theol. et Log. Professor a die 26. Iun. an. 1665. ad an. 1685. quo ibidem V. D. praeconis munere fungi coepit, † an. 1690. *Steph. Pataki*, a die 6. Mart. an. 1668. Philos. Linvar. et Theol. Professor usque ad an. 1688. quo Stationem hanc d-ferere coactus, tenello Principi Michaeli Apaffio II. erudiendo per quadriennium vacavit, sed mox ad Spartam priorem exornandam reversus, an. 1693. peste sublitus est: *Samuel Sz. Nemeti*, an. 1683. primum

Philos. et LL. et mox Theologiae quoque Professor constitutus, exactis in hoc munere annis 34. vivere desiit an. 1717. d. 17. Dec. dum interea temporis Spatio biennii juveni quoque Principi Mich. Apaffio informando vacaret. Mich. T. Tsepregi, an. 1691. d. 10. Sept. Philos. et LL, docere coepit, mox Theologiam quoque professus, an. 1695. d. 17. Iul. ibidem ministerium V. D. Suscepit, † an. 1698. Mich. Sz. Nemeti, an. 1696. † an. 1709 Mich. Zilahi, an. 1711. Philos. et LL. Professor, qui mox an. 1714. Albam Iuliam ad docendam Theologiam transiit. Matthaeus Intze Bazoni, Philos. et LL. professioni an. 1714. inauguratus, ab an. vero 1717. Theologiam docuit ad an. 1720. quo Ecclesiasticis Spartam intravit, † an. 1742. mens. Sept. Jo. Remetei, Philos. et LL. Professor an. 1718. † an. 1719. Jo. Nazalyi, Philos. et LL. Profes. inaug. an. 1720. † an. 1728. d. 2. Maji. Mich. Ulvarhelyi, Theol. Prof. an. 1721. d. 12. Sept. † an. 1737. m. Mart. Franc. T. Tsepregi, Michaelis filius, Hist. Eccl. Ling. Graecae et Antiquit. Prof. an. 1728. d. 17. Febr. † an. 1758. Georg. Verestoi, Phil. Linguae Hebraicae mox Theol. Prof. an. 1728. 28. Aug. et Superattendens an. 1760. † an. 1765. d. 5. Mart. Georg. Huszti, Linguar. Orient. et Histor. dein Theol. Prof. an. 1741 m. Aug. † an. 1768. Andr. Huszti, Iurisprudentiae et Politices Prof. sed ob liberio rem vivendi rationem an. 1747. officio dimotus, †. an. 1755. Mich. Tsomos de Albis. Iuris Nat. et Civil Prof. an. 1758, d. 18. Ian. introductus. Samuel Putaki, Medicinae Doctor, Philos. et Mathematicum Professor, an. 1759. m. Majo, cui Lector adjunctus Georgius Mehes an. 1776. m. Nov. Ios. ph. Bodoki, LL. Historiar. et Antiquitt. Prof. an. 1764. m. Oct. Mich. Pap. Szathmari, Theol. et Hist. Eccl Prof. an. 1767. d. 28. Sept. cui Lector adjunctus Ios. Sosalvi an. 1783. m. Iul. Moses Putaki. Hist. Nat. Geogr. Linguar. Germ. et Gallicae Professor. Dicendum etiam

restat quidpiam de officina typographica Helvet. Confes. addictorum Claudiopolitana vtraque, Gilanyiana scilicet et Szentziana, a primis earum initiis ita nuncupanda: Illam Gregorius Gilanyi seculo superiori ad exitum vergente in vsus Ecclesiae et Collegii loci ejusdem pretio mercatus est, sed diuturnitate temporis iam antea detritam, quare provida parronorum cura celebri chalcographo Nic. Kifs M. Tothfalusio tradita est novis typorum matricibus et reliqua supellectili adornanda, ea prius posita lege, ne Tothfalusio superstire in Eius praeiudicium hac supellectili Ecclesia modo quoquam vteretur, quare in camaram Bibliothecae subiectam inclusa haerebat tandem, quoad Vitringae aphorismi et Hebraica Schultensii Grammatica imprimerentur. Eadem haec ipsa est typographia, quam hodie Iosephus Paraki administrat, centumque soluit annum in reparationem Templi impendendum ex mente Illustr. D. Sarae Butserdi, Comitis Adami Szekely conjugis viduae, quae Thothfalusianorum laborum mercedem liberali manu exsoluerat. Aucta deinde est officina haec non modo Tothfalusianis matricibus, a vidua Tothfalusiana, munifica Georgii Banfi Comitis liberalitate coemtis, sed etiam novis typorum characteribus a coetu Socinianorum Claudiaco peregre ab oris exterorum procuratis et diuenditis, dum illorum templum et typographeum ereptum Patribus Soc. Iesu jam antea adsignaretur. Haec vero ex reliquiis typographiae Szentzianae labentibus annis sensim emerfit, dum scilicet Abrah. Szentzius tyoptheta M. Varadinus occupata prius per Turcos arce, sede sua fato infelici tarbaretu, officinamque suam typographicam Claudiopolim atque Cibinium transportaret, tandem mox absque semine ab intestato decederet, tum Princeps Transilvaniae Apafius omnem hanc illius supellectilem typographicam, in filcum prius ante relatam, an. 1672. Claudiopolitano et N. Enyediensi Reform. Collegiis

donauit, dataque mox est labenti tempore Tothfalusio ad reparandum ea Lege vt vita superstitite absque omni mercede soli ea vti liceret. Post facta itaque toties laudati hujus chalcographi ad Telegdii, tandem Alex. P. Szahmarii, mox Ios. Patakii, et Steph. Paldii manus deuenit vsurpanda, nouissime nunc Ill. Collegium Claudiopolitanum per industrium Virum Sam. Patakium, Medic. Doctorem, singulari reipublicae Transilvanicae emolumento iam procurare intelligimus.

Centur. II. Part. II. Artic. XXXVII. Lucas Peechius, editor Epitomes Rerum Hungaricarum Ranzani, ab Opere Botanicæ, sermone vernaculo conscripto, et iconibus plantarum illustrato, laudatus a nobis Botanophilus Hungarus, quid hominis fuerit, manifestat eius titulus, qui integer in *Peters Fleischmann Reichslag* an. 1554. edit. 4to. in *Hungcrischen Canzlers Hoffstadt*, legitur hunc in modum: *Egregius Dñus Lucas Peechy Ioannis Kutassy Episcopi Iauriensis, ac Cancellarii summi Magister Curia, Fiscalis Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, ac autoritate Apostolica publicus Notarius.*

Centur. II. Part. II. Artic. XL. Io. Sambuci Tirnauiensis, Maximiliani II. et Rudolphi II. Caesarum et Regum Hungariae Consiliarii, Historici et Medicij Operibus adnumeranda:

- 1.) *Tripartitum Opus Iuris consuetudinarii incliti regni Hungariae Stephani Werbeuczi etc. Studio Ioannis Sambuci. Viennae typis Nassingerianis an. 1581. in fol. alph. I. per terniones. Honoribus Rudolphi Regis his verbis inscriptum litteris vncialibus: Imp. Caes. F. Aug. etc. Rudolpho II. Austriano etc. Vng Bohem. etc. Regi, Domino suo clem. ntiss. hanc quoque editiunculam recognitam Sambucus eiusdem Maiestatis Consiliarius et Historicus subiectiss.*

DD.

DD. An. 1581. Dedicationem excipit Io. Sambuci oratio hoc insignita titulo: *De Corona Serenissimi Rudolphi Regis Vngariae etc. Oratiuncula Sambuci* 25. Septembr. 1572. Posonii.

- 2.) *De diuersis Regulis Iuris antiqui. Studio Io. Sambuci. Vien. Austriae an. 1581. in fol. plag. 7. Regula vltima, quae est CCX. talis est: Quae ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto conualescere non potest.*
- 3.) *Index, seu Enchiridion omnium Decretorum et Constitutionum Regni Vngariae ad annum 1579. vsque per caussarum locos distinctum, memoriae vsibusque fori maxime utile. Viennae excudebat Leonh. Nassingerus an. 1581. in fol. plag. 13 1/2. per triones. Sambucus Noster in prooemio ad Lectorem, dicit Opellam hanc a Nicolao Telegdio, Episcopo Quinqueecclesiensi inchoatam, a Zach. Mossoczio Vacienfi continuatam, opera vero sua in commodiorem ordinem esse digestam.*
- 4.) *De Imitatione a Cicerone petenda Libri III. Eiusdem somnium Scipionis luculenta paraphrasi, et scholiis breuiter, commodeque illustratum. Antverp. apud Anton. Tilenium Brechtanum. an. 1568. in 8.*
- 5.) *Oratio in obitum generosi ac magnifici adolescentis Georgii Bona Transilvani, Domini in Landseehr, et Lakenbach, qui mortuus est VI. Sept. an. 1559.*
[*Pa auii Gratiolus Pürchacinus excudebat an. 1560. in 4. Adiecta sunt in fine multorum epigrammata, inter quae Nic. Istvanfii latinum, et Andreae Dudithii graecum maxime eminent.*
- 6.) *Oratio cum Epigrammatis aliquot, epitaphiis, in obitum Inp. Ferdinandi I. P. F. A. PP. etc. tertio Nonas Sextil. an. 1564. Viennae apud Viduam Zimmermanni an. 1565. in 4. Oratio haec nuncupata est Carolo Archiduci Austriae. Adfuta est calci precatio hisce temporibus accommodata et vsibus*
bus

bus oratione soluta; et ligata, paraphrasis Psalmi 46. de Melitenfibus liberatis.

- 7.) *Theophylacti Explicationes in Acta Apostolorum concise ac breuiter ex Patribus collectae, graece nunc primum ex Bibliotheca Clar. Viri, Ioannis Sambuci Pannonii Tirnauiensis, cum interpretatione latina Laurentii Sifani Prunsfeldii I. V. D. His accesserunt Orationes Gregorii Nysseni, Amphilocho Iconii, Io. Chrysostomi, Cyrilli, et Timothei Hierosolymorum presbyteri. Item Gregorii Nysseni Oratio de Deitate Filii et Spiritus Sancti. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmanni an. 1568. in fol. Sifanus interpres dedicationi adtexuit Epistolam ad Io. Sambucum datam, in qua illum hortatur, vt ceteros quoque Codices graecos patiatur vulgari: ac te hortamur, inquit, vt deinceps maçta ista virtute sis, et ea, quae etiam nunc penes te habes eiusdem generis — manumittere ac bono publico dicare velis.*
- 8.) *C. Veler. Catulli, Alb. Tibulli, Sext. Aurelii Propertii Opera, quae exstant, cum Notis Liuini et Io. Sambuci. Francof. an. 1621. in 8.*
- 9.) *Tabulas geographicas plures Sambucus Marte suo elaborauit Hungaricas, tales illae sunt:*
- a.) *Hungaria, auctore Ioan. Sambuco, Pannonico. Viennae an. 1570. comparet in Catal. mpp. in Ortel. Theatro.*
- b.) *Hungariae loca praecipua, recens emendata, atque edita per Ioannem Sambucum, Pannonium, Imp. Maxim. Historicum an. 1579. in Ortelii Theatro edit. an. 1579.*
- c.) *Hungariae loca praecipua, recens emendata, atque edita, per Ioannem Sambucum, Pannon. an. 1592. Sereniss. Principi D. Carolo Archiduci,*
Ma-

Maxim. II. fratri dicatum. Constat plagula vna apud Ens in Fama Austriaca pag. 219.

d.) *Hungariae loca praecipua, recens emendata, atque edita per Ioannem Sambucum Pannonium, Imp. Maxim. Historicum, an. 1592.* Ex Ioan. Raweri *Cosmographia* pag. 731. plagula dimidia, inde a Vienna ad Pontem vsque Traiani Hungariae delineationem exhibet.

e.) *Transilvaniae Descriptio.* Illata est in *Theatrum Orbis terrarum*. Abrah. Ortelii, Antwerp. an. 1609. in fol. editum, quam ipse Sambucus iam an. 1566. Viennae seorsim imprimi curauerat. Comparat in eodem *Theatro Illyrici* quoque descriptio auctore Io. Sambuco publicata.

10.) *Epistola Ioan. Sambuci, Medici, Pannonii Tirnauensis, Venna X. Kal. Septemb. an. 1565. ad Christ. Plantinum, typographum Antverpiensem data, dum Plauti Comoedias edendas ad eum transmitteret: legitur illa Plantiniana Plauti editioni inserta; et quia plurimum ad notitiam Sambuci conferre existimauerim, meruit omnino hic adscribi integra:*

„ Quis animo ingenuo, et liberali educatione
 „ huiusmodi Parentis, qualem erga me et alios
 „ *Petrum Sambucum* fuisse omnes norunt, mulique
 „ testabuntur anni, lenius ferat? qui per duo-
 „ deviginti annos mediocribus sumibus studia et
 „ peregrinationes meas, licet avitis sedibus et
 „ bonis, quae ad oppidum *Zamboc*, ac ipsam
 „ *Budam* sita erant, eiectus, amanter ac prolixè
 „ sustinuit? quum tota *Tyrnauia* loco Patris co-
 „ luit, et amavit, suaque auctoritate vndique
 „ accitis bonis ciuibus, et qui manu artem ali-
 „ quam insignem tractare norant, numerum oppi-
 „ danorum. atque domiciliorum mirum in modum

„ auxit, qui contentus paucis, alieno fine in-
 „ commodo vitam liberaliter, et copiose, non
 „ auare, quod vniuersa Hungaria fateatur, tra-
 „ ducebat, amicitia omnium Baronum Regni flo-
 „ rebat, delectabatur familiariter, in pauperes
 „ et egenos ea benignitate et prompta ad iuuan-
 „ dum manu, vt infiniti, qui industria sua nunc
 „ locupletes florent, authorem post Deum *Sami-*
 „ *bucum* fortunarum suarum praedicent. Conti-
 „ nuit ille se intra mediocres cum dignitatum
 „ tum aliorum negotiorum fines. Saepe a Fer-
 „ dinando Caesare ad Cameram Pannonicam Po-
 „ sonium est euocatus, saepius ad maiores ho-
 „ nores, verum ciuibus suis, itemque nobilium
 „ perniciosis litibus suo arbitrio definiendis,
 „ atque componendis seruire voluit, qua in re
 „ plurimum valebat vsu, singulari Dei beneficio
 „ corroboratus. Quot ille negotia a Caesare de-
 „ lectus, publica passim in Vngaria tractauit?
 „ confecit, more, vt vocant, *Commissariorum*?
 „ honestum ille otium semper est secutus, pro-
 „ desse vulgo, quam opes aut titulos cumulare
 „ maluit: sufficere sibi certas immunitates, et
 „ quod in comitatum Caesaris ad criptus esset,
 „ putabat. Litteratos vero omnes quam sit com-
 „ plexus, quam meis studiis et lucubratiunculis
 „ sit delectatus? quis est his locis non omnino
 „ insolens, ac holpes ignorat? licet ipse vsu
 „ longo potius, quam institutione et scholis eru-
 „ ditus, quod exiguum latine intelligebat, didi-
 „ cerat. Vnicum me filium habebat, sed plus
 „ litteris, quam amori tribuebat abesse me lon-
 „ gissime ac diuissime, vt adipisci aliquando fru-
 „ ctum ac laudem e studiis possem, quam apud
 „ se domi in deliciis haerere satius duxit. So-
 „ rores meas quatuor in matrimonio honesto no-
 „ bilissimoque collocauit, sed omnes ante ipsum
 „ mor-

„ mortuas sepeliuit, relicto igitur me solo et
 „ vnico, cuius progressionibus tantopere gaude-
 „ bat, seniumque leniebat, diuturno oculorum
 „ dolore primum tentatus, mox coxendicis et
 „ renum malis afflictus, ac prostratus anno aetatis
 „ suae LXV. XIV. Augusti sub horam a meridie
 „ quartam compositissime atque christiane ex ho-
 „ minibus, an ea rebus necum bene, et cum
 „ aliis quorum intererat, expeditissimeque con-
 „ fectis abiit ad immortalitatem recta via, Chri-
 „ stoque Doctore ac teste praescripta.“ Haecenus
 Sambucus de vita Patris sui, nobili stemmate nati,
 variisque splendidioribus, quoad vixit, muneribus
 detuncti, et de se filio vnico, studiisque suis
 optime meriti!

Clariss. M. Belius in Notitia Hungariae Nov. Tom.
 II. pag. 90. quaestionem de Io. Sambuco ciuibus suis
 proposuit resoluendam, quam scilicet ille durante
 vita secutus fuerit religionem? dum sic dubitanter
 l. c. loquitur: „ Controuersiam de Sambuci religione
 „ quam sermone familiari agitatam meminimus, non
 „ est, cur nostram faciamus. Protestantem fuisse inde
 „ arguant, quod in Indice Expurgatorio, Madriti an.
 „ 1667. excuso legatur, *Iohannis Sambuci opera non*
 „ *permittuntur, nisi corrigantur.* Oggerant alii, funus
 „ Viennae cum pompa elatum, honoratumque epi-
 „ phio, quod nisi homini sacra Romano-Catholica
 „ professo vix putant euenire potuisse.“ Renouatae
 religionis adsecram fuisse Io. Sambucum, Patrum So-
 cietatis lesu Vindobonensium testimonio indubie eui-
 citur, dum illi in *Conspectu Historiae Vniuersitatis*
Viennensis ex Aetis, veteribusque Documentis ab an.
1565. ad an. 1701. deducitae, et Viennae Aultriae in
 8. editae hoc de illo pag. 10. ad an. 1566. referunt,
Belli Turcici res gestas Historia complexus est Ioannes
Sambucus, Art. et Philosophiae in Vniuersitate nostra
Magi-

Magister, et Historicus non ignobilis, et si homo Lutheri dogmatibus deprauatus. Item ibidem pag. 46. ad an. 1583. Ernestus Archidux missis iterato Decretis cum ciuico tum academico Senatui cauit, ne quem suorum ad conciones, caenamque Lutheranam extra Viennae moenia in Inzerstorff, Vesendorff, Hernhals excurrere, neue liberos suos ab eiusdem sectae ministris sacro fonte abluere sinant, in diuina transgressuris sat ampli aeris multa. Hanc haud paullo post perfoluere Wolfgangus Schwanser, Procurator; Ambrosius Brassicanus I. V. Peritus, Magister Ioannes Sambucus, et Casp. Pierpachius Med. Doct. quod contempta Principis lege proles suas vocatis clam heterodoxis ministris baptizandas obtrussissent, intentata poenitentia non obseruaturis.

Qui itaque factum fuerit, ut Ioannes Sambucus, homo sacra Romano-Catholica non professus, Viennae sollemni pompa funebri efferretur, et epitaphio honoraretur, facile quilibet intelliget, si modo aequo perpenderit animo, quae repurgatae religionis in Vniuersitate studiorum et Ciuitate Vindobonensi fuerit temporibus illis conditio; quam e memorato ita in *Conspectu Historiae Vniuersitatis Viennensis*, typis dato, licet omnium clarissime addiscere, ubi ipsi laudati Societatis Iesu Patres, testes fideissimi, ex fastis Academiae suae publicis talia secundum annorum seriem excerpta memoriae posteritatis commendarunt, quae hic totidem verbis repetere haud quaquam iam nos pigebit:

„ Ad Annum 1565. pag. 2. Aultriam numerosa
 „ Caesaris prole beatam grauior calamitas perturbauit,
 „ quod nobilissimas eius hasce ditiones Lutheri dog-
 „ mate mediam fere partem infectas cereret, augebat
 „ dolorem de *Maximiliano* rumor, quo magis quam
 „ par erat, Lutheranis indulgere ferebatur, horum
 „ namque ex Hispaniis reuera quotidiana in consue-
 „ tudine adoleuerat; paedago altero, altero Verbi
 diui-

„ divini Ministro Sebastiano Pfauser, utroque Lu-
 „ therano multum temporis usus; ut vel ex ae causa
 „ electionem eius in Romanorum Regem Pius IV. P.M.
 „ ratam habere diu cunctaretur. Is Convictorum Domum
 „ pro erudiendis et alendis Magnatum Austriacorum filiis
 „ erectam et a Ferdinando I. an. 1560. Societati Iesu
 „ traditam, huic ademit; repetitis Magnatum Austria-
 „ corum plerorumque precibus compulsus, qui, quod
 „ Lutheri dogmata latius animo immisissent, nullo unquam
 „ modo adduci potuerunt, ut liberos suos in horum
 „ religiosorum traderent disciplinam; contra vero pro-
 „ miserunt se eam in domum Liberos suos duros,
 „ modo Iesuitarum directioni ne subsint.

„ Ad An. 1568. pag. 12. Mense Augusto Acathe-
 „ licis Austriae Ordinibus Lutheranae sectae libertatem
 „ Maximilianus indulgit. Consecta inde in Acathe-
 „ licorum Comitibus religionis Protestantium Austriae formu-
 „ la, ad quam conflandam seni ex Austria Ministri, bini
 „ aliunde, Ioachimus nempe Camerarius Lipsia, David
 „ Chytraeus Rostochio advocati. Hac religionis liber-
 „ tate concessa, haud paucos de Univeritate, quae
 „ haecenus majoriparte ab ea lue immunis persisterat,
 „ ut ut sub cineribus glisceret, Lutherana dogmata pa-
 „ lam esse professos, certum est.

„ Ad An. 1570. pag. 15. Cum Austriae Nationis
 „ Procurator e Theologica Facultate iuxta Universtitatis
 „ Statuta foret eligendus, hac a conspirantibus Aca-
 „ tholicis membris praeterita, Magister Cornelius Gri-
 „ enwaldt sectarius, et a Catholicis perquam alienus,
 „ qui superiori anno Rectoris Magnifici munus accepe-
 „ rat, Procurator renunciatur. Hanc contra electionem
 „ Theologiae Decanus Laur. Zadesius palam reclama-
 „ vit. Universtatem cohortatus, ne hominem acatho-
 „ licum, qui dum Rectoris fungebatur munere nonnisi
 „ seuerissimis comminationibus adigi potui, ut Corporis
 „ Christi Processioni interesset, ad Academicas dignita-
 „ tes eueheret, iam ex eo ab Artium Facultate nec
 „ Wespr. P. III. B D Deca-

„ Decani munerj aptum iudicatum. Austriaca itaque
 „ natio nouis suffragiis *Antonium Hrosyptum* Ordinis
 „ Praedicatorum Theologiae Doctorem, frustra recla-
 „ mantibus *Antiromanis*, Procuratorem renunciavit.

Ad An. 1571. pag. 16. Facultati Theologicae, quae
 „ numero quamvis exigua, rem tamen Orthodoxam
 „ *fero-vna* ex Vniuersitate procurabat, non leuis erat
 „ metus, ne proxima mutatione, heterodoxorum votis
 „ is ipse *Grienwaldus* Rector Magnificus designaretur.
 „ Quod vt praeniretur, recursum est ad Caesarem,
 „ tum Pragae morantem, autoritate caueret sua, ne
 „ quis, labente vt minimum aestate Rectoris munere
 „ fungeretur, quin Supplicationem Theophoricam,
 „ vt Vniuersitatis statuta exigunt, comitaretur; quem-
 „ admodum paucis intra abhinc annis impune id fac-
 „ tum esset. Cum vero expeditum desuper Maximili-
 „ ani Decretum non aliud iniungeret, quam in genere
 „ electionem futuri Rectoris, secundum antiqua Vni-
 „ uersitatis Statuta fieri debere, talemque Rectorem
 „ eligendum esse, qui dictis Statutis, et antiquis con-
 „ suetudinibus in publicis actibus sese conformet:
 „ *Wolfgangus ab Unverzagt*, Caesari a Secretis, addi-
 „ tis aliis litteris, quo pacto Imperatoriae accipien-
 „ dae essent, luculentius declaravit; eligendum nem-
 „ pe esse in Rectorem hominem Catholicum, qui Theo-
 „ phoricis Processionibus, et cultui sacro ad S. Ste-
 „ phanum solenniter interesse non recuset.

„ Ad An. 1572. pag. 19. Restrictam nuper ad sta-
 „ tus solummodo Religionis Augustanae libertatem,
 „ non Ciues modo complures Viennae, sed et de
 „ Vniuersitate non pauci, palam Lutheranorum ritus
 „ profitentes fecere suam, in sepulturis cum primis,
 „ piis Ecclesiae cerimoniis, superstitionis veluti, abro-
 „ gatis, suisque mortuis, non iam in Vrbe, sed extra
 „ eam in pagis, et villis rusticorum, exclusis Sacer-
 „ dotibus, misso pulsu campanarum, cereis, cruce etc.
 „ inhumatis. Contra quos tamquam Urbis, Ecclesiae,

„ fuorumque Maiorum Sepulturae contemtores, et
 „ scandalosos, Caesareum ad Vniuersitatem expeditum
 „ est Decretum, cumque singulis Facultatum Decanis,
 „ et per eos omnibus membris Vniuersitatis communi-
 „ catum, quo omnia illa penitus prohibentur.

„ Ad An. 1575. pag. 25. Quidam e numero Scho-
 „ larium mortuus, ne quidquam recitata nuper Inhibi-
 „ tione Caesaris, heterodoxorum ritu, ducto nempe
 „ per aperta Urbis compita funere, sine Mysta, sine
 „ face, sine cruce, ac aeris sono, terrae mandatus est;
 „ soli *Ioannes Aicholz* M. D. ac Magnificus eo tem-
 „ pore Rector, *Ioanni, Schwarczentaller* I. V. D. M.
 „ *Paulus Fabricius* compluresque ex Vniuersitate Aca-
 „ tholici omnem funeris pompam claudebant. Grauis-
 „ sime, vt debebat, *Carolus* Archidux vices tum Im-
 „ peratoris in Austria gerens, spretam Parentis aucto-
 „ ritatem tulit, poenasque transgressoribus comminatus
 „ nouo Decreto, priorem inhibitionem confirmat.

„ Ad An. 1577. pag. 28. Calendis Octobris, *Ru-*
 „ *dolphum* II. Austriae status ad *D. Stephani*, longo
 „ ordine, ac singulari cum pompa pro comitatu dedu-
 „ xerant, factis solemnibus ad aulam rediunt, et pro
 „ more Archiduci dictum a Statibus Sacramentum. Ab-
 „ stinere Aetholici ordines, non modo Romanis in
 „ Basilica sacris, sed vulgo ore omnium iactabatur,
 „ non dicturos se Sacramentum, nisi Princeps liberta-
 „ tem Augustanae Confessionis ad quoscunque promi-
 „ scue esset extensurus: quos tamen minaces Statuum
 „ Spiritus vel solo Maiestatis terrore Princeps repres-
 „ fit. Caeterum, iam ante Caesaris aduentum *Erne-*
 „ *stus* Archidux Austriae interea Gubernator ad Vni-
 „ uersitatem 8 Iunii dedit Decretorias, ne Academici
 „ Lutheranorum Ministros domi suae fouerent, eosque
 „ concionari, coenam administrare, nouos coniuges
 „ copulare, funeribus parentari, etcet. paterentur,
 „ denique ne funera haereticorum ulli comitentur,

„ Processionibus contra, et cultibus solemnibus, etc.
 „ interfint.

„ Ad An. 1578. pag. 31. Cum Authore M. Corne-
 „ lio *Grienvaldo* nationis Austriacae Procuratore, ho-
 „ mine insigniter Lutherano, bñi, alterius ex Iuri-
 „ dica et Medica Procuratoris accessu fulto, 14. April.
 „ in Magnificum Rectorem *Ioannes Schvartzentaller*,
 „ Iurisprudencia caeterum celeberrimus, Lutheritam
 „ dogmate imbutus deligeretur; creationi illi a Theo-
 „ logo intercessum. Nec irriti illi conatus fuere, noua
 „ a Rudolpho lata sententia, ne quis eo ornaretur ho-
 „ nore, qui publicis Catholicorum solemnitatibus in-
 „ teresse nollet. Id cum *Schvartzentallerus* per con-
 „ scientiam sibi integrum esse negaret, electio eius
 „ cassata, et functo iam praeterito Semestri, eo mu-
 „ nere, *Petro Muschitschio* Th. D. fasces iidem con-
 „ firmabantur.

„ An. eodem 21. Iun. eiectus per Decretum publi-
 „ cum Magister *Iosua Opitius*, sectae Flaccianae rabu-
 „ la, ac stipendiatus in Domo Prouinciali Verbi Mi-
 „ nister, ante solis occasum, Vrbe excessit, vna cum
 „ Ludimagistris, et Hymnists suis, currum ad Urbis
 „ vsque portam Secretariis magno cum fremitu dedu-
 „ centibus; reuersuro in Ditiones Austriacas poena
 „ mortis statuta.

„ Ad An. 1579. pag. 35. seqq. Instructionis ab
 „ *Ernesto* Austriae Administratora, ad omnes triualium
 „ Scholarum Magistros missae, puncta quaedam. 3um:
 „ Ne Iuuentuti vtriusque sexus haeresim sapientes libri
 „ admitterentur. 6um: Principio, fineque Scholarum
 „ iis vtantur Cantionibus, quae hactenus in Ecclesia
 „ vsitatae, secus iis, quae a Luthero concinnatae ef-
 „ sent. 11um: Ne Ludimagister vllus, aut Ludimagi-
 „ stra constituitur, nisi Catholica..

„ An. eod. 19. Iul. Cum Ciuitates, Opp'idaeque
 „ Inferioris Austriae fere pleraque ab eodem *Ernesto*

„ Cae-

„ Caesaris nomine, liberum Confessionis Augustanae
 „ exercitium postularent, repulsamque passi essent, ma-
 „ ne circa horam 3vam ad quinque fere millia, e vili
 „ plerique plebecula, in Aulae aream sese infudere,
 „ Archiducem praestolaturi: His cedere compulsis,
 „ redeuntem e Templo eundem. factionis Primores e
 „ Praetorii Ciuici Assessoribus Stipani, flexisque geni-
 „ bus liberum Ciuitatibus, et oppidis Austriae reli-
 „ gionis exercitium indulgeri expostulant, plebecula
 „ circumfusa identidem vociferante: *Euangelium peti-*
 „ *mus, petimus Euangelium.* Quare, vt tumultuanti
 „ non nihil daret vulgo, et se lecturum libellum, et
 „ cum Caesare communicurum, toruo vultu respondit.
 „ Conquieuit eo responso turba: Caesar autem, re,
 „ Pragae intellecta, tumultus illius Auctores requiren-
 „ dos iussit. etc.

„ Anno eodem. Beniaminus Lobschütz, homo Lu-
 „ theranus, instituta in Medicorum Collegio Anatomia,
 „ cum partes genitales examinaret, exclamauit: insanos
 „ eos esse, et naturae inexperter, qui perpetuae casti-
 „ tatis vota emitterent; continere enim se posse nemi-
 „ nem, nisi testiculis excisis, quando eiusmodi actio-
 „ nes hominibus necessitas imponeret, nullis legibus,
 „ aut votis coërcenda. Is, a Medicis Catholicis, et qui
 „ aderant, Theologis obiurgatus, mox inde ad Vniuer-
 „ sitatis Iudicium vocatus, et reprehensione, et poena
 „ pecuniaria est mulctatus.

„ Ad An. 1580. pag. 38. seq. Commoti superiori
 „ anno tumultus Autoribus non postremis, *Ordolffio*
 „ *Eysenhamer*, *Hieronymo Oertel* (qui Sollicitatoris mu-
 „ nere in Vniuersitate fungebatur) *Casparo Huetasser*,
 „ *Schadnero*, et *Ianischitz*, Lutheri sectatoribus omni-
 „ bus, hoc anno sententia capitis denunciata, quam
 „ Caesaris tamen clementia, in perpetuum exilium com-
 „ mutauit.

„ Anno eodem postulatis iussu Ernesti Archiducis
 „ a Bibliopoli Librorum venalium Catalogis, iis, qui
 „ acatholicam continebant Doctrinam, interdictum. Vnus
 „ ille, qui in Domo Prouinciae Ordinum, Librariam
 „ exercebat, patrocinio Confessionis Augustanae Sta-
 „ tum ferox refragari ausus, ab Archiduce ni obtem-
 „ perasset, exilio multari iussus est.

„ Die 23. May obiit Bartholomaeus Haufflein I. V.
 „ Doctor, homo per vitam omnem Flaccianus, non
 „ modo Confessionem auricularem reiciebat, sed ne-
 „ minem Sacramentum Eucharistiae, nisi qui consecratio-
 „ nis verba audiret, suscipere declarabat; elatum in
 „ profanum campum, sine luce, sine cruce funus,
 „ frustra sepulturam ad D. Stephani Coemeterium fami-
 „ liaribus Episcopum deprecantibus. Hunc mense De-
 „ cembri secutus *Zoppeltus*, Legum itidem Doctor, et
 „ Excelsi Regiminis Cancellarius, qui tamesi Acathe-
 „ licis immodicum fauere, Lutherique Dogma probare,
 „ dum videretur: quod tamen constaret eum sub po-
 „ stremas horas vitae, hominem Orthodoxum signis sat
 „ luculentis retulisse, vt ad D. Michaelis aedem funus
 „ eius inferretur, ab sacrorum Antiflute permissum.

„ Anno eodem. *Martinus Stopius Flander*, Phil. et
 „ Med. Doctor, homo antehac Lutheranus, vt Recto-
 „ ratus munere fungi posset, partibus Catholicorum
 „ accessit, edito in Exrectoris manus iureiurando, se
 „ rem Catholicam, iuxta Vniuersitatis instituta, omni
 „ opera promoturum.

„ Ad Annum 1581. pag. 40. Anno iam superiore
 „ *Melchior Kleselius* Vniuersitatis Cancellarius, et Prae-
 „ positus D. Stephani; religioni consulturus, ab Vni-
 „ uersitate, et Archiduce Ernesto contenderat, nulli vt
 „ ad litterarios honores, Vniuersitatemque pateret adi-
 „ tus, nisi iuxta Ferdinandi Imi reformationem, atque
 „ Pii IV. Bullam, fidem Romano-Catholicam professo
 „ praeter enim Facultatem Theologicam, ternae Facul-

„ tates reliquae ab anno 1564. scilicet post reci-
 „ tatum Maximiliani II. Decretum nihil Pontificiae
 „ Bullae detulerint. Effectum itaque Cancellarius
 „ hoc anno dedit, vt Decretum de Candidatis Fa-
 „ cultatum ad Fidei professionem cogendis, Vni-
 „ uersitas acciperet ab Ernesto. Primus, qui
 „ poenas Decreti non obseruati dedit, Medicinae
 „ Candidatus cognomento *Eberstorfferus* erat, qui
 „ vt professionem fidei declinaret, Facultati tamen
 „ adscriberetur, Vittembergae Doctoratus insignia
 „ accepit, atque inde Viennam redux, in Medicam
 „ quidem Facultatem recipitur, at mox eiicitur,
 „ atque fidei Romano-Catholicae professio, nouo
 „ Decreto tribus facultatibus imponitur, cassato
 „ Maximiliani II. Anno 1594. emanato Decreto.

„ Anno eodem numerus ingens librorum hae-
 „ reticorum apud Bibliopolas Vienneses repertus,
 „ opera *Oswaldi Huttendorfferi* Senatoris, qui mox
 „ eodem anno Iudex Ciuitatis meruit, in aulam
 „ Episcopalem deportatus, frustra Bibliopolis, et
 „ A catholicis spolia repetentibus.

„ Strenue quoque rem catholicam promouit
 „ *Georgius Scherer*, Societatis Iesu, qui in Con-
 „ cionibus aulicis, Confessionem Augustanam diluere,
 „ eneruare etc. eo cum fructu superiore anno
 „ coeperat, vt e nobilitate, aequae ac plebe centum
 „ aliquot, dimidii anni spatio eam eiurarent.

„ Ad Annum 1582. pag. 46. die 13. Martii
 „ viuere desiit *Beniaminus Löbschutz*, M. Doctor
 „ eiusdemque primarius Professor, et Senior. Mo-
 „ nitus ab amicis, vt se se Ecclesiae restitueret,

,, eiusdemque Sacramentis ad aeternitatem compa-
 ,, reret, confusa voce reposuit, nullius se religionis
 ,, esse, vitamque finiit, nullo poenitentiae signo
 ,, relicto, hinc et funus eius a fini sepultura elatum,

,, Ad Annum 1585. pag. 49. Protestantes
 ,, Austriae Status iteratis supplicibus litteris ad
 ,, Arch-ducem Ernestum, per Mareschallum Pro-
 ,, uinciae *Ioh. Wilh. Rogendorffium* oblatis, libe-
 ,, rum Augustanae Confessionis exercitium, etiam
 ,, illis, qui ex Proceribus, Equitibusque Austriae
 ,, non essent, admittendum contendebant. Nihil
 ,, tamen iis datum, imo nouis Decretis sectae vsus,
 ,, ad quos ille concessione statibus facta non perti-
 ,, nebat, est interdictus. Et cum Ministri duo
 ,, *Hauserus*, et *Philippus Barbatus*, Flaccianae
 ,, Doctrinae sparsae rei deferrentur, carceribus
 ,, aliquamdiu in turri, ad Paller-Thor nominata,
 ,, mulctati sub finem Iunii in exilium missi. Pulsus
 ,, etiam ex *Hernhals*, quem Loci Dominus conduxerat,
 ,, lutheranus Minister, *Inserstorffensi* autem poena
 ,, exilii, si ad promiscuam concionem verba facere
 ,, continuaret, constituta.

,, Ad Annum 1586. pag. 49. Religionis
 ,, Catholicae procurandae cura, ad ceteras quoque
 ,, Austriae Vrbes protensa, nusquam earum publico
 ,, exercitio Lutheranis permissa. Cui reformationi
 ,, licet *Crembsenses* multum oblucentur: *Georgii*
 ,, tamen *Schereri*, et *Pauli Christiani S. I.* Sacer-
 ,, dotum opera effectum, vt pulsis Ministris, spes
 ,, haud parua adfulgeret iam 40. annis heterodoxae
 ,, Doctrinae innutritos Catholicae fidei restituendos.

„ Tumultuatam grauius *Bauaro - Waidhoffi*, quo
 „ accurrens idem *Schererus* rem catholicam non sine
 „ vitae periculo propugnabat; turbarum auctores
 „ capitis rei pronuntiati fuere.

„ Eodem Anno, obierunt: *Michael Iingeli-*
 „ *lius, Casparus Pierpachius et Michael Spital*,
 „ Med. Doctores, qui *Luthero* penitus imbuti,
 „ auctoritate nominis, haud paucos in eius traxere
 „ Doctrinam.

„ Eodem Anno. Cum *Burfarum* Superinten-
 „ dentes, aut heterodoxi nominarentur, aut eius
 „ sectae Nouitii in *Bursas* reciperentur, *Archidux*
 „ *Vniuersitatem* litteris commonefecit, vt in emen-
 „ dationem earum rerum omnino incumberent.

„ Ad Annum 1587. *Melchior Klefelius*, *Vni-*
 „ *uersitatis* Cancellarius, ac ad *D. Stephanum Prae-*
 „ *positus*, cum *Passauienfis* simul in *Austria Inferi-*
 „ *ori Dioecesis* Officialis esset, non semel per
 „ oppida, pagosque profectus, pulsus vndique *Lu-*
 „ *theranis* Ministris, rem Catholicam non parum
 „ restituit, quo *Episcopus Neostadiensis* creari
 „ meruit a *Rudolpho* Imperatore.

„ Ad Annum 1588. pag. 56. *Minister Luthe-*
 „ *ranus Maximilianus Biber*, *A. A. L. L. Magister*,
 „ 24. abhinc annis per *Paulum Eberum* creatus,
 „ vt e *Confessione Augustana* quaestum sibi faceret,
 „ *Styriam, Austriamque* percurfabat, ex iocularis
 „ cuiusdam, quem deportabat ficti masculi caligulis,
 „ (quibus pixidulam hostiis refertam occuluit)
 „ coenam *Lutheranam* non tam dispensans, quam

„ Decani munerj aptum iudicatum. Austriaca itaque
 „ natio nouis suffragiis *Antonium Hrofsuptum* Ordinis
 „ Praedicatorum Theologiae Doctorem, frustra recla-
 „ mantibus *Antiromanis*, Procuratorem renunciavit.

Ad An. 1571. pag. 16. Facultati Theologicae, quae
 „ numero quamvis exigua, rem ramen Orthodoxam
 „ *fere-una* ex Vniuersitate procurabat, non leuis erat
 „ metus, ne proxima mutatione, heterodoxorum votis
 „ is ipse *Grienwaldus* Rector Magnificus designaretur.
 „ Quod vt praenueniretur, recursum est ad Caesarem,
 „ tum Pragae morantem, autoritate caueret sua, ne
 „ quis, labente vt minimum aestate Rectoris munere
 „ fungeretur, quin Supplicationem Theophoricam,
 „ vt Vniuersitatis statuta exigunt, comitaretur; quem-
 „ admodum paucis intra abhinc annis impune id fac-
 „ tum esset. Cnm vero expeditum desuper Maximili-
 „ ani Decretum non aliud iniungeret, quam in genere
 „ electionem futuri Rectoris, secundum antiqua Vni-
 „ uersitatis Statuta fieri debere, talemque Rectorem
 „ eligendum esse, qui dictis Statutis, et antiquis con-
 „ suetudinibus in publicis actibus sese conformet:
 „ *Wolfgangus ab Unverzagt*, Caesari a Secretis, addi-
 „ tis aliis litteris, quo pacto Imperatoriae accipien-
 „ dae essent, luculentius declaravit; eligendum nem-
 „ pe esse in Rectorem hominem Catholicum, qui Theo-
 „ phoricis Processionibus, et cultui sacro ad S. Ste-
 „ phanum solenniter interesse non recuset.

„ Ad An. 1572. pag. 19. Restrictam nuper ad sta-
 „ tus solummodo Religionis Augustanae libertatem,
 „ non Ciues modo complures Viennae, sed et de
 „ Vniuersitate non pauci, palam Lutheranorum ritus
 „ profitentes fecere suam, in sepulturis cumprimis,
 „ piis Ecclesiae cerimoniis, superstitionis veluti, abro-
 „ gatis, suisque mortuis, non iam in Vrbe, sed extra
 „ eam in pagis, et villis rusticorum, exclusis Sacer-
 „ dotibus, misso pulsu campanarum, cereis, cruce etc.
 „ inhumatis. Contra quos tamquam Urbis, Ecclesiae,

„ fuorumque Maiorum Sepulturae contemtores, et
 „ scandalosos, Caesarem ad Vniuersitatem expeditum
 „ est Decretum, cumque singulis Facultatum Decanis,
 „ et per eos omnibus membris Vniuersitatis communi-
 „ catum, quo omnia illa penitus prohibentur.

„ Ad An. 1575. pag. 25. Quidam e numero Scho-
 „ larium mortuus, ne quidquam recitata nuper Inhibi-
 „ tione Caesaris, heterodoxorum ritu, ducto nempe
 „ per aperta Vrbls compita funere, sine Mysta, sine
 „ face, sine cruce, ac aeris sono, terrae mandatus est;
 „ soli *Ioannes Aicholz* M. D. ac Magnificus eo tem-
 „ pore Rector, *Ioanni, Schwarzentaller* I. V. D. M.
 „ *Paulus Fabricius* compluresque ex Vniuersitate Aca-
 „ tholici omnem funeris pompam claudebant. Grauis-
 „ sime, vt debebat, *Carolus* Archidux vices tum Im-
 „ peratoris in Austria gerens, spretam Parentis aucto-
 „ ritatem tulit, poenasque transgressoribus comminatus
 „ nouo Decreto, priorem inhibitionem confirmat.

„ Ad An. 1577. pag. 28. Calendis Octobris, *Ru-*
 „ *dolphum* II. Austriae status ad *D. Stephani*, longo
 „ ordine, ac singulari cum pompa pro comitatu dedu-
 „ xerant, factis solemnibus ad aulam reditum, et pro
 „ more Archiduci dictum a Statibus Sacramentum. Ab-
 „ stinere Aetholici ordines, non modo Romanis in
 „ Basilica sacris, sed vulgo ore omnium iactabatur,
 „ non dicturos se Sacramentum, nisi Princeps libera-
 „ tem Augustanae Confessionis ad quoscunque promi-
 „ scue esset extensurus: quos tamen minaces Statuum
 „ Spiritus vel solo Maiestat's terrore Princeps repres-
 „ sit. Caeterum, iam ante Caesaris aduentum *Erne-*
 „ *stus* Archidux Austriae interea Gubernator ad Vni-
 „ uersitatem 8 Iunii dedit Decretorias, ne Academici
 „ Lutheranorum Ministros domi suae fouerent, eosque
 „ concionari, coenam administrare, nouos coniuges
 „ copulare, funeribus parentari, etcet. paterentur,
 „ denique ne funera haereticorum ulli comitentur,

„ Processionibus contra, et cultibus solemnibus, etc.
 „ interfint.

„ Ad An. 1578. pag. 31. Cum Authore M. Corne-
 „ lio *Grienvaldo* nationis Austriacae Procuratore, ho-
 „ mine insigniter Lutherano, b ni, alterius ex Iuri-
 „ dica et Medica Procuratoris accessu fulto, 14. April.
 „ in Magnificum Rectorem *Ioannes Schvartzentaller*,
 „ Iurisprudencia caeterum celeberrimus, Lutheritam
 „ dogmate imbutus deligeretur; creationi illi a Theo-
 „ logo intercessum. Nec irriti illi conatus fuere, noua
 „ a Rudolpho lata sententia, ne quis eo ornaretur ho-
 „ nore, qui publicis Catholicorum solemnitatibus in-
 „ teresse nollet. Id cum *Schvartzentallerus* per con-
 „ scientiam sibi integrum esse negaret, electio eius
 „ cassata, et functo iam praeterito Semestri, eo mu-
 „ nere, *Petro Muschitschio* Th. D. fasces iidem con-
 „ firmabantur.

„ An. eodem 21. Iun. eiectus per Decretum publi-
 „ cum Magister *Iosua Opitius*, sectae Flaccianae rabu-
 „ la, ac stipendiatus in Domo Prouinciali Verbi Mi-
 „ nister, ante solis occasum, Vrbe excessit, vna cum
 „ Ludimagistris, et Hymnists suis, currum ad Vrbs
 „ vsque portam Secretariis magno cum fremitu dedu-
 „ centibus; reuersuro in Ditiones Austriacas poena
 „ mortis statuta.

„ Ad An. 1579. pag. 35. seqq. Instructionis ab
 „ *Ernesto* Austriae Administratore, ad omnes triuialium
 „ Scholarum Magistros missae, puncta quaedam. sum:
 „ Ne Iuuentuti vtriusque sexus haeresim sapientes libri
 „ admitterentur. 6um: Principio, sineque Scholarum
 „ iis vtantur Cantionibus, quae hactenus in Ecclesia
 „ vsitatae, seruis iis, quae a Luthero concinnatae es-
 „ sent. IIum: Ne Ludimagister vllus, aut Ludinagi-
 „ stra constitutatur, nisi Catholica..

„ An. eod. 19. Iul. Cum Ciuitates, Oppidaque
 „ Inferioris Austriae fere pleraque ab eodem *Ernesto*
 „ Caes.

„ Caesaris nomine, liberum Confessionis Augustanae
 „ exercitium postulerent, repulsamque passi essent, ma-
 „ ne circa horam 3vam ad quinque fere millia, e vili
 „ plerique plebecula, in Aulae aream sese infudere,
 „ Archiducem praestolaturi: His cedere compulsis,
 „ redeuntem e Templo eundem. factionis Primores e
 „ Praetorii Ciuici Assessoribus Stipani, flexisque geni-
 „ bus liberum Ciuitatibus, et oppidis Austriae reli-
 „ gionis exercitium indulgeri expostulant, plebecula
 „ circumfusa identidem vociferante: *Euangelium peti-*
 „ *mus, petimus Euangelium.* Quare, vt tumultuanti
 „ non nihil daret vulgo, et se lecturum libellum, et
 „ cum Caesare communicaturum, toruo vultu respondit.
 „ Conquieuit eo responso turba: Caesar autem, re,
 „ Pragae intellecta, tumultus illius Auctores requiren-
 „ dos iussit. etc.

„ Anno eodem. Beniaminus Löbschuz, homo Lu-
 „ theranus, instituta in Medicorum Collegio Anatomia,
 „ cum partes genitales examinaret, exclamauit: insanos
 „ eos esse, et naturae inexperter, qui perpetuae casti-
 „ tatis vota emitterent; continere enim se posse nemi-
 „ nem, nisi testiculis excisis, quando eiusmodi actio-
 „ nes hominibus necessitas imponeret, nullis legibus,
 „ aut votis coercenda. Is, a Medicis Catholicis, et qui
 „ aderant, Theologis obiurgatus, mox inde ad Vniuer-
 „ sitatis Iudicium vocatus, et reprehensione, et poena
 „ pecuniaria est mulctatus.

„ Ad An. 1580. pag. 38. seq. Commoti superiori
 „ anno tumultus Autoribus non postremis, *Ordolfo*
 „ *Eysenhamer*, *Hieronymo Oertel* (qui Sollicitatoris mu-
 „ nere in Vniuersitate fungebatur) *Casparo Huetaffer*,
 „ *Schadnero*, et *Ianischitz*, Lutheri sectatoribus omni-
 „ bus, hoc anno sententia capitis denunciata. quam
 „ Caesaris tamen clementia, in perpetuum exilium com-
 „ mutauit.

„ Anno eodem postulatis iussu Ernesti Archiducis
 „ a Bibliopolis Librorum venalium Catalogis, iis, qui
 „ acatholicam continebant Doctrinam, interdictum. Vnus
 „ ille, qui in Domo Prouinciae Ordinum, Librariam
 „ exercebat, patrocinio Confessionis Augustanae Sta-
 „ tuum ferox refragari ausus, ab Archiduce ni obtem-
 „ perasset, exilio multari iussus est.

„ Die 23. May obiit Bartholomaeus Hauslein I. V.
 „ Doctor, homo per vitam omnem Flaccianus, non
 „ modo Confessionem auricularem rejiciebat, sed ne-
 „ minem Sacramentum Eucharistiae, nisi qui consecratio-
 „ nis verba audiret, suscipere declarabat; elatum in
 „ profanum campum, sine luce, sine cruce funus,
 „ frustra sepulturam ad D. Stephani Coemeterium fami-
 „ liaribus Episcoporum deprecantibus. Hunc mense De-
 „ cembri secutus *Zoppelius*, Legum itidem Doctor, et
 „ Excelsi Regiminis Cancellarius, qui tamen Acatho-
 „ licis immodicum fauere, Lutherique Dogma probare,
 „ dum videretur: quod tamen constaret eum sub po-
 „ stremas horas vitae, hominem Orthodoxum signis sat
 „ luculentis retulisse, vt ad D. Michaelis aedem funus
 „ eius inferretur, ab sacrorum Antiflute permissum.

„ Anno eodem. *Martinus Stopius Flander*, Phil. et
 „ Med. Doctor, homo antehac Lutheranus, vt Recto-
 „ ratus munere fungi posset, partibus Catholicorum
 „ accessit, edito in Exrectoris manus iureiurando, se
 „ rem Catholicam, iuxta Vniuersitatis instituta, omni
 „ opera promoturum.

„ Ad Annum 1581. pag. 40. Anno iam superiore
 „ *Melchior Klefelius* Vniuersitatis Cancellarius, et Prae-
 „ positus D. Stephani; religioni consulturus, ab Vni-
 „ uersitate, et Archiduce Ernesto contenderat, nulli vt
 „ ad litterarios honores, Vniuersitatemque pateret adi-
 „ tus, nisi iuxta Ferdinandi Imi reformationem, atque
 „ Pii IV. Bullam, fidem Romano-Catholicam professo
 „ praeter enim Facultatem Theologicam, ternae Facul-

„ tates

„ tates reliquæ ab anno 1564. scilicet post reci-
 „ tatum Maximiliani II. Decretum nihil Pontificiæ
 „ Bullæ detulerint. Effectum itaque Cancellarius
 „ hoc anno dedit, vt Decretum de Candidatis Fa-
 „ cultatum ad Fidei professionem cogendis, Vni-
 „ uersitas acciperet ab Ernesto. Primus, qui
 „ poenas Decreti non obseruati dedit, Medicinæ
 „ Candidatus cognomento *Eberstorfferus* erat, qui
 „ vt professionem fidei declinaret, Facultati tamen
 „ adscriberetur, Vittembergæ Doctoratus insignia
 „ accepit, atque inde Viennam redux, in Medicam
 „ quidem Facultatem recipitur, at mox eiicitur,
 „ atque fidei Romano-Catholicæ professio, nouo
 „ Decreto tribus facultatibus imponitur, cassato
 „ Maximiliani II. Anno 1594. emanato Decreto.

„ Anno eodem numerus ingens librorum hæ-
 „ reticorum apud Bibliopolas Viennenses repertus,
 „ opera *Oswaldi Huttendorfferi* Senatoris, qui mox
 „ eodem anno Iudex Ciuitatis meruit, in aulam
 „ Episcopalem deportatus, frustra Bibliopolis, et
 „ Acatholicis spolia repetentibus.

„ Strenue quoque rem catholicam promouit
 „ *Georgius Scherer*, Societatis Iesu, qui in Con-
 „ cionibus aulicis, Confessionem Augustanam diluere,
 „ eneruare etc. eo cum fructu superiore anno
 „ coeperat, vt e nobilitate, aequæ ac plebe centum
 „ aliquot, dimidii anni spatio eam eiurarent.

„ Ad Annum 1582. pag. 46. die 13. Martii
 „ viuere desinit *Beniaminus Löbschutz*, M. Doctor
 „ eiusdemque primarius Professor, et Senior. Mo-
 „ nitus ab amicis, vt se se Ecclesiæ restitueret,

„ eiusdemque Sacramentis ad aeternitatem compa-
 „ reret, confusa voce reposuit, nullius se religionis
 „ esse, vitamque finiit, nullo poenitudinis signo
 „ relicto, hinc et funus eius asini sepultura elatum.

„ Ad Annum 1585. pag. 49. Protestantes
 „ Austriae Status iteratis supplicibus litteris ad
 „ Archiducem Ernestum, per Mareschallum Pro-
 „ uinciae *Joh. Wilh. Rogendorffium* oblatis, libe-
 „ rum Augustanae Confessionis exercitium, etiam
 „ illis, qui ex Proceribus, Equitibusque Austriae
 „ non essent, admittendum contendebant. Nihil
 „ tamen iis datum, imo nouis Decretis sectae vsus,
 „ ad quos ille concessione statibus facta non perti-
 „ nebat, est interdictus. Et cum Ministri duo
 „ *Hauserus*, et *Philippus Barbatus*, Flaccianae
 „ Doctrinae spariae rei deferrentur, carceribus
 „ aliquamdiu in turri, ad Päller-Thor nominata,
 „ mulctati sub finem Iunii in exsilium missi. Pulsus
 „ etiam ex *Hernhals*, quem Loci Dominus conduxerat,
 „ Iutheranus Minister, *Inserstorffensi* autem poena
 „ exsilii, si ad promiscuum concionem verba facere
 „ continuaret, constituta.

„ Ad Annum 1586. pag. 49. Religionis
 „ Catholicae procurandae cura, ad ceteras quoque
 „ Austriae Vrbes protensa, nusquam earum publico
 „ exercitio Lutheranis permisso. Cui reformationi
 „ licet *Crembsenses* multum oblectarentur: *Georgii*
 „ tamen *Schereri*, et *Pauli Christiani S. I.* Sacer-
 „ dotum opera effectum, vt pulsis Ministris, spes
 „ haud parua adfulgeret iam 40. annis heterodoxae
 „ Doctrinae innutritos Catholicae fidei restituendos.

” Tumultuatum grauius *Bauaro - Waidhoffi*, quo
 ” accurrens idem *Schererus* rem catholicam non sine
 ” vitae periculo propugnabat; turbarum auctores
 ” capitis rei pronuntiati fuere.

” Eodem Anno, obierunt: *Michael Linge-*
 ” *lius*, *Casparus Pierpachius* et *Michael Spital*,
 ” Med. Doctores, qui *Luthero* penitus imbuti,
 ” auctoritate nominis, haud paucos in eius traxere
 ” Doctrinam.

” Eodem Anno. Cum *Bursarum Superintenden-*
 ” *tes*, aut heterodoxi nominarentur, aut eius
 ” sectae Nouitii in *Bursas* reciperentur, *Archidux*
 ” *Vniuersitatem* litteris commonefecit, vt in emen-
 ” dationem earum rerum omnino incumberent.

” Ad Annum 1587. *Melchior Klefelius*, *Vni-*
 ” *uersitatis Cancellarius*, ac ad *D. Stephanum Prae-*
 ” *positus*, cum *Passauiensis* simul in *Austria Inferi-*
 ” *ori Dioecesis Officialis* esset, non semel per
 ” oppida, pagosque profectus, pulsus vndique *Lu-*
 ” *theranis Ministris*, rem Catholicam non parum
 ” restituit, quo *Episcopus Neostadiensis* creari
 ” meruit a *Rudolpho Imperatore*.

” Ad Annum 1588. pag. 56. *Minister Luthe-*
 ” *ranus Maximilianus Biber*, *A. A. L. L. Magister*,
 ” 24. abhinc annis per *Paulum Eberum* creatus,
 ” vt e *Confessione Augustana* quaestum sibi faceret,
 ” *Styriam*, *Austriamque* percurfabat, ex iocularis
 ” cuiusdam, quem deportabat ficti masculi caligulis,
 ” (quibus pixidulam hostijs refertam occultuit)
 ” coenam *Lutheranam* non tam dispensans, quam

„ velut Agyrta diuenditans. Dum Viennae quoque
 „ in Suburbio, cui hodie ab *Auxiliatrice Virgine*
 „ nomen, id ageret, a Magistratu ciuico, cum
 „ vxore comprehensus, in custodiam traditus est,
 „ vbi opera Kleselii religionem catholicam amplexus,
 „ longiores post carceres, posthac librario com-
 „ mercio vitam tolerauit.

„ Ad Annum 1594. pag. 68. viuere desit
 „ *Iouannes Neübeck*, Antistes Viennensis. Hic vi-
 „ ginti annos omnino religione Catholica, Vienna,
 „ mediam partem, Lutheri dogmate corrupta, tu-
 „ tandisque Ecclesiae Romanae sacris, indefesse
 „ desudauit.

„ Ad Annum 1595. pag. 70. Non leui
 „ terrore Viennam impleuit rusticorum vtriusque
 „ Austriae tumultus, ob negatam Augustanae Con-
 „ fessionis libertatem, pullos Euangelicos Pastores,
 „ etc. arma arripientium. Hi, isto inter se foe-
 „ dere, et in turmas collecti, Parochos e Parae-
 „ ciis eiecerunt, furoremque per vicinas Viennae
 „ regiones circumtulere. Sopiendo tumultui a
 „ Matthia Archiduce Viennenses copiae, et Aca-
 „ demicus manipulus collectus, qui obsidentes vr-
 „ bem rusticos dispulere, deinde in campis *Wil-*
 „ *helmspurgenfibus* collectos, magna clade adfecere:
 „ dilapsi exinde in domos suas plerique: tumul-
 „ tus auctores Viennae supplicio adfecti; caeteri,
 „ qui capi potuerunt, abscissis auriculis, vbi quie-
 „ tem iurarunt, ad sua remissi sunt.

„ Ad Annum 1596. pag. 71. Vti per Au-
 „ striam omnem, ita Viennae A catholici, res Sectae
 „ suae strenue promouebant. Domo Prouinciali,
 „ ad Concionem, a Verbi Ministro palam iterum
 „ declamatum; atque a confluo passim Lutherano
 „ populo, inibi preces ad Deum, pro auertendo
 „ bello Turcico fusae, ab ordinibus superioris Au-
 „ striae liberum religionis exercitium popularibus
 „ concessum, quibus tamen seueris mandatis a
 „ Matthia Archiduce obuiam itum. Praeterea idem
 „ obiri, et disquiri Scholas tripiates ab officiali
 „ ad D. Stephani, et Theologiae Facultatis Decano,
 „ mandauit. Anno hoc 1596. bini Scholarum
 „ Rectores, qui Luthero addicti erant, exesse iussi,
 „ haereticis pueris libelli erepti; *Petri Canisii* Ca-
 „ techismus introductus etc.

„ Ad Annum 1598. pag. 73. *Oswaldus*
 „ *Koffler*, Flaccianae Sectae Affecla, cum Scribae,
 „ Sollicitatorisque titulo Vniuersitati subesset, in
 „ quaestionem vocatus, Flaccianae haeresis damna-
 „ tus, et distributae per nobilium, aequae ac
 „ Ciuium Domos coenae conuictus, carceribus et
 „ pecuniaria castigatus multa, demum in exilium
 „ actus est.

„ Ad Annum eundem pag. 74. *Ioannes*
 „ *Schwartzentaller*, I. V. D. (vide sup. ad annum
 „ 1578) pro munere Caesarei apud Vniuersitatem
 „ Superintendentis, inter alios Candidatos nomi-
 „ natus est. His tamen omnibus praeteritis Su-
 „ perintendens renunciatus est *Paulus Sauer* etc.

„ Ibidem Ioannēs Schwartzentallerus I. V.
 „ Doctor, rerum Vniuersitatis peritissimus etc. etc.
 „ Ad Annum 1600. pag. 77. Acatholici
 „ bellorum confisi turbis, liberum omnibus Au-
 „ striae locis Augustanae Confessionis exercitium
 „ rpetitis vicibus vrgent. At praeclaro Matthiae
 „ Archiducis zelo factum, vt non modo impetrarent
 „ nihil, sed religio Catholica per vtramque Austriam,
 „ et Viennae potissimum, se magis magisque fir-
 „ maret. Iam inde a pacato rusticorum tumultu,
 „ Catholici Paraecijs restituti Pastores, erepta
 „ Luthericis fana, pulsī Ducalibus Urbibus Se-
 „ ctarum Ministri: Viennae quoque inhibitum, ne
 „ Academicorum, aut Ciqium quisquam, vt ante-
 „ hac, in Inferstorff excurreret: Lintzium a
 „ Matthia Societas Iesu introducta; ab Vniuersitate
 „ Romanae fidei Iurisperiti, Ludorumque Rectores,
 „ pulsī heterodoxis, eandem in Urbem submissi.
 „ Denique ne ab Acatholicis Scholaribus ex Styria,
 „ Carinthia, Carniolia pulsīs, Viennensis Vniuersitas
 „ detrimentum in Religione caperet; Matthiae
 „ mandato Professoribus, Bursarumque Superin-
 „ tendentibus seuerissime iniunctum, ne quem in
 „ Scholas, Bursarumque contubernium reciperent,
 „ nisi quem praemisso examine sanae religionis esse
 „ constiterit.

„ Ad Annum 1606. pag. 82. Suborta, Ru-
 „ dolphum Caesarem inter, et Matthiam Archidu-
 „ cem dissensione, Augustanae Confessionis status,
 „ hac vsi occasione, religionis suae exercitium
 „ apud vtrosque vrgabant, et sua in Catholicos

ordines grauamina adferebant, vt vel a diffentiam alterutro Principum illud extorquerent, quod tanta haecenus constantia denegatum; Ordines contra Catholici, Archiduci libellum aduersus heterodoxos porrexere.

„ Ad Annum 1607. pag. 82. die 22. Apr. Collegium Societatis Iesu inopinis flammis conflagravit, A Catholicorum et maleuolorum Viennensium is erat rumor: Iesuitas de industria ignem aedibus suis subiecisse, vt Ciuitatem, quam heterodoxi multi incolerent, vna concremarent.

„ Ad Annum 1609. pag. 85. Fracta tandem vtriusque Principis in denegandis A Catholicorum postulatibus, constantia: Rudolphus quidem *Maestatis Diploma* die 11. Iulii subscripsit; Matthias vero quod A Catholicis Austriae ordines, non modo Iuramentum fidei, nisi confirmata, extensaque ad Statum ciuicum Augustanae Confessionis concessione, recusarent; sed eam omnino ad Hornam collecti, armis vrgerent, libertatem eam certis conditionibus 21. Martii 1609. permisit; Passauiensi ac Viennensi Episcopis, et Nuncio Apostolico reclamantibus. Indulto religionis exercitio, reducti sunt in *Herrhals*, *Insestorffium*, aliaque oppida Lutherani Ministri, tanto Nobilium, ac promiscuae plebis, per eam aestatem affluxu, vt non raro decem millia Auditorum numerarentur. Penetrauit ea sentiendi viuendique licentia, et in Senatum, populumque Academicum, adeo, vt haud pauciores heterodoxi orthodoxis, binis praecipue in Facultatibus

„ censeantur. Aduersum haec zelare Catholici,
 „ e Cathedris Lutheranos edocere errores etc. quo
 „ factum, fauente Catholicis Matthia Rege, ne
 „ auita Sacra Viennae ex integro pessumirent.
 „ Haud multo post A catholici libri interdicti, et
 „ per omnes officinas visitatio est instituta.

„ Ad Annum 1610. pag. 89. Auctor erat
 „ *Kleselius* Matthiae Regi, vt Iesuitae apud Vni-
 „ uersitatem Philosophicum cursum praelegere iube-
 „ rentur, e quo fore sperabat, vt Iuuentus inter
 „ *litteras, Romanis quoque sacris, et pietate* ado-
 „ lesceret, quod et, per Commissarios tentatum;
 „ verum cum ex mente quatuor Facultatum respon-
 „ deretur: Inductionem hanc cursus Philosophici,
 „ a Patribus Societatis Iesu tradendi esse aduersum
 „ vniuersitatis foundationem, et Decretum Maxi-
 „ miliani II. Anni 1573. praeterea rixas, et
 „ turbas inde orituras, etc. Matthias tempori ce-
 „ dendum ratus, introductionem illam vrgere de-
 „ stitit.

„ Ad Annum 1614. pag. 101. Pulsus est
 „ iussu Caesaris Euangelii Lutherani Praeco ex
 „ S. Vdalrici in Suburbio Ecclesia, quem eo con-
 „ duxerat Austriae Inferioris Equitum, ex Statu
 „ *Dominus a Bachaleb*, ne quidquam acatholico
 „ Statu obstrepante.

„ Ad Annum 1615. pag. eadem. Cum multa
 „ Anno 1608. ad intertenendum suum militem
 „ Status A catholici contraxissent debita, quae iam
 „ expungere nequirent: rogarunt, vt in iis soluen-
 „ dis a Catholicis iuuentur, alias se cassam, seu
 „ acra-

„ aerarium separatuos. Res ad Principem delata,
 „ vt ipse statuat.

„ Ad Annum 1616. et 1617. pag. 103.
 „ et seqq. Ad cursum Philosophicum praeclegendum
 „ in Vniuersitatem Iesuitae introducti sunt, cum
 „ illi Collegium ipsum suum, quo ad Lectiones
 „ suas omnes vniri, atque incorporari penitus
 „ Vniuersitati maluissent.

„ Ad Annum 1619 pag. 122. A catholici
 „ vtriusque Austriae Status, non modo cum Bo-
 „ hemis colludebant, sed fidei iuramentum Fer-
 „ dinando se praestatuos refractarie negabant. In
 „ Inferiori Austria occultae sedariorum reliquiae
 „ caput erigere, et omnia ad tumultum spectare.
 „ Adductus ad haec in Austriam a Thurnensi Co-
 „ mite exercitus; Vienna ipsa obsidione tentabatur.
 „ Ciues Viennenses, cum non paucis Lutheranae
 „ Sectae Capitibus de admittendo Thurnensi Comite,
 „ vt ante conuenerat, iam conferebant; eousque
 „ impudentiae progressi, vt Oratore Andrea Thon-
 „ radl iniquissima quaeque a Ferdinando Rege po-
 „ stularent. Superior maximam partem acatholica
 „ Austria, vti commeatu bellico contribules fidei
 „ Bohemos iuuabat: Ita abdicatis Ferdinando fidis
 „ Praesidibus, factionis suae Magistratum creauit,
 „ occupatis arce Lincensi, et aliis. Verum ex
 „ his Ferdinandus II. gloriose est eluctatus; dum
 „ enim foris Thurnensis Comes obsidionem vrget,
 „ intra Viennam praesidio vacuam A catholici Ordi-
 „ nes in Principem impudentius insurgunt; inopinus
 „ Urbem ingressus est Gebhardus Santilirius cum

500. militibus, a Dampirio submissus, Vrbsque
obsidione liberata est.

Ad Annum 1621. pag. 135. Acatholici
Austriae Ordines, iam in gratiam Caesaris re-
cepti, quod aerarii inopia in persoluendo milite,
quem in subsidium tumultuantis Bohemiae con-
scripserant, premerentur, ad Catholicos Status
subsidii causa recurrere: discussum id multa dili-
gentia, et a Facultate Theologica rogata sen-
tentia, ab iisdem Catholicis: An salua conscien-
tia annuere huic petitioni possint; cum miles
iste contra Caesaream Maiestatem, et contra
Catholicam religionem militauerit.

Ad Annum 1622. pag. 143 seqq. Facta
est Societatis Iesu vnio, cum Vniuersitate, eiusque
vium, legitimumque membrum die 10. Nouembr.
a Commissariis Caesareis renunciata, publico in
Vniuersitatis Consistorio.

Ad Annum 1624. pag. 157. De pur-
ganda Lutheri erroribus Austria Caesar serio
cogitare coepit. Quare Sectarios Praedicantes
omnino arceri voluit, monitis coeteris per
Magistratum Ciuibus, vt qui Catholicis accedere
nollent, libere solum verterent. Obsecutus
Caesaris mandato praeprimis Senatus Viennensis,
qui ea sub specie, quod Catholicis Sacerdotibus
per Lutheranos Ministros necessaria ad vitam
tolerandam subtraherentur, exercitium omne,
in Vrbe Viennensi Caesaris nomine Praedicantibus
interdixit, vetitumque seuerissime, ne quis
Vienna ad concionem Protestantium in *Hernhals*

„ excurreret. Decretum istud Caesareum et Vni-
 „ uersitati subditis a Rectore Magnifico promul-
 „ gatum. Repertus non ita multo post ex Aca-
 „ demicis non nemo Medicinae Doctorum *Matthaeus*
 „ *Richter*, qui, quod in Decretum peccasset,
 „ 100. Imperialium multa, sibi a Rectore Magni-
 „ fico imposta, delictum luit.

„ Ad Annum 1625. pag. 162 seqq. Pulsi
 „ sunt Ministri Lutherani ex latibulis suis *Hern-*
 „ *hals* et *Inserstorff*. Viennensibus etiam Acathe-
 „ licis Ciuibus iterum e Senatu auctoritate Caesaria
 „ mandatum: *cedere, aut Catholice credere*, quod
 „ tamen subinde mandatum mitigatum, permissio
 „ Protestantibus conuersionis spatio, ea lege, vt
 „ interea conciones, instructionesque Catholicorum
 „ adirent. In Superiore Austria imperatum, vt
 „ Acathelici, aut ad veterem Catholicam religionem
 „ redirent, aut solum verterent, quo fine deno-
 „ minati Comuiffarii.

„ Ad Annum 1626. pag. 174 seq. Supe-
 „ rioris Austriae Acathelici ruricolae, seueritatem
 „ reformationis causati, palam tumultuabantur, ac
 „ in 70000. collecti, ciuili bello Patriam defos-
 „ dabant: sed qui Duce *Pappenheimio Comite* 24.
 „ Nouembris insigni ad S. Annae montem prelio
 „ prostrati sunt, in quo supra 300. occubere,
 „ caeteri Caesaris clementia implorata, ad sua
 „ rediere.

„ Eodem Anno: Continuata Inferioris Au-
 „ striae reformatio. Ipsi quoque expurgandae Vni-
 „ uersitati cura maxima adhibita. Datum eam ob
 „ *Wasser. P. III* C c „ caus-

„ causam a Caesare Decretum, quo Vniuersitatem
 „ ex solis Catholicis membris conflare fanciebat,
 „ solum vertere iis iussis, qui ad ritus Romanos
 „ accedere recusarent. Vniuersitatis in Tabulis
 „ sequens A catholicorum eidem sub ea adhuc tem-
 „ pora adscriptorum Catalogus existat: Ioannes
 „ Vimpfänger: Petrus Hueber, Kazpellig, Reiu-
 „ hardt, Höfsteiner, Zalnpaumb, Scherhackl, Val-
 „ Raner, Wilh. Reiger, Ioh. Linck, Christ. Haff-
 „ ner; Marc. Schnevogel, Andr. Polner, Esaias
 „ Mayr, Georg. Warzl, Melchior Sigl, Ioh. Erh.
 „ Sigler, Ioh. Diebold, Ioh. Musrhler, Andr.
 „ Conrad, Matth. Fridrich, Wolfg. Kieffl, Ioh.
 „ Zobl, Ioh. Ios. Zimmermann, Ioach. Hochmann,
 „ Abrah. Suttinger, Matth. Pauer, Magister Klueg;
 „ quorum pars nonnulla Iuris Consulti et Pragm-
 „ tici, caeteri plerique Medicinae Doctores, quibus
 „ accessere vidua Valteri Medicinae Doctoris Pier-
 „ dimpflin, et Weiffin.

„ Atque vt non tam cogi viderentur, quam
 „ volentes ad orthodoxam fidem traduci, totus hic
 „ A catholicorum manipulus in tres diuisus partes
 „ scribitur, quorum singulis sui ab Vniuersitate dati
 „ sunt Commissarii, quibus cum de Religionis ne-
 „ gotiis, et controuersis tractarent.

„ Eodem Anno: Decretum a Caesare reno-
 „ uatum, vi cuius nulli posthac Iuris Medicinaeque
 „ praxim Viennensi in Vrbe exercere liceret, qui
 „ earundem facultatum gremio adscriptus non esset;
 „ ea enim vel maxime de causa heterodoxorum
 „ in Vniuersitate numerus accreuerat, quod praxeos

„ pri-

„ priuilegium a Mareſchalico Aulae tribundi impe-
 „ trarent, tanetiſi Academica ſtatuta non ſeque-
 „ rentur.

„ Ad Annum 1627. pag. 181. Hoc Anno
 „ effectum, vt e recentis proxime A catholicis ple-
 „ rique ad Catholicorum caſtra tranſirent, vndecim
 „ ſolum nempe: Andrea Dalner, Ioh. Linck; Iu-
 „ ris Doctores; Iohanne Scherhacker, Reinholdt,
 „ Suttinger, Zimmermann, Pauer, Zobl, Kieſſ,
 „ Medicis, et Domina Pierdimpſſin peruicacibus,
 „ qui Iuribus, Priuilegiis Academicis excluſi, inde
 „ ab Excelſo Regimine Caefareis terris iuſſi ſunt
 „ exeſſe.

„ In Aſtria quoque magnis progreſſibus Ca-
 „ tholica religio vndique reſtituta, abeſſe grauiffimae
 „ poenae comminatione iuſſis Praedicantibus, qui
 „ etiam num in arcibus A catholicorum latebant; ſta-
 „ tuto etiam ipſis Aſtriae ordinibus termino, qui
 „ niſi ad Orthodoxam fidem redirent, ſolum ver-
 „ terent.

„ Ad Annum 1631. pag. 195. Datae ſunt
 „ ab Excelſo Regimine ad Academicum Senatuum lit-
 „ terae, quibus haereticorum, ſi qui membris Aca-
 „ demicis in ſeruitiis eſſent, nomina in catalogum
 „ relata ad ſe referrent, mandabatur.

„ Ad Annum 1650. pag. 265. Vt vetus
 „ religio in totam reduceretur Aſtriam, quam non
 „ paucae adhuc Proteſtantium reliquiae incolabant,
 „ ſeuere ſanxit religioſus Caefar Ferdinandus III.

„ exilio multandos eos, qui ad Catholicos ritus
 „ transire detrectarent. Delecti eam in rem Com-
 „ missarii complures, qui Austriam cum Iesuitis
 „ obirent, et infelici lolio repurgarent. Septin-
 „ genti a folis Iesuitis ad auitam religionem re-
 „ ducti leguntur, interque eos *Pontis ad Leytham*
 „ *Dominus Comes Trautmannsdorff* cum Dynastia
 „ tota. Datae etiam Caesaris litterae ad Vniuer-
 „ sitatem 28. Nouembris 1652. quibus, ei ite-
 „ rato ius perquirendi in Haereticos Libros per
 „ omnes Viennensis Urbis officinas asserit, et
 „ demandat.

Haec itaque historica Urbis et Vniuersitatis Vin-
 dobonensis Analecta clarissime euincunt Ioannem
 Sambucum, Medicum Nostrum, nobili stemmate
 Hungarico natum, sacris Protestantium fuisse addi-
 ctum, et epitaphio publico honoratum, sollempni
 pompa funebri efferri potuisse.

Centur. II. Part. II. ad pagg. 407--412
 addenda: Quo potissimum definito tempore in Hun-
 gariam penetrauerit infamis ille *Morbus Gallicus*,
 quem ordinis ecclesiallici Viros nostros *Missa B.*
Iobi contra Morbum Gallicum nuncupata, et sacris
 Ecclesiarum Hungaricarum Codicibus, *Missalibus*
 dictis, inserta pro temporum illorum infelicitate
 curare voluisse l. c. monuimus, ex *Matthia de*
Michovia, Chron. Polon. Lib. IV. cap. 77. apud
 Pistor. Scriptor. Rer. Polon. Tom. I. pag. 244.
 fuimus demum certissime edocti, occidente scilicet
 Seculo XV. Româ illum a peregrinatoribus, exci-

tandae et augendae deuotionis ergo vltro citroque
 commeantibus, ad nos in oras has adportatum fuisse,
 his ille nos certiores fecit verbis: „ Morbus Gal-
 „ licus hoc anno Domini 1493. sub oppositione
 „ duorum ponderosorum Saturni et Iouis in parti-
 „ bus mediis inter meridiem et occidentem, vbi
 „ est dominium Martis, scilicet in Mauritania et
 „ Caesarea, Hispania apparuit, et anno sequenti
 „ in Italiam et Franciam venit. Deinde pedetentim
 „ ad orientales processit regiones, apud nos in
 „ Cracouia prima mulier hoc Morbo infecta anno
 „ 1495. quae ex peregrinatione de Roma redeundo
 „ praefatum morbum secum Cracouiam attulit. Dein-
 „ de ex Hungaria eodem anno 1495. et 1496.
 „ aduenae tali morbo infecti adueniebant, et mor-
 „ bus per Cracouiam spargi ac multiplicari coepit.“

Matthias hic Michouius, Sigismundi I. Regis
 Poloniarum Physicus, vsus procul dubio est *Petri*
Pintor, Medici gente Hispani cultissimi, et Alexandri
 VI. Pontificis Rom. archiatri, libello omnium rarissi-
 mo, Romae an. 1500. in 4to plag. 5 $\frac{1}{2}$ edito, et
 sic inscripto: *Incipit Liber de morbo fardo, his tem-*
poribus adfligente. Romae per venerabilem Virum Eu-
charium Silber, die IX. mense Aug. ann. salut. Chri-
stiunae M. D. Pintor enim iste Luem Gallicam
 hanc, vt quidem adpellat, anno 1494. Romae se
 primum obseruasse scribit, eamque licet e promiscuo
 concubitu potissimum propagari adserat, nomina tamen
 aegrorum suorum, ad fidem forte didis suis concili-
 andam, sigillatim profiteri non est veritus, tanto
 quippe animi candore pro genio illius seculi ductus,

vt ne luculentis quidem Viris vllis parceret: Cardinalem vtpote *Segorbia* e tali morbo, atrocibus symptomatis stipato, adhibito vnguento mercuriali, se exemisse aperte scribit, non absimiliter *Petrum* quoque *Borgia*, Pontificis fratrem, et huius filium *Alphonsum Borgia*, nec non Cardinalem *Io. Borgia*, de monte *Reggio* in Sicilia archiepiscopum, et plures alios sacri ordinis Viros tali labe infectos se curauisse commemorat, immo in Proloquio opusculi ardentem optat, vt laudatus Alexander VI. ope et consilio libelli huius adiutus, a reliquiis infamis morbi huius in corpore eius hospitantibus possit liberari quam promptissime. En itaque habes L. B. definitum tempus, quo putida Morbi Gallici semina in Hungaria quoque nostra dispergi primum coeperint!

Ibidem addenda pag. 425. Inter Codices MSctos Bibliothecae Kazzaianae huiatis, quorum plures quam LXX. partim membranaceos, alios chartaceos numerat, exstat etiam Nro. 31. *Plenarium*, seu Breuiarium MSctum membranaceum Seculi, vt videtur, XIV. fol. 185. complexum, litteris quadratis, dictis Gothicis, interfertis rubris caeruleisque characteribus per duas columnas exaratum. In margine tabularum legitur Inscriptio litteris, a religatoribus *blinden Stich* vel *Stämpel* vocari solitis, impressa ab vno latere talis:

Anno MCCCCXXXVIII. Do iuan
ni dich gepunden von Bruder Conrad
Forecter prediger Ordens in Nuremberg.

In aucto vero latere: dyes breuyer iets bei abeth ptyurigin in dem Glocter in cantka Erreyn in Nureberg. Haec manifeste monstrant Codicem hunc sacrum anno statim indicato 1448. ad Ecclesiam S. Dominici (Praedicatorum) Norimbergensem pertinuisse; at ante id tempus Ecclesiam Pragensem eiusdem Ordinis S. Dominici illo vsam fuisse colligitur e praefixo Kalendario, post festum enim Remigii Ep. Conf. ad d. I. Octobr. additur: **Dedicatio ecclesie Pragensis.** In ferie vero Lectionum litteris rubris talia leguntur:

Dise Onuli list man an den Tag des wurdigen breithigers Xpi Sancti Dominici. Lectio sec. Euangeli scdm Matheum.

Aetate hac Ecclesia Pragensis plures Sanctos pro suis agnouit Patronis, Vitum puta, Gregorium, Luduillam, Procopium, Benedictum cum Fratribus, qui passim in lectionibus, officiis, Litiis commemorantur; sed inprimis Wenceslaus et Adalbertus, quorum officium claudit Breuiarium: de reliquis aequae in adhortatione Prioris ad Fratres et Patres dicenda, mirabilia et stupenda profus referuntur. Immo Bohemiam ipsam pro singulari suo Sancto Regem Hungariae, S. Ladislaum, fuisse veneratam, sequentia Kalendarii verba indicant: Iun. XIII. b. vi. 4. Ladislai regis ~~7~~ 9fess. quae tamen manus Hungaris inimica deleuit.

Quae

Quae post Kalendarium praefixum litteris rubris in praeambulo, columna priore, recitantur, quia Rebus nostris Hungaricis non nihil lucis toenerantur, etiam hic referam: Anno incarnationis dince MCCXXXVIII. **P** scissimu Prem Gregoriu ppm nonu **9** fmar e ordo frm crucifeor e stella de regula Sti augustinu que fudauit adhuc in Sclo existens Xpianissima ugo Agnes, regali genita ex **P** genie preuidel, Przyemislo, illustri rege Bohemor matre uo constancia so-roe senissimi pncipis dnu andee regis Vngarie patre sce elyzabeth que tandem diuina uolente clementia ordinem sci Damiani ingressa in domo sci Francisci in Pga Xpo desponsata Xlvi annis sponso suo ibidem sedulum exhibebat obsequiu. Que etia sponsi uestigia secuta treno carcere soluto de hui **9** uite. exilio Anno incarnationis eiusdem MCCIXXXI. VI. nonas marci celum petiuit regnatura cu Xpo. cui laus **7** gla ex tuc **7** nuc **7** in eterum.

Sed cur Agnes haec christianissimae Virginis titulum promeruit? An quod singulari inlaruerit vitae sanctimonia? vel quod esset e nobili Regum Hungar. stemmate progenita? Licet nec illud ne-

gauerim, probe tamen scio Reges nostros a S. inde Stephano primo Hungar. Rege Christianissimi titulum promeruisse: *Glaber* enim *Radulphus*, Scriptor synchronos, Hist. Lib. III. c. 2. ad an. 1045. S. Stephano Christianissimi titulum attribuit, eam procul dubio ob rationem, prouti *Franc. Otrokotjus de antiqua Hungarorum religione*, pag. I. interpretatur, quod verus fuerit Christi, vtpote Doctoris pacis, et Magistri veritatis Ioh. XIII. v. 35. discipulus, qui pro virili suo curam et operam in vnionem et pacem impenderit. S. *Ladislaum Regem* Decretor. Lib. I. *Colomannum* non minus Decret. Lib. I. praefat. §. 10. Christianissimi titulo fuisse publice compellatos; immo in ipsis quoque antiquis Ecclesiarum Hungar. *Missalibus* solennes quotiescumque pro Rege recitarentur orationes, dicere solitus est Sacerdos: *Oremus pro Christianissimo Rege nostro N. N. vt Deus et Dominus noster subditis illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem*: sic legitur in *Missali Strigonienfi* anno quoque demum 1512. Venet. impresso, dum fol. 84. Feria VI. in parasceue supplicationes pro Christianissimo Rege instituerentur. Immo ipse quoque *Steph. Verböczius Hungarorum Tribonianus*, in Praefatione Decreti Tripartiti Iuris consuetudinarii Incl. R. Hungariae publico Comitiorum Regni an. 1514. *Budam* conuocatorum auctoritate praemunitur, *Wladislaum II.* Christianissimum Regem compellat. Sed quo, dices, iure Regibus Hungariae hic Christianissimi titulus etiam adhaeserit? eo sane, vt arbitramur, quo *Constantinum Magnum* apud *Eusebium* vocari Christianissimum videmus, ita et alios
 Orien-

Orientis Imperatores, immo gentes pro arbitrio suo saepe Reges suos adpellare consueuerant Christianissimos.

Nec ita proprius ille titulus est Regibus Galliarum, vt quidem *Guilielm. Burius in Elencho Notit. Rom. PP. sect. 18. et in Breui sua Notit. Rom. PP.* nullo prorsus innixus documento opinatur, adserens a *Gregorio III. datum fuisse Carolo Martello Brabantiae Duci, Francis in Regem electo, ita quidem vt Reges Hispaniae prius fuerint vocati Catholici, quam Franciae Reges Christianissimi: quum vero Claudio Fleuryo Tom. X. Nat. Alexandro Tom. V. et Ludouico Bail summae Concilior. Tom. II. docentibus, ne Rex quidem, sed Princeps tantum Francorum et Magister Palatii ille fuerit: frustra omnino tale Regum Franciae axioma in vllis Pontificum Rom. donationibus quaesieris. Ne ipsi quidem Galli volunt persuaderi, ex Sedis Apostolicae beneficio, verum ex meritis in Ecclesiam nomen hoc profluxisse, dum scilicet communi Orbis conspiratione titulos Regibus distribuendi mos inuallisset. *Natalis Alexander* quidquid pro gloria gentis suae, et priuilegiis Regum Francorum ex munificencia Curiae Romanae collatorum, inuenire potuit, studiosissime collegit, donati huius nominis nuspian facit memoriam. Verum ne ipsi quidem Galliarum Reges, vt a quibusdam praetenditur, a Clodoueo inde temporibus titulum Regis Christianissimi semper vsurparunt, sane enim inter XXVI. antiquissima Concilia, quibus Regum Gallorum iis temporibus regnantium nomina inserta sunt, duo tantummodo*

inuenimus, quae suos Reges Christianissimi titulo insigniunt, *Moguntiacum* scilicet an. 813. conuocatum, quod Carolum Magnum nominat Christianissimam, et *Aquisgranense* I. an. 816. celebratum, Ludouicum I. eodem aequae titulo compellendo. Hinc omnino factum fuisse colligimus, quod *Maximilianus I. Imp.* vt refert in eius vita *Nat. Alexander* Tom. IX. vt apud Iulium II. Gallis infensum aueret Regis Ludouici XII. odium, persuadere aduersus est, titulum Christianissimi solis Imperatoribus competere, Regi ideo Galliarum adimendum. Immo *Pallauicinus* Hist. Concil. Trident. Lib. II. cap. 1. commemorat per Iulium II. eundem Regem fuisse spoliatum titulo Christianissimi. Quandoquidem et Hieron. Perbonus de excellentia Christianissimi nominis atque Henr. Bebelius apud Schard. Tom. I. Script. f. 254. Imperatores Christianos iure Christianissimos dicendos statuunt, nec non Lambicus quoque in Catalogo Bibliothecae Caesar. Tom. III. nomen Christianissimi Regibus Galliae non primae sed secundae stirpis, puta Carolingicae, idque adeo qua Imperatoribus Germaniae competere adferat, dubitari nequit Iosephum II. Nostrum iure duplici, vt Imperatorem Romanorum atque Regem Hungariae adpellari posse Christianissimum.

Centur. II. Part. II. pag. 433. et seqq.
 publicatis Romanorum Inscriptionibus, in Pannonia
 Hungarica repertis, iam etiam alias adnectimus:

Prima Inscriptio.

M. VIBIO. ANIENSI
 VET. LEG. XV. APOL. AN. XXC.
 H. S. E.
 T. F. I. ARBITER.
 L. LARTI. TI. MVRSI. H.

Cippus in area curiae ciuitatis Sopronienfis
 hodieum adseruatus hanc subministravit Inscriptio-
 nem, ab admodum Rev. Viro, *M. Iosepho Torkos*,
 loci illius V. D. Ministro, singulari cura descri-
 ptam, et adulto anno 1784. labenti ad nos ex-
 missam, quam olim *Wolffg. Lazius* ibidem in ru-
 deribus templi S. Michaelis visam aliter publicaue-
 rat, et mox *Gruterus* suo Inscriptio-num Corpori
 pag. DLXVIII, num. 4. retentis iisdem verbis sic
 inseruerat:

M. VIBIVS. C. F. ANIENSI
 VET. LEG. XV. APOL. AN.
 XXC. H. S. E. T. F. I. ARBI
 TER. L. LARTI. ET. T. MVRSI. H.

Alterutram itaque harum, vt videmus, in mendo haerere necesse est. Sed quia saepius Lazium a Muratorio, et aliis Inscriptionum Romanarum collectoribus, subinde ob oscitantiam vapulare cognouerim, lectionem Torkosianam Lazianae et Gruterianae praeferendam iudicauerim.

Secunda Inscriptio.

T. FLAVIVS. SVCCSVS. AN. LXX.
H. S. E.

Tertia Inscriptio.

P. POMPEIVS. P. F.
VOLT. COLONVS:
V. I. H. N. A. VET. LEG. IIII.
F. T. AN. LXX. H. S. E.
T. EL. ARB. POMPEIAE TVSCAE. L.

Videri duas has Inscriptiones in duobus Lapidibus sepulcralibus, Sempronii in horto Suburbano III. Comitis Paulli de Festetits, an. 1782. erutis, idem Torkosius, Vir rei antiquariae notitia clarissimus, refert.

Quarta Inscriptio.

D. M.

In
 medio insculptus
 est Iuuenis baculum
 vel potius hastam tenens,
 sub huius pedibus exsculptus est
 equus loricatus, ad cuius latus
 adparet satelles scuto rotundo armatus,
 qui equum ducit. Infra hunc Inscriptionis
 locus est, sed nulla apparet, forte vetustate
 obliterata est.

Videri Monumentum hoc in aedibus suis in
 ciuitate interiore sitis parieti insertum laudatus Tor-
 kofius nunciauit; qui lapidem sepulcralem dimensus,
 quatuor pedes et quinque pollices longum, latum
 vero vnum pedem et pollices octo inuenit.

Addit praeterea Vir nunquam sine laudum prae-
 conio nominandus, anno 1782. in horto suburbano
 Francisci Nobilis de Hauer, Supremi Vigiliarum
 Magistri Caesareo-Regii, effossa fuisse Sempronii
 varia documenta sepulcralia sigillatim sequentia:

- 1.) Conditoria lapidea, diuersae hinc quadratae,
 hinc rotundae, hinc trapeziae figurae; itidem-
 que diuersae altitudinis et latitudinis, quorum
 aliae fauillas defunctorum continebant; aliae
 ornatae fuere:
- 2.) Urnis sepulcralibus, partim fictilibus, partim
 vitreis diuersae et magnitudinis et capacitatis;
 in quibus reperta fuere:

3.) Ci-

- a.) Cineres cum confractis reliquiis ossium humanorum.
- b.) Vasa lacrymalia vitrea.
- c.) Lampades sepulcrales fictiles.
- d.) Aciculae, fibulae, corollae, et huius generis alia, hinc argentea, hinc cuprea, quae tamen per aërem subterraneum aerugine ita obducta sunt, vt satis internosci requirent.

Quinta Inscriptio.

I. M. P.

CAESAR. NERVA:

TRAIANVS. AVG.

GERM. DACICVS.

PONTIF. MAXIM.

POT. XII. COS. IV.

IMP. VI. P. P. FECIT.

PER. COH. I. FL. VLP.

— SP. MIL. C. R. I. Q.

APOTAISSA. PO


CAE.

M. P. X.

Insignem Columnam hanc milliarem in Vico Ajton, antiquis Othon dicto, prope oppidum Transilvaniae Torda inuentam Clar. *Michael Pap Szathmari*, Professor Theologiae Claudiopolitanus, in praedio suo suburbano adferuat, cuius isthanc In-

scriptionem labente anno hoc 1784. mecum perhumaniter communicauit eo fine, quod Rev. Ioan. Seiuertus et hanc et alias nonnullas ad se ab eruditissimo illo Viro exmissas in *Inscriptionibus suis Monumentorum Romanorum in Dacia Mediterranea inuentorum*, Vien. an. 1773. in 4. editis, paullo aliter, quam descriptas acceperat, in lucem emiserit, nec conuenientibus eas vbique explicationibus auxerit. Postremus Inscriptionis huius ordo APOTAISSA, quomodo legendus sit, an APO **N**. NAISSA? vel 'A PONTAMO NAISSA? aut 'A PATROISSA? Oedipum postulare videtur.

Sexta Inscriptio.



Idem


Idem laudatissimus Profeflor, quippe qui huius-
 cemodi veterum Romanorum Monumentis colligendis
 plurimum delectatur, hanc quoque molem ex mar-
 more variegato conflata, quae hanc gerit Inscri-
 ptionem, in villam suam aduectam, loco honesto
 custodiendam reposuit, cuius thema Inscriptionis
 tale est:

Septima Inscriptio.




Idem Vir Antiquitatum Romanarum diligentissimus cultor, in litteris anni labentis 1784. ad d. 30. Septembr. Claudiopoli ad nos recentissime perhumaniter exaratis duarum Columnarum Romanarum meminit, quarum priorem nuper admodum Tordae, nobili Transilvaniae oppido, alteram prope Claudiopolim in fundo fluuioli praeterlabentis Nadas ab accolis dicti, repertas, et in praedium suum suburbanum ante menses non nisi pauculos, deportatas fuisse scribit, talibus decoratas Inscriptionibus:

Octava Inscriptio.



Quia lapis iste, licet integer, fabulosus quum sit, et grana multum intumuerint, totum Inscriptio- nis thema legi non potest; salua tamen aliorum et lectione et iudicio, ita forte supplendum erit: Ioui Optimo Maximo STATORI TEMplum deuote SOlo suo aere, vel pecunia; aut SOBriuzue mente; vel vero SOMno monitus MAXIMINVS TRIBVNVS etc.

Nona Inscriptio.




Lapis hic absque omni labe in hunc vsque diem permanfit integer, characteres quoque Inscriptio- nis sunt integerrimi, et quasi recens inculpti; sed quis iam in Lapide isthoc fit Iupiter ERVSE-

NVS? non facile, putem, definiueris: *M. Benjamin Hederich* enim in Lexico suo Mythologico Lipsiae an. 1741. in 8. mai. edito, duodecim supra centum pag. 1142. operose recensuit Iouis epitheta, at nec is nec alius quisquam Iouem isthoc ERVSENI agnomine vnquam insignitum fuisse meminere. In re tam subobscura si quid nobis liceat hariolari, dicimus Iouem in Columna nostra ERVSENVVM ita forte vocari ab Eryce, monte Siciliae in eum fere modum, prout Venus, filia Iouis, nuncupata est Erycina apud Horatium Carmin. Libr. 1. Ode 2. *Siue tu mauis Erycina ridens etc.* vel ab ἐρύω vel ἐρύματι, *conseruo, custodio, tueor*, ac si dicas Ioui Optimo Maximo *Custodi*, vt in numo Neronis Ioui Custodi, in numo Diocletiani Ioui Conseruatori, et alibi passim Ioui Conseruatori Orbis: nec fane insolitum cuiquam videri debet Iouem cognomine hoc a Graecis deprompto fuisse adpellatum, quum et *panomphaeus* et *chrysaoreus*, *anxurus* etc. est cognominatus, immo Gruterianis Inscriptionibus ita doctentibus, Sabazii quoque nomen Hebraicum gesserit, a voce *שבת* vt *Io. Seldeno*, De Diis Syris, pag. m. 32. et *Vossio* Theol. Gentil. Libr. II. c. 14. placuit, deriuatum; vel si magis cuiquam arridere videbitur, ab aliquo forte Daciae veteris loco ERVS vel *εῦς*, in quo colebatur, fuisse denominatum in eum plane modum, vt *Aegyptius*, *Aethnaeus*, *Latialis*, *Capitolinus* etc. dictus est.

Sed si interim de genuina Clar. Szathmarii lectione dubitare mihi liceret, legerem omnino Ioui Emifeno ab Vrbe Phoeniciae Licanusiae *Ἐμισα* vel *Ἐμίσ-*

Ἐμισα denominando; posteaquam enim Vipiano teste *Emisena* Ciuitati Phoenices Imp. Antonius Caracalla ius coloniae dedisset, iurisque Italici eam fecisset, *Emiseni* in grati animi significationem Iuliae Dominae Augustae, dicti Imperatoris Matri, quod esset *Emisae* nata, Basilicam seu templum condiderunt, cuius figuram in Numis quoque aereis a *Patino*, *Spanhemio*, *Harluino*, sed *Vaillantio* praepriis in *Numismatibus aereis Imp.* Part. II. adductis, consignarunt. Quid ergo obstare videtur, quominus Iouem quoque a tam celebri Romanorum colonia *Emisenum* vel *Emesenum* fuisse denominatum credamus, tanto quidem firmiter, quum *Vaillantius* l. c. pag. 50. *Iouem Emesae sub Solis nomine imprimis cultum fuisse* aperte scribat.

Dum meam hanc de Ioue Erufeno coniecturam Viro plurimum venerando Szathmario per epistolium indicassem, ita ille in Litteris suis responsoriis, *Claudiopoli* anni currentis 1785. die 28. Aug. signatis, erudite fati reposuit; quas, quia meruerunt, hic iam recitare placebit integras: „Non
 „ video hic locum suum tueri posse eruditam alias
 „ hanc tuam, Vir eruditissime, coniecturam, quando
 „ quidem *Lapis integer*, probe conseruatus, omnem
 „ omnino variantis lectionis suspicionem procul remouet, et quidem vncialibus ac lapidariis litteris
 „ distinctissime perculptus. Si tamen suspicari liceret de errore et oescitantia quadam *Lapididae*,
 „ facilius lapsus videretur ex *ERASENO* vel *ERASINO* in *ERVSENUM*. Tanto quidem magis,
 „ quod *ERASINVM* fluuium reperiamus *Peloponensi*,

„ in finu Argolico, de quo praeter *Strabonem* VI.
 „ 422. *Herodotum* VI. 76. *Pomponium Melam* II.
 „ 3. 119. ita etiam *Plinius Hist. Nat.* II. 103.
 „ *subit terras, rursusque redditur.* Nec haec con-
 „ iectura tamen satis placet, mallem in altera ea-
 „ rum opinionum, quae iam superius adlatae sunt,
 „ perseverare. Equidem ad alteram exornandam
 „ noua etiam accessit suspicio: M. Aurelium Ale-
 „ xandrum Seuerum in hoc monumento Iouem a
 „ natali solo denominasse Erufenum. Natum quippe
 „ legimus eum Arcenae, vrbe Syriae, quae si
 „ eadem sit cum Arabicae originis vrbe  *Arzen*,
 „ de qua *Magnus Alb. Schultensius* in *Indice Geo-*
 „ *graphiae vitae Saladini* subiuncto, voce *Arzerou-*
 „ *mum.* Certe secundum tres Arabum vocales fa-
 „ cile legi potuit, et *Arzan* et *Erzan*, et *Eruzen*:
 „ ex quorum vltimo tandem flexione latina nasci
 „ potuit *Erufenus.* Nihil tamen temere definitio:
 „ quin potius, vt voce forensi vtar, *Ampliandum*
 „ censeo.

Vna cum Inscriptionibus his *Chr. Szathmarius*
 typum quoque Numi aurei duos cum quadrante Hol-
 landicos pondere aequantis, qui Imp. Sponsiani no-
 men gerit, exmisit ad nos amice eo fine, vt operi
 nostro infereremus loco comodo, adiecta breui
 commentatiuncula illustrandum. En eius icona,
 alba, vt est omnino, cornicula rarioris!



Scribit quippe Vir iste, Rei quoque numariae cognitione apprime imbutus, Numum isthunc ante annos XXXVIII. in Transilvania erutum, et ab iniuria temporum optime praeservatum, atque, ut dicitur, *asperum*, omnibus Numi genuini characteribus ex affe respondere; etsi a tot inde retro annis fuerit maximopere sollicitus in indagando Imp. Sponsiani nomine, eum tamen in nullis Historiarum Scriptoribus se unquam offendere potuisse. Sponsianum certe veri nominis Imperatorem Romanorum haud fuisse ipsa haec Inscriptionis docere videtur ratio IMP-erator SPONSIANI et C-aius AVG-urians; non enim, ut in more est, scribitur: IMP. SPONSIAN. AVG. vel etiam reliquis Caesarum axiomatibus P. M. TR. POT. etc. decoratus: oportuit itaque non nisi Imperatorem quempiam militum, vel Belli Ducem etc. fuisse; aut vero, quod vero similis, unum e numero XXX. Tyrannorum, qui *Imp. Gallieni* temporibus imperitarunt. Quod vero *Trebellius Pollio*, qui illorum res gestas integro illustravit commentariolo, Sponsiani nomen subticuerit, facile id contingere potuit, quum eorum plerique diuersis etiam adpellati fuerint Cognominibus. Tyrannorum horum gregi adsociari posse Sponsianum, corona suadet etiam radiata, qua aliorum quoque sui similium id genus hominum, ut *Postumi*, *Ma-*

criani utriusque, *Quieti, Victorini, Marii, Aeliani Tetrici patris et filii* capita redimita fuisse in numis eorum superstitionibus cernimus. Vix interim putamus, si tamen a quoquam id dici posset, Sponsiani nomen errore vel ignorantia Monetariorum fuisse enatum in eum fere modum, ut apud *Schütterlinum* num. 20. ex MAGNIA VRBICA perperam MACNVBBICA efformatum legimus. His omnibus vero similis forte dixerimus, si in re tam obscura hauriri liceat, Numum hunc Nostrum *Familiaribus* vel *Consularibus* quodam modo accenseri posse, atque Sponsianum ad Gentem Minuciam forte pertinuisse eo documento, quod auersam partem ita hic signatam videas, prouti quamdam Familiae Minuciae monetam in *Thesauro Hollanderiano* numero 488. descriptam cognouimus: *Columna striata supra quam icuncula inter duas figuras stantes, quarum dexterior pileum libertatis, altera lituum tenet, hinc et inde spica; adiecta superne epigraphe C-aius AVG-urinus* conferendo in thematis huius dilucidationem *Numophilacii Burckhardiani* Familiam Minuciam num. 187. Verum foli *Cel. Jos. Eckhel* relicta est ea gloria, ut omnium, quantum quidem nobis constat, primus Imp. Sponsiani nomen cum orbe erudito communicauit, dum scilicet *Frölichius* et *Khellius*, Cimelii Austriaci Vindobonensis conditores, rariora Numophylacii Caesarei Numismata opere satis splendido in fol. Viennae an. 1752. edito vulgassent, tum reliquam quoque mox supellectilem numariam laudatus statim *Eckhel* in suo *Catalogo Musei Caesarei Vindobonensis Numorum veterum* ibidem an. 1779. in fol. Thomis II. descri-

scripturus iam etiam Numum Imp. Sponsiani in apri-
cum protulit, eumque Numis Barbaris, ad normam
Romanorum cufis, adnumerat Part. I. pag. 291.
sub titulo: „ Plagia Barbarorum Numismatica.
„ Huc, *inquiens*, reuoco numos typi alieni, quos
„ Barbari manifeste ex numis seu Graecorum seu
„ Romanorum mutuati sunt imitatione serui pecoris
„ ingenio respondente. Quod vt certius appareat,
„ in ipso Museo cuius numo barbaro additum est
„ prototypon Graecum seu Romanum. Animaduerto
„ praeterea Numos similes in Transilvania, quae
„ vetus Dacia fuit, copiosissimos effodi etc. —
„ 16 Au. 3. IMP. SPONSIAN. caput Imperatoris
„ cuiuscunque radiatum. C. AVG. Columna super
„ qua statua dextra hastam tenens, et pede sinistro
„ aliquid incertum premens, inde vir Augurali
„ habitu cum lituo.“ *Typus auerse ex Denariis*
Minucii Ausrini. Eundem numum vide etiam
inter Imperatores incertae aetatis. Ita pergit eru-
ditissimus Eckhel Part. II. pag 556. Imperatores
incertae aetatis: „ *Pacatianus* etc. *Sponjianus*,
„ IMP SPONSIANI caput radiatum, C. AVG.
„ Columna, cui insistit statua dextra hastam tenens,
„ hinc stat Vir feminudus, vtraque manu quid
„ tenens, inde Vir augurali habitu, ad basin
„ columnae duae spicae et duo leones.“ *Typus*
gentis Minuciae.

Clar. Szathmarius typum numismatis sui aurei
Sponsiani ex argento effabricatum ante annos no-
uem ad Ill. Kollarium exmisit Vindobonam ea fini,
vellet eum enixe rogatus edocere, quid de tanta

numi raritate foret sentiendum? sed quia Kollarus ignorantiane rei numariae vel ambitione aut alia quacunque demum ductus ratione responderit nihil, non pudet proferri eam in animo fuisse suspicionem enatam, memoratum Sponsiani typum irrepsisse forte in Museum Vindobonense: sed liberarunt nos ab hoc errore responforiae Illustr. Viri^o Mich. Daniffi, Aug. Bibliothecae Caesar. Custodis, Fautoris nostri, Litterae ad d. IV. Id. Dec. An. *MDCCCCLXXXIV*. Vindobona ad nos amice exmiliae, quas optumi Viri venia schedis his nostris, quia meruerunt, inferemus integras: „ Opera Te mea vti voluisse „ plurimum sane laetor. Amici Eckhelii verba sunt, „ quae tibi recito: In Museo Caesareo sunt numi „ bini Imperatoris Sponsiani, vterque aureus; ar- „ gentei, aereiue id genus non extant. Notantur „ in meo Catalogo P. II. pag. 556. et P. I. pag. „ 291. Est vterque vere antiquus, et anno „ Seculi huius XIII. adlatus ex Transilvania. Prae- „ ter hos duos noui tertium similem, qui fuit in „ Museo D. de France Vindobonae, et quartum „ alium, qui extat in Abbatia Ducumburgensi „ (Herzogenburg) Austriae inferioris. Quis fuerit „ hic Sponsianus, nemo hactenus reperit. Cum „ numi hi sint profus barbari, quod certum est „ vel ex eo, quod typus auersae captus est ex „ notis denariis C. Minucii AVGurini nullo cum „ Sponsiano, quiscumque is fuit, nexu, pridem „ desperavi, posse idoneum aliquid ad notitiam „ historicam inde erui. Haec Eckhelius, qui Te „ salutat, et magni facit. Vnum addo: Numum „ illum D. de France cum toto illius Numophy-

„ lacio ab illustri Huntero eum migrasse in
 „ Angliam, atque post eius obitum Londini cu-
 „ stodiri, dum ex supremis eius Viri tabulis cum
 „ toto illius Museo Glasquam deferatur, Vniuersi-
 „ tatis Scientiarum, quae ibidem floret, futurus.
 „ Haec Tu, si in illius rem futura sunt, Clar.
 „ Szathmario, quem meis verbis a Te salutatum
 „ cupio, nunciabis. Ceterum vale quam prosperrè
 „ me, Vir amicissime, meque etc.

Sed memoratum superius facinus egregium a
 genio Ill. Kollarii non fuisse alienum vel saltem
 eo quoque colligas documento, quod prima Biogra-
 phiae nostrae Centuria terse descripta et prelo iam
 destinata, quam ille a nobis ad legendum anno
 1770. expetierat, nulla amplius arte e manibus
 eius extorqueri poterat, tradita quippe ab eo Cel.
 Memoriae Hungarorum Auctori, qui Articulos plu-
 res clam inde mendose exscripsit, et erudito operi
 suo sparsim insarfit; nostrum vero idem Biographiae
 Volumen I. manu exaratum, teste Catalogo Libro-
 rum Bibliothecae Kollarianae Vien. an. 1783. in
 8. impresso, pag. 284. vna cum reliquis illustri-
 bus Viri codicibus MS&is, lege licitationis, a morte
 diuenditum est.

Reuertamur e diuerticulo in viam. Quae
 Cl. Din. Cornides, in Vniuersitate studiorum Pe-
 stiensis, auctoritate Regia recenter constitutus Biblio-
 thecae custos, et Rei Diplomaticae Professor, de
 Numo Sponsiani aureo, Litteris, die vltima Dec.
 an. 1784. Viennae signatis, amice nobis nuncia-
 ue-

uerat, lubet non sine ratione schedis nostris his
 illinere: „ Sponsiani numum aureum, quem Exc.
 „ D. Baroni de Bruckenthal dono olim obtulerat
 „ Cl. Prof. Mich. Szathmari, his meis vsurpau
 „ oculis, contrectauique manibus ostensum mihi ab
 „ Ill. possessore. Obseruationes in Sponsianum,
 „ eiusque numos aureos scripsit Vir mihi amicissimus,
 „ *Franciscus Neumannus*, Canonicus Reg. ad S.
 „ Dorotheam, Museo Caesareo Numorum recen-
 „ tioris aevi Praefectus, Academiae Historiograph.
 „ Matritensis Socius, in *Populorum et Regum Nu-*
 „ *mis veteribus ineditis*. Vind. Tom. I. pag. 89.
 „ 90. in nota, vbi ait, numos Sponsiani hactenus
 „ iam quinque sibi innotuisse, aureos omnes, ty-
 „ pisque similes: duos Caesarei Theauri Vindo-
 „ bonensis, vnum Musei de Franciani, quod an.
 „ 1782. Vienna Londinum commigravit, eum
 „ graui aere ab illustri Viro Huntero, Medico Re-
 „ ginae Angliae a seruitiis puerperii (Accoucheur)
 „ sed iam fatis functo, quartum Canonicorum Reg.
 „ S. Aug. Ducumburgensi in Austria inferiore, quin-
 „ tum Cibinii in Transilvania, Lib. Baronis Sam.
 „ Bruckenthal. Numum hunc aureum Sponsiani
 „ nitide aeri incisum exhibet Clar. Neumannus
 „ Operis cit. Tom. II. pag. 139. Vindob. anno
 „ 1783. in 4. ed. Haec. — Verum cur tales
 Sponsiani Imp. numi aurei non alibi quam in Tran-
 silvania reperiantur, et quae certiora, quam quae
 nunc annunciauimus, de illis dici poterunt, Clar.
 Szathmarius Noster vbariori Commentario se illu-
 straturum promisit.

Numus exigui moduli argenteus Seculi XI. memorialis, cuius typum hic dare constituimus, anno superiore 1783. in vico prouinciae G6m6r-riensis in Hungaria cum aliis S. Stephani Regis nostri nummulis nonnullis a terra erutus, et a Reuerendiss. Iosepho Mallyo, Can. Reg. Praemonstratensi Iaszouienfi ad Amicum huiatem S. K. recentissime exmissus est.



In antica Numi facie Vratislaus Bohemiae Dux stans a dextris vexillum sinistra manu tenere conspicitur cum perigraphe: VRATISLAVS DVX, in auerso vero latere imago S. Petri, Apostolorum Principis visitur cum legenda S = CS (Sanctus) PETRVS. Multa de hoc Vratislao Duce non modo Scriptorum Bohemicorum, Cosman et Hayecium, Siluium, Dubrauium, Pontanum, Vincentium, Pessinum, alios; sed et Historicorum Hungariae fuisse commentatos nouimus, omnium consensione Patrem eius Bretislaum, Bohemiae Ducem fuisse refertur, qui teste Thoma Pessina in *Marte Morav.* Lib. III. cap. 2. ex manubiis Hungaricis coenobium Regi-nohradense cum Ecclesia in Morauia honoribus SS. Petri et Pauli Apostolorum dicatum anno 1048. fundauit, quod insignem aliquando die Illorum festo de Hungaris reportarit victoriam. Missis in prae-sen-

fentiarum aliis Bohemorum Hungarorumue Annalibus dicam in compendio, quae de hoc Wratislao Bonfinius Noster Rer. Hungar. Decad. II. Lib. 2. et 3. litteris mandauit: Eum a Spitigneo, Bohemiae Duce, fratre germano, natu maximo, in exilium actum ad Andream I. Hungarorum Regem confugisse, eiusque filiam Adelheydem in matrimonium duxisse, ex eaque labenti tempore Iuditham, Ludmillam, Wratislaum liberos suscepisse, mox fratri Spitigneo reconciliatum, et hoc mortuo principatum indeptum fuisse, atque vxore Regia Principe Hungara Adelhaida e viuis excedente, ausu nefario in agrum Hungariae Trenchiniensem valido exercitu irrupisse, totum igne ferroque vastasse, sed mox a Salamone et Geyfa Regibus nostris in mediam vsque Bohemiam fugatum temeritatis et audaciae poenas cumulatissime luisse; nouissime vero annuente Henrico IV. Imp. in primum Bohemiae Regem XVII. Kal. Iul. anno 1086. Pragae coronatum Ioannes quoque Habelius in Imag. Princip. Bohem. Baronius vero ad an. 1068. mitra quoque episcopali Laicis nunquam vsitata ab Alexandro II. P. M. ob merita in Ecclesiam donatum fuisse commemorant, Anno hoc statim indicato Wratislaus iste in Castro suo Visselhrad Pragae Ecclesiam in honorem SS. Petri et Pauli Apostolorum fundauit, et in praesentia Legati Apostolici Ioannis Cardinalis Episcopi Tusculani ab Alexandro II. exmissi, vt primum lapidem ritu in Ecclesia consueto iaceret, ipsemet propriis humeris XII. cophinos terrae e fossa fundamenti, Constantini M. pietatem imitatus, extulit, Thom. Pessina Lib.

III. cap. 2. et Iulio Solimano in Elog. Duc. Reg. Bohem. referentibus.

Vt id quoque iam, quod res est, nouissime addamus, vero quam simillimum nobis videri, Nummum hunc nostrum tunc percussum fuisse, quum sollemnitas consecrationis Ecclesiae huius Vissehradensis S. Petro dicatae ageretur: quid enim aliud Cruculae istae vtrimque a latere positaee indicant, quam ritum Ecclesiae R. Catholicae, dum scilicet tempore consecrationis aedium sacrarum pauimentum crucibus signatur, parietes vero forma crucum sacro chrismate vnguntur; vt haec et talia vberius apud *Ritualistas* legi poterunt. Si quis vero obtenderit, obitare Nummi paruitatem, quominus tantae sollemnitatis memoriam ea referre possit, adeat, oportet. Clar. Dan. Cornidesii Genealogiam Regum Hungar. pag. §O. seq. dubitationi suae prolixè satisfactum inueniet.

E numero Patriae Numorum mnemonicorum duos, eosque haud promiscue obuios, posteritatis vero memoria dignissimos, loco hoc exhibere popularibus meis non ingratum futurum crediderim. In cuius rei memoriam illi cusi fuerint, nullo indigent interprete, ipsae enim eorum Inscriptiones aperte satis indicabunt. Strigoniensis ille aureus pondere quinque monetas nostras ex aere aequat, Alba-Iulia-Carolinus vero eiusdem moduli ex argento percussus est.



Insignis haec Tonsoris et Cincinnatoris Romani Inscriptio, a Francisco Szekely, V. D. Ministro Helv. Confess. Transilvano, e Dacia mediterranea an. 1755. ad Amicum huiusmodi S. K. transmissa, quod nunc demum in manus nostras inciderit, postremus hic eidem locus assignari potuit.

LVCIVS. HECVBA. DACVS.
 TONSOR. CINCINNATOR.
 L. PVLLI. ZOSIMI. PATRONI.
 VIXIT ANN. LXVII. D. VI.
 H. M. O. P. F. E. C. L. P.

Hoc

Hoc Monumentum Optimo Patrono Fecit Ex-
truendum Cum Lacrimis Plurimis.

Omnibus his ad extremum subtexuntur etiam opera
Auctoris Biographiae Medicorum Hungariae et
Transilvaniae, luci publicae exposita :

- 1.) *A' Magyar Ország Keresztyen Királyoknak Hi-
stóridja, versékben foglalva.* Est Historia Re-
gum Hungariae, rythmis Hungaricis expressa.
Viennae an. 1752. in 4.
- 2.) *Programma. MARIA THERESIA. Sex An-
grammata mutuo se se elucidantia cum vberiore
eorum enodatione metrica.* Vien. 1752. in fol.
patent.
- 3.) *Tentamen de inoculanda peste.* Londini anno
1755. in 8. plag. 2½. Recensetur ab Eru-
ditis Londinensibus in Monthly Review for
July an. 1755. pag. 77. seq. et a Rud.
Vogelio Biblioth. Med. Tom. II. pag. 430.
nec non Dav. Hahnio in *Oratione de usu ve-
nenorum*, pag. 102. seqq. Traiecti ad Rhen.
an. 1773. in 4. edita.
- 4.) *Disputatio inaug. medica sistens Observaciones
medicas.* Ultraiecti an. 1756. in 4. plag. 4.
Recusa Lausannae an. 1768. et inserta Tomo
VI. Disput. Hallerian. ad Morborum Historiam
et Curation. facient. num. 226. Laudantur
passim a Morgagno in *Causis et Sedib. morbor-
per anatom. indagat.* et D. Tissot. in *Tractatu
Wespr. P. III.* E e

de morbo Onaniae pag. 128. Eisenach. an. 1773. in 8. German. edito.

- 5.) *A' kiseded Gyermekeknek neveléséről való rövid Oktatas' s a' t.* Claudiop. an. 1760. 8. plag. 64. Integrum Libelli titulum ita Lipsienses in Commentar. de Reb. in Scient. natur. et Medicina gestis Tomo X. Partic. IV. pag. 753. lingua Latina interpretati sunt: *Breuis institutio educationis infantum, in qua proponitur; qua ratione infantes ab ipso partu ad tertium vsque annum educari debeant: cui sub finem adiectae sunt necessariae regulae ad sanitatem tuendam et senectutem adquirendam.*
- 6.) *Baba - Mestersegre tanió Künyv.* Debrec. an. 1766. 8. plag. 12. c. figg. 17. tab. 9. Sunt Institutiones Artis obstetriciae. Est Liber in hoc genere omnium primus, quem Hungaria umquam viderat. Alter est, quem Exc. Med. Doct. *Sam. Dombi*, Polon. an. 1772. 8. plag. 7. patrio sermone publicauerat. Tertius, opera *Clar. Caroli Szeli* translatus, et Vindob. an. 1777. in 8. alph. 1. pl. 6. editus. Quartus a *Sum. Rátzio* Prof. praefixo *Caroli Mocsi* chirurgi nomine, perplexe, vt sunt reliqua quoque Opuscula in idioma Hungaricum ductus, et Pestini an. 1784. 8. plag. 4. foras protrusus: non nisi nudum artis obstetriciae Sceleton est.
- 7.) *Gazda - Ember' Künyvetskéje.* Cibin. an. 1768. 8. plag. 4. Sunt piae Patrum Matrumue familiarum de rebus obuiis meditationes, vna cum ad-

nexis Inspiriis. Iterata est editio cum addita-
mentis, Pofonii litteris I. Mich. Landerer an.
1776. 8. plag. 9.

- 8.) Observatio medica *De procidentia vaginae totali, et plenaria illius inuersione cum descensu in eam vteri, ad genua vsque fere pendulae, in Virgine XX. annorum obseruata et feliciter curata, vt tres quoque postea infantes pepererit.* Inter-
texta est nouis Actis Physico-Medicis Acad.
Natur. Curios. Tom. IV. Obs. 1X. pag. 41.
Secunda Observatio *De Hermaphrodita Debre-
cinenfi Virorum ordini adscribenda.* Exstat in-
serta Alb. Halleri Medicinae Forensis Vol. I.
pag. 375. Tertia Observatio *De Asparagi vir-
tute aphrodisiaca.* Typis excusa legitur in Bio-
graphiae nostrae Centur. II. Part. II. pag. 237-
seqq. Tres hae Observaciones coniunctim ad
prelum reuocatae sunt in Clar. Baldingeri Nouo
Promtuariorio Medico, Vol. I. Part. I. pag. 474
Reliquae alibi leguntur.

- 9.) *Fallacia existentiae Auri vegetabilis Hungarici
nouo exemplo demonstrata.* Inserta est Ephemer.
litterariis Vindobonens. Wienerische. Anzeigen
inscribi solitis, Part. X. pag. 78. an. 1773.

- 10.) *De Medicis Hungariae, qui Matthiae Coruini
Regis aetatem ornarunt.* Legitur ibidem Part.
XII. pag. 89. an. 1774.

- 11.) *Von ungrischen Uebersetzungen der heiligen Schrift.*
De diuersis S. Codicis Translationibus Hungaricis.
Prostat in Promtuariorio litterario Pofonienasi, Un-

grisches Magazin nuncupato, Vol. III. Part. IV. pag. 491.

- 12.) *Succincta Medicorum Hungariae et Transilvaniae Biographia.* Centur. I. Lipsiae an. 1774. in 8. plag. 13. Receptetur in Commentar. Lipsicis de Rebus in Scient. natur. et Medicina gestis, Vol. XX. Part. IV. num. 8. pag. 638. Item Ephemeridib. Lipsiens. litterar. German. an. 1775. num. XIV. pag. iii. 112, nec non Ephemerid. litterar. Vindob. Wienerische Anzeigen inscriptis, an. 1775. Partic. XXXIV. pag. 265.
- 13.) *Succincta Medicorum Hungariae et Transilvaniae Biographia.* Centur. II. Pars I. Viennae an. 1778. in 8. plag. 14. Recens in allgemeinem Verzeichnisse neuer Bücher zu Leipzig an. 1778. partic. VII. num. 1023. et Ephemerid. Pofou German. an. 1778. partic. 52 — nec non Annalibus litterariis Berolinensibus: Allgemeine Deutsche Bibliothek dictis, Append. I. ad Voll. 24. ad 36. adiectae pag. 620.
- 14.) *Succincta Medicorum Hungariae et Transilvaniae Biographia.* Centur. II. Pars II. Viennae an. 1781. in 8. alph. 1. plag. 8.
- 15.) *Succincta Medicorum Hungariae et Transilvaniae Biographia.* Centur. III. Decas I. et II. Vicn. an. 1787. 8. plag. 32. Tres hi ultimo loco indicati Biographiae Tomuli, Illustrissimi Lib. Baronis, Antonii de Störk, Archiatri et Consiliarii Caesareo-Regii, Nomini sunt nuncupati.

Religio subticere vetat, quam singulari, benignissima illa et munificentissima studiorum Altrix, MARIA THERESIA, Mater omnium nostrum nuper indulgentissima, Auctorem operum horum complexa fuerit gratia, dum an. 1767. augusto illo et symbolico, pretiosissimis circum adamantibus, fulgore mire ludentibus, et corona regia in vertice affabre ornato Numismate aureo liberalissime donauerat, cuius effigiem lateris vtriusque in huic filerae connexa tabella depictam, gratiae mentis beneficiorumque memoris cultu ac pietate numquam intermorituras tantae Evergetae laudes depraedicando, offerimus conspiciendam!

*Sylloge Epistolarum Ill. Gerardi L. B.
van Swieten, Archiatri Caesarei, ad Auctorem
Operis huius biographici, temporibus diuersis
scriptarum.*

Epistola I. Lubens fateor, me nondum Hungaricam Linguam, quam amo tamen, tam bene intelligere, vt absque haesitatione omnia intelligere possim. Placuit tamen qualiscumque ille labor meus, quem legendo tuo tractatui, de puerorum educatione medica a natiuitate ad annum vsque tertium impendi. Hoc tentamen me firmiorem reddet in legendis aliis, et vtilitas huius opusculi meretur, vt publici iuris fiat. Verum est, quod Herculi clauam facilius extorqueas, quam mulierculis sua praeiudicia. Interim tamen magna spes est, vt prudentiores saltem resipiscant, et patres familias sua auctoritate tueri discant illud, quod vtile est. Vale, et me ama! Vindobonae d. 24. April. 1759.

Epistola II. Tractatulum tuum Hungarica Lingua conscriptum illico legi; promiserat D. Nagy, quod responsum quaeri apud me curaret, nec fecit: post plures septimanas morae pertaesus, indagavi habitationem eius, et transmisi, hinc miror, quod nondum acceperis. Epilepsia idiopathica est, ex validis animi affectibus nata, in corpore adulto, et facillime irritabili, hinc facile patet, Prognosin difficilem esse, raro enim curari solet. Sequentia cum spe boni effectus tentari possunt: Sumat quatruiduo ante plenilunium

nium mane vacuo ventriculo puluisculum A. ex aqua pura, et vesperi eiusdem diei haustulum B. reliquis diebus sumat ter de die duas pilulas C. cum vncia I. hydromelitis medicati D. Animi validiores affectus vitandi omnino erunt, in victu ab acris, calefacientibus, dyspeptis abstineat. In horum vsu per quadrimestre spatium ad minimum pergendum erit. Felicem euentum spero, et voueo. Vale! Vindob. 21. Iunii 1759.

A. R. Rhej elect. dr. fs.
 Scammon. gran. VI.
 Stib. diaphor. ñ abl. gr. XII.
 Cinnab. nativ. gr. V.
 M. f. pulv.

B. R. Laud. liquid. gutt. VIII.
 Tinct. succin. gtt. XV.
 Syr. diacod. unc. fs.
 aq. still. rutae unc. I.
 M. f. haustus.

C. R. Myrrh. dr. II.
 Opopan.
 Galbani,
 Gumm. ammon. an. dr. I.
 Castor.
 Afae foetid. an. dr. fs.
 Tinct. succin. q. s. u. F.
 Pill. gr. III.

℞. Visci quercini unc. IV.

Cort. peruvian. unc. II.

Recent. rutae unc. VI.

Scissa mista digere in hydromelitis puri recentis ℞. VI. vase clauso calide per 48. horas, dein colat. subsidendo depuratam exhibe.

Epistola III. Si hoc e re tua fore credideris, facile permitto, vt literas ad te datas tractatui tuo de puerorum educatione praefigas. Legi et dedicationem tuam scriptam Illustr. Comiti Tholdi. De variolarum insertionis vtilitate adhuc sub iudice lis est. Certus sum, si bona methodo tractentur, non adeo multos perire. In Collegio Theresiano 24. laborauerunt iuuenes, et quidem multi ex illis satis acriter quidam etiam pessimis confluentibus, et euaserunt omnes. In Orphanotrophio, anno elapso, 59. hoc morbo decubuerunt, et duo tantum perierunt, reliqui omnes euaserunt. Si Gallicam Linguam intelligas, legas, rogo, tractatum de hac re scriptum a Professore nostro de Haen, cuius omnia opuscula legi merentur. Ultimo Commentariorum tomo omne tempus impendo, quod corradere possum: sed innumera cogunt inuitum, vt tardius pergam in hoc labore. Vale! et res tuas feliciter age. Vindob. 9. Ianuar. 1760.

Epistola IV. Accepi, quae miseras, exemplaria bina vtilissimi tui tractatus de liberorum educatione vnum reposui inter meam supellectilem librariam, alterum tuo nomine obtuli Principi Regio S. A. Ferdinando, qui octauum ingressus annum, Hungariam

Lia-

Linguam discit alacriter, et cum oblectamento. Haereditarius Princeps Iosephus Bohemicam didicit, et Latina Lingua, quam optime callet, apud Hungaros vti solet. Gratias debitas pro hoc munere litterario ago. Vale! et spartam, quam nactus es, ornare perge!
Vindobonae 5. Iunii 1761.

Epistola V. Laudabile quam maxime institutum est, ciuibus suis prodesse, etsi apud Vos nemo constitutus sit, qui Anatomen, Chirurgiam, artem obstetriciam doceat, non video, quare tam laudabile opus impediretur. Ante aliquot annos author sui D. Crantz, qui obstetriciam artem docebat, ut tractatulum de hac arte scriberet, mole paruam quidem, sed vtilitatis plenum, et imprimis obstetricibus docendis aptum. Ille Libellus germanice scriptus, si in vestram Linguam verteretur, prodesset summopere. Vale, et res tuas feliciter age. Vindobonae 18. Febr. 1763.

Epistola VI. Gratias ago pro casu mihi transmissio, qui singularis admodum est, licet in historia medica inueniantur quidam similes: gratulor tibi de felici curae successu. Accepi et versionem Libelli in Linguam Hungaricam, quem Celeb. Crantzius de arte obstetricia scripsit in vsum discipulorum: et Augusto et Augustae exemplar tuo nomine exhibui, qui benigno vultu non modo exceperunt, sed et laudauerunt consilium tuum. Obtinui pro te honorificum monumentum, quod probabit omnibus et libellum tuum de educatione infantum, et versionem vtilissimi libelli in patriam Linguam perplacuisse Augustiss. Imperatrix iussit, vt tibi transmitterem Numum, qui Augustam

imaginem habet, et vndique adamantibus cingitur, imposita ex similibus corona regia pulchra arte concinnata. Cum pretio et arte conspicuum fit hoc donum, fidis manibus illud tradere possum tantum. Monstrari illud a Batauis redeunti Michaëli Balog Soos, Arabonia-Pannonico, Med. Doctori, qui promisit de hac re tibi scripturum. Cum autem nihil de illo inaudiuerim postea, credo, quod in Patriam rediuerit. Rogo ergo, vt quantocitius mihi scribere velis, cui hoc cimelium tradi vis, qui apographum recepti mihi dare debebit, vt illud monstrare possim illis, quibus harum rerum ratio danda est. Vale diu, et me ama! Dabam Vindobonae 20. April. 1767.

Epistola VII. Semper proderit nouisse illa, quae antecessores nostri de salubribus aquis Hungariae et Transyluaniae publici iuris fecerunt. Nullus dubito, quin illos fontes, quos magnis sumptibus aduehentos procul curamus, possideamus ipsi. Aquas Spadanas, Selteranas ex Hungaria allatas vidi ipse. Hinc nullum dubium est, quin auctorum collectio, quam edere meditaris, placebit publico. Cum enim Medici indagandis aquis medicatis operam dant, gaudebunt talia legere. A censura Viennensi nihil metuendum est; fauet semper eruditis; impiis, blasphemis, impudicis metuenda tantum. Vale, et res tuas feliciter age! Vindobonae 22. Febr. 1770.

Nouissime haec quoque ad Biographiam Medicorum Hungariae Supplementi loco etiam addenda:

Centur. I. Artic. 32. pag. 65. Georg. Henischii, Bartphensis Medici Hungari, Operibus adtexenda Num. 14. Oratio de modo Nutritionis in corpore humano, Lipsiae an. 1572. in 8. plag. 2 1/2. Dum ex Academia Lipsiensis, in alias oras ampliandorum studiorum causa discederet, in Conuentu publico Idibus Iunii anno eodem recitata, in qua Noster erudite disserit 1) Quo ordine fiat Nutritio. 2) Quorum organorum ministerio perficiatur. 3) Quae res Nutritionem maxime iuuare possint.

Cent. II. Part. I. Art. XVII. ad pag. 69. David Gümori Senior, Medicus Iaurinensis, alchimista celebris, Lapidis philosophici generationem multo adhuc clarioribus verbis explicauit Epistola hac familiari ad Amicum huiatem, I. Cs. Med. Doctorem, die 5. Febr. an. 1768. hunc in modum exarata:

„ *Melchiorem Cibiniensem, Hungarum, Adeptis ad-*
 „ *numerari in Gloria Mundi probe nouerim, caue*
 „ *tamen principia eius adoptaueris. A' Tüz, Viz,*
 „ *Föld, edgy elementum, secundum fixitatem et*
 „ *volatilitatem differunt. Nem kell keresni bizonyos*
 „ *Földet, Tüzet, vagy Vizet, mert mindenatt,*
 „ *mindenben jelen vagyon, de a' ki specifice ara-*
 „ *nyot akar producálni, ne keresse azt in vegetabi-*
 „ *libus, et animalibus, hanem in illis corporibus,*
 „ *ex quibus aurum per naturam nascitur. A' Föld-*
 „ *ben vagyon Tüz, Viz, és Föld, a' mellyekből*
 „ *a' termeszet hoz vltriolumot, ebből minerát. Ha*
 „ *azert*

„ azert arte produci debet aurum, necesse est, vt
 „ decomponatur minera talis, quae per naturam au-
 „ rum producit. In decompositione per artem ex
 „ minera factis magno igne prolicitur menstruum,
 „ siue aqua mercurialis, reliqua pars igne sublima-
 „ torio suppeditat flores albos, et rubros arsenicales,
 „ qui colligati in lapidem cocunt, micis aureis, et
 „ argenteis abundans distinctum. Hic Lapis subti-
 „ lissime contusus, quod si cum proprio menstruo
 „ misceatur, micae istae siue stamina auri et argenti
 „ soluuntur in aqua sua adpropriata lactis formam
 „ referens, quod si separetur a terra inani et vacua,
 „ in destillatione volatile redditur, in frigore butyri
 „ formam exhibens. Vnde *Tollius* inquit: *Vacca*
 „ *illa antimonium est, cuius agitatum lac butyrum*
 „ *dat, id est, rubrum sulphur.* Hucusque perueni
 „ propria experientia. Si hoc menstruum embryo-
 „ natum successiuo motu caloris figatur, spero fore,
 „ vt plus quam perfectum aurum per artem produ-
 „ catur, quod a Philosophis *Lapis* dicitur. Aurum
 „ non tingit, nisi prius tingatur plusquam perfecto
 „ auro potest tingi aurum vulgi: ergo post fermen-
 „ tationem potest ignobile metallum, nobilius reddi.
 „ Vegetabilia et animalia quaeque per combustionem,
 „ et decompositionem suppeditant sulphur et mercu-
 „ rium, quae in fuligine comprehenduntur. Ex hac
 „ materia facile obtineri potest cinis, in quo et
 „ terram habes et solem, id est, aquam et ignem,
 „ indeterminata principia vniuersalia,“

„ Abreptus in mysteria Sophorum TVA culpa,
 „ (dedisti enim occasionem de mysteriis entium exi-
 „ sten-

„ stentium cogitandi) si scripta in ordinem digesta
 „ essent, quae ego tamquam opera posthuma Theo-
 „ logis et Phycis relinquam, superarent omnium
 „ Phycorum Hungarorum scriptationes. Constitui
 „ rationabiliter scribere, semper Reuelationi diuinae
 „ conforme scriptum, sed Deo ita volente Reuela-
 „ tiones tam diuinae, quam macro - et microcos-
 „ micae successu temporis reuelabuntur. Ego impar
 „ sum oneri huic ferendo, tam propter aetatem,
 „ quam propter visus imbecillitatem, sed certum est,
 „ Nostros Theologos sine discrimine, Philosophos in
 „ genere, multum hallucinari in pacto cognitionis
 „ Dei, Mundi et Homini: haec est causa, quod
 „ tot sectae exortae fuerint, nostro potissimum chri-
 „ stiano tempore, et quod *Chrysopoeia* tam difficilis
 „ fit facta. Perpende solum hoc, quod scribat Au-
 „ ctor in Principio Reuelationis: Coelum, terra,
 „ eaque inanis et vacua, tenebrae, abyssus, Spiri-
 „ tus Domini, aqua praeexstiterunt ante diem pri-
 „ mam creationis: ergo ante lucem primo die con-
 „ ditam, aut fuerunt creaturae, aut Deus. In
 „ Deo nihil tenebrarum, nihil vacuitatis tamquam
 „ imperfectionis quaeri debent. Ergo ante primam
 „ diem creationis praeexstiterant creaturae, ex qua-
 „ rum Iudicio (vox enim *Elohim* notam Iudicii si-
 „ gnificat) noster Mundus conditus est, non secus
 „ ac extremum huiusmodi Iudicium, nouum coelum,
 „ et nouam terram progenerabit. Ex hoc theolo-
 „ gico dogmate patet, quod corruptio vnus fit alte-
 „ rius generatio. Si itaque intendis ex sublecto quo-
 „ cumque macro - vel microcosmico nouam creatu-
 „ ram producere, oportet scire ex cognitione Dei
 „ „ cogno-


„ cognoscere Mundum et Hominem: Homo est ad
 „ imaginem Dei creatus, Mundus est ad imaginem
 „ Hominis. Si Deus non cognoscitur Tri-vnus,
 „ neque homo tri-vnus, neque mundus tri-vnus
 „ cognosci potest. Cognitionis istius diuinae origo
 „ quaerenda est in prima causa totius existentiae,
 „ id est, cognoscat oportet, quod ex vno generetur
 „ vnum, et ex duobus procedat tertium, ita reuera
 „ cognoscat in macro-cosmo, et in micro-cosmo tri-
 „ unitatem, nempe Coelum, terram et spiritum re-
 „ plentem orbem terrarum. In homine spiritum,
 „ animam et corpus; in Deo Patre, Filium, et
 „ Spiritum Sanctum. Maledictio terrae non pertinet
 „ ad istas tres partes essentielles macrocosmi et micro-
 „ cosmi, separata itaque maledictione, quae non est
 „ creata (sed adfertitium quid loco poenae creaturis
 „ adiectum) exsurgit corpus quodcumque in prima
 „ creatione creatum, clarificatum, et corpus spiri-
 „ tuale, quale *Ioannes Apocalypticus* sub nomine
 „ noui coeli, et nouae terrae describit. Tu si co-
 „ gnoueris ignem Iudicii, ex corpore quocumque re-
 „ produces corpus clarificatum, incorruptibile, et
 „ medicinam vniuersalem tam macrocosmi, quam mi-
 „ crocosmi. Ex his patet, hominem constare ex
 „ tribus distinctissimis subiectis, harmonice inter se
 „ active et passive unitum. Quis crederet hominem
 „ constare ex anima et corpore, vtraque autem esse
 „ entia contingentia, per consequens creaturas.
 „ Ostendi Velim, quomodo creatura creaturae vitam
 „ largiatur, et tamen omnes Theologi statuunt ex
 „ his duobus constare hominem. Absonum est crea-
 „ turae tribuere, quod diuinum est. *Liber Sapien-*
 „ *tiae*

„ *tiae* fatis innuit Spiritum Domini repleuisse orbem
 „ terrarum, Spiritum Domini immutabilem esse in
 „ omnibus. Verbum esse vitam creaturarum *diuus*
 „ *Paulus* adserit. *Psalmistæ* halitum diuinum Psalmo
 „ 104. ait esse vitam creaturarum; *Moses* Spiritum
 „ Domini esse dicit causam rerum creatarum. Ipse
 „ Deus insufflauit Spiritum (certe non creatum ho-
 „ mini primo, vt uiuat) neque sine causa *Christus*
 „ *Dominus* in morte sua, Patri suo commendabat
 „ Spiritum suum, tamquam vitæ Redtorem, origi-
 „ nem, et causam; at tamen omnes Theologi crea-
 „ turæ, id est, animæ hanc vim vitæ tribuere au-
 „ dent. Ex principiis Psychologicis et testimonio
 „ Reuelationis constat, omne id, quod creatum est,
 „ successiue creata esse, spiritus non nisi instantanee
 „ creantur, ergo non dantur spiritus. Ex his pa-
 „ tet, animam, angelos, non esse spiritus, sed
 „ corpora spiritualia, per consequens lapsui obnoxia.
 „ Haec est ratio, quod anima et Angeli vniri possint.
 „ per consequens et corpora spiritualia habent suas
 „ sordes, si has sciueris separare et coniungere clavi-
 „ ficata corpora sine labe existentia, sine dubio vi-
 „ debis corpus, quod nullo seculo interiturum est.
 „ Multa essent scribenda de illis, quæ huc vsque
 „ nondum sunt cognita, sed manum de tabula. Forte
 „ Sarmaticæ veritatis studiosi cum *Sendivogio* aequè
 „ Polono plura orbi literato præferent. Haec tibi
 „ foli scripta sunt. Vale etc. Iaurini die 5. Febr
 „ ann. 1768.“

Centur. II. Part. I. Artic. XXXI. ad pag.
 147. Ne Inscriptionum quarundam Romanarum omnis
 prior-

profus intercideret memoria, quae Lapidibus pone Comaromium, *Bregetione*, vico *Szöny* dicto, repertis, et per loci Dominum Neffzerum in profundas pro firmando templi, recens exstructi, fundamento, fossas demerfis inaratæ fuerunt, non nisi duas illarum verbis dimidiatis commemorare hunc in modum nobis licuit: DROMONI et HYLACI CANIBVS VENATICIS BONIS: atque DEO SOLI ALAGABAL AMMVNATI MILLEGI AD BISPF -- *cetera nonnisi dii iam supplebunt inferorum.* Nunc harum vtramque, antea mutilam, ex liberalitate D. Sam. Kazzay, apothecarij nostri, rei antiquariae notitia apprime tincti, nobiscum communicatam, in aprium producimus iam integram, qui illae, antequam terrae conderentur visceribus, anno 1748. die 8. Octobr. illo ipso in loco descriptas, eruditis suis inseruit Aduersariis.

Alter Lapis hanc habuit epigraphen, nunc apud inferos vna cum Lapide isthoc delitescens:



Sic

Sic interpretandam putamus: DEO SOLI ALA-
 GABALO AMMVDATI MILITES LEGIONIS PRI-
 MAE ADIVTRICIS, BIS PIAE, FIDELIS, CON-
 STANTIS --- AERE CONLATO A SOLO DE SVO
 TEMPLVM EXTRVXERVNT AEMILIANO ET
 AQVILINO CONSVLIBVS. Quum Fulvii Aemiliani,
 et Vedii Aquilini Consulatus, teste Lud. Morerio,
 a N. C. in annum 249. incidat, Lapis Inscriptionem
 ad Imperatorum Deciorum, Patris et Filii, aetatem
 referri palam est.

*Alter vero Lapis, vt vides, his ornatus fuit
 anaglyphis, quod superne duos ille arcus cum pharetra
 sagittis grauida, inferius buccinam ex cornu recuruo
 fabricatam, et duos canes venaticos humi procumben-
 tes exsculptos ostentavit, cum adiecta in medio in-
 scriptione:*



DROMO ET HYLAX.
 CANES MOLOSSI BONI.
 BREGETIONE. CENTVM
 SESTERTIOS. EMPTOS.
 AB. APRO. D. X. M. OCCISOS.
 HYPOLITVS VIRGO. SAV
 CIOS. IN LUMBOS. DIANAЕ.
 FACIENDVM CVRAVIT



Quandoquidem Syntaxis verborum horum perplexa admodum videatur, nos salua aliorum lectione, et iudicio, ita legendam existimamus: Dromo et Hylax Canes Molossi Boni Bregetiane Centum Sestertiis empti, ab Apro Diris Decem Morfibus dum fuissent occisi, tum Hyppolitus Virgo quoque canum horum dominus. Saucius In Lumbis, restituta sanitate, Dianae Faciendum Curauit.

Dum Inscriptiones has mutilas a nobis Biographiae nostrae Centur. II. Part. I. pag. 147. adlatas legeret, nec amplius vnquam in lucem emerfuras firmiter crederet *Rev. Steph. Schönvisner*, Professor Pestanus, pro ingenii sui foecunditate, viramque Inscriptionem nostram, mira interpolauit Commentarii sui Geogr. Part. II. pag. 275. seqq. et orbi erudito persuadere voluit audacter, non Dromoneum, sed Dromum, non Hylacem, sed Hylactorem legi debere. Plurimum sane interest, vt ex producta statim superius in apicum Inscriptione videre licet, in Inscriptionibus, earumque fragmentis interpretandis, et supplendis, luxuriantis ingenii froeno cohibere impetum. Dolendum est maximopere, Professore isthunc alioquin eruditum, ita genio suo indulgere posse, vt plerosque integrae famae et eruditionis Viros, theoninis in modum Dromonis et Hylacis subinde arrodere, et lacerare dentibus non erubescat, quum vero infamae huiuscemodi profapiae homines obtrectatores, cordatorum quorumuis iudicio, e Republica litteraria, merito proscribendos, ipse quoque procul dubio probe nouerit. Omnem hanc vno saltim Viri venerandi, *St. Salagi*, Presbyteri Quinque-Ecclesiensis, et S.

Theol. Doctoris eximii, illustrare placet exemplo, quem laudatus Professor in solo *Parergo* suo *Extemporaneo*, Appendici Commentarii Geogr. adserto, aculeatis disteriis, imo mordacibus supra modum proterere conatur criminationibus, et nouies aut decies in sola opella isthac Lectoribus turpiter deridendum propinat. Pro suo Loiolítico hoc alios irridendi modulo, nostram quoque l. c. pag. 122. effuse ridet sententiam, quod vicum *Tarjân* dictum, in quo Inscriptio *Imp. Traiani* recens eruta, et Biographiae nostrae Centur. II. Part. I. pag. 148. publicata est, *Traiani* olim *villam* forte fuisse coniectauerimus, sola quippe hac perbella, si dus placet, inductus ratione ridet, quod talem *Traiani* villam, memorato statim in loco vnquam existitisse nusquam legerit. Sed plusultra ibidem ridet, quod nos dixisse contigerit, gratulari sibi proculdubio posse nonnullas familias hodieum forte superstites, si Tabula isthaec aenea, quae indicatam illam nobis conseruauit Inscriptionem, ad manus nostras deuenire potuisset integra.

Ast diuus *Matthaeus* et *Moses*, Sospitatoris nostri Iesu Christi genealogiam non interrupta serie vltra annos IV. mille producant. Ergone Schönvisnere Sacros Scriptoros ob id deridere audebis?

Multi sunt Auctores historici, qui in disquirendis familiae Habsburgo - Austriacae originibus maximo-pere desudarunt. *Schönlebenius* XX. auctorum diuersissimas recenset opiniones, quas *Auſtor Germaniae Principis* ad V. capita reducit: 1) *Perleonibus Italis*, 2) *Vindoniſſenſibus Heluetiis*, 3) *Burgundiae Regibus*.

bus. 4. *Germanis Agilolfingis.* 5. *Francorum Regibus Merovingis vel Carolingicis.* Sunt inuenti, qui a Romanis, vtpote a celebri *Aruciorum* gente originem deducere conati sunt, imo ad *Noachum* vsque Genealogiam *Habspurgo - Austriacam* pertexuerunt. *Marquardus Hergott* in Genealogia diplomatica Augustae Gentis *Habsburgicae* Vien. an. 1737. in fol. Tom. II. Voll. III. edita, per mera diplomata, et instrumenta probatissima, ad *Ethiconem* seu *Adalricum I.* *Alemanniae Ducem* producit. Licet *Georg. Io. Eccardus Ethiconis* huius familiam a *Leutherio* et *Bucelino*, adfecto *Sec. VI.* celebribus descendere adferat, a *Hieronymus Vignierius*, qui duumviri optime in hac arena decertarunt, *Maiores Ethiconis* per *IV.* progenies ad *Archinoaldum* et inde ad *Ricimerium Patricium* in *Originibus Comitum Alsatiae* producit. Ergone rides haec *Schönvillnere*?

Clar. Daniel Cornides, in Genealogia Regum Hungariae *Sec. XI.* pag. 117. in adtexta *Tabula Genealog. Aug. Imp. Franciscum*, vt et *Mariam Theresiam*, coniuges, a *S. Ladislao Rege Hungariae* oriundos operose ostendit. Ergone itaque *Augustum Imp. Iosephum II.* Regem Nostrum, in familiam *S. Ladislai* inferi etiam ridebis?

Honoratum Ioannium, *Caroli V. Imp. et Philippi II. aulicum*, *Caroli Hispaniarum Principis Magistrum*, nec non *Oxemensis Ecclesiae Antistitem*, adeoque *Illustrissimam Domum Ioanniam*, hodieum inter *Venetos* florentem, ab *Imperatoris Leonis Archistratego*, seu ductore exercituum, *Michaele Ioanne* anno

820. d. 22. Nouembr. in Imperatorem Orientis, vnanimi Imperii consensione proclamato, originem suam trahere *P. Athanasius Kircherus* integro Libro, *Splendor et Gloria Domus Ioanniae* inscripto, et Amsteledam. an. 1672. in 4. cum figg. Voll. II. publicato, egregie demonstrauit. Ergone etiam rides? *Matthiam Coruinum Bonfinius* Decad. I L. I. M. Valerii Messalae Coruini congenilem, atque adeo Dec. III. Lib. VIII. progenitores eius ab vrbe Roma oriundos docet. Rides?

Mart. Biro, Padanus, Episcopus Veszpremiensis, in oratione funebri, *Emerico Eszterházy*, Primati R. Hungariae, Pofon. an. 1746. recitata, et ibidem an. eodem typis in folio vulgata, Inclytam Comitum *Eszterházy* Gentem, ad *Eursium*, vnum e numero VII. Scythicae nationis Ducum deducit, atque *Paullum Eszterházy* iam S. Stephani Regis aetate maiorem in modum toga sagoque inclaruisse. Rides? Illustres familias, *Kadicha*, *Zoltan*, *Kende*, *Lehel*, inter nos florentes, iuribus et priuilegiis Hungarorum nobilitaribus hodieum eo nomine gaudere nouimus, quod a priuers Scytharum Ducibus homonymis recto tramite semet descendere publicis haud ita pridem seculo nostro demonstrauerunt documentis. Rides? Imo aliarum quoque Hunniacae gentis familiarum genealogiam, quam Parentes Liberis priscaerum more gentium, per succedentia tradidere secula, ad Noachum vsque productam texuisse *Bonfinium* legimus Decad. I. L. LX. pag. m. 134. Etiamne rides?

Nobilis Schediorum gens Modrensis a Schedio, Duce belli Troiani, genus suum operose deducit.

Audiendus inprimis etiam est *Georg. Owenus Harry*, Anglus, qui a Noacho inde, primo Mundi Monarcha, rem exorsus, per varias generationes ad Brutum, Silvii filium, primum Brittauniae inhabitatorem, a quo insula isthaec nomen quoque sortita est, et inde ad Cadwaladerum, progenitum e Bruti sanguine Brittonum potentem an. 680. regem, atque mox ab hoc ad Iacobum I. usque, antiquitatem generis Illius demonstraturus, recto ubique tramite descendit stupendo profus opere, in Libro: *The Genealogy of the high and mighty Monarch James, King of great Brittain, etc.* inscripto, et Londini an. 1604. in 4. pl. 10. et adnexis totidem tab. genealog. impresso. Lege haec prius, et tandem si placet, ut soles, ride!

Licet probe nouerim, quam ardui laboris sit, opus in origines et propagines familiarum ob defectum Instrumentorum litterariorum mediæ aevi inquirere, quum a tenuibus illae plerumque in altum adfurrexerunt initiis, vix tamen vllum regnum, aut provinciam exstare notum est, quin reperiantur nonnulli, qui gentis suae originem ab antiquissimis inde populis, imo ipsis Romanis, vel Graecis repetere contendunt.

Dicta haec a nobis egregie confirmant asinini Virorum eruditorum labores litterarii: *Vbonis Emmii Genealogia vniuersalis* in fol. *Iac. W. Imhoffii Notitia S. Rom. Germanici Imperii Procerum* in fol. *Die*

Durchlauchtige Welt. Io Lud Leuini Gebhardi Genealogische Tabellen in fol. Part. III. Hubners Genealogische Tabellen. Albixii Principum stemmata in fol. Schraderi Tabulae genealogicae. Gattereri, et plurium talium, in eruderandis primis familiarum Originibus conatus litterarii. Nostrum interea id non fuerit definire, ex certone, an opinabili saltim probationum genere, sua depromferint argumenta. Rides haec Schönvisnere? Ride, sed vide, ne Post-

Idem Vir litteratus, superius statim laudatus, alias quoque in prouincia Szaladiensi an. 1764. detexit Romanorum Inscriptiones, fideliter descriptas, nunc demum loco hoc opera nostra publicandas, quarum


- I) Inscriptionem exhibet Lapis sepulcralis rufus, in Vico prope lacum Balatonis Veres - Bereny re-
pertus, et in vineto PP. Soc. Iesu delitescens, qui inferius supra basin loculamentum habet, profunde excauatum, recipiendae urnae lacrimatoriae destinatum:

D. M.


D. M.
 DOMITINVS
 ANNXXV. H S E,
 CLAUDI PŌLENS
 ET NEGRINVS TRA
 TRI PIENTISSIMO
 F. C.

Diis Manibus! Domitinus Annorum
 XXV. Hic Situs Est, Claudipolensis Et
 Negrinus Fratri Pientissimo Faciendum
 Curauerunt.


- 2) In pago eiusdem agrī Szaladiensis, *Köves-Kal*
 nuncupato, prostat amplum quoddam Hydrophi-
 lacium, opere Romano ex caesis lapidibus qua-
 dratis olim constructum, in quod aqua limpidif-
 sima perennis per syphonem figulinum copiose
 effunditur, insignem mox formatura riuulum,
 in lacum Balatonis decurrentem; Lapis illius
 muro impactus talem ostentat Inscriptionem,
 temporum iniuria detritam, a peritioribus ex-
 plicandam:



- 3) *Tertia* in vico, priori contermino, *Kek - Kut* adpellato, prostat Lapis mutilatus, hoc signatus themate:




- 4) *Quartam* Inscriptionem pagus *Iesentze-Tomáj* adferuat inaratam Lapidi, in cuius latere dextro *Vrceus*, technicum artificis Iufigne, prominet exsculptus:



Ioui Optimo Maximo Sacrum! Titus Flavius Seuerus Vir Romanus, vel *VRcearius*, aut Vascularius Rhispensis, Pro Se Et Suis *psuit*. *Vrceos*, seu vasa figlina fusco colore ex asse simillima huic a latere dextro exsculpto *Vrceolo* nostro a Vasculariis hodieum in ea regione ex terra glareosa, absque omni incrustatione parari notum est, quae a loco, vbi illa finguntur, *Vaszoly Korsó*, vel *Kantsó* lingua vernacula adpellantur, vnde vna ab omnibus promiscue accolis bibuntur quam sapidissime. *Vascularium* hunc fuisse *Rhispiensem* ea solum de causa coniectare placuit, quod *Rhispiam* celebrem Romanorum urbem, in oris illis vicinis locatam existisse, Biographiae nostrae


strae Centur. II. Part. II. pag. 433. non male forte docueramus.

- 5) *Quinta* legitur in *lapide*, eodem in vico *Lesentze-Tomaj* custodito, et sic anaglyphice ornato, vt is a dextro Inscriptionis latere thecam quampiam cylindricam oblongam cum operculo turrito, a sinistro vero Columbae simulacrum, pede altero fistrum tenentis, altero arboris ramo sicco insidentis, in basi vero serpentem exsculptum, conspicienda exhibeat:



Omnibus Manibus! Flavius Atticianus; Miles Legionarius Votum Soluit Libero Munere, *vel* Miles Legionis Octavae Votum Soluit Libens Merito, *vel* Miles Legionis Quintae Sibi Locavit Monumentum.

6) In oppido vero agri Wefzpremiensis, Nagy-
 Vafony dicto, ex adiacenti loco paludoso an.
 1746. extracta, et ibidem in diuerforio PP.
 Paulinorum Papensium collocata vrna marmorea
 quadrata, duos pedes longa aequae ac lata,
 quam Offuarium fuisse coniectamus, hanc nobis
 praesentibus, anno 1748. die 2 Nouembris
 in Aduersaria relatam, subministravit Inscripti-
 onem:



Ita falua aliorum lectione interpretandam pu-
 tamus: Victorianus Touituius Obitae Coniugi Iuliae
 Aureliae posuit. Et Terrae Iugeri E Suo viginti
 Quinque Retroisum longam, Antrorsum viginti orgyas
 latam legauit.

Cent. 11. Part. I. Art. XLVIII. ad pag. 199.
Io. Soranum, Medicum fuisse Pofoniensem docent
 Litterae Ferdinandi R. ad Io. Zalay de Kerechen,
 Comitem Pofon. et Cunsiliarium suum regium Vien.
 an. 1539. datae: et alia duo ipsius *Io. Sorani* ad
 eundem Io. Zalay, Comitem, vnum anno 1539,
 alterum anno 1541 scripta epistolia, quibus medica-
 menta contra podagram, et immanes dorsi dolores Ei-
 dem praescribit: Extractus Litterarum familiae Zalay
 de Kerachen a Clar. Wagnero nobiscum amice com-
 municatus talium Epistolarum commemorat. *Leopoldum Sericaudam* aliter *Seidenschweif* dictum eadem fere
 aetate Medicum fuisse aequè Pofoniensem docet, quae
 mihi in autographo ad manus est, *Elegia in obitum*
*Doctissimi Viri D. Leopoldi Sericaudae Medici et Ci-
 uis Pofoniensis, die 16. Febr. an. 1556. defuncti,*
concinnata per G. P. P. Hunc ego Poëtam eximium,
 Georg. Purkircherum Pofoniensem Medicum, Artic.
 XV. superius statim notatum, existimauerim fecisse.

Princeps Transilvaniae seditiosus, *Rákotzius*,
 vero quo in pretio Medicos habuerit, ex *Actis Rákot-
 zianis MSctis* spissis XII. Voll. in folio constantibus,
 et in Bibliotheca Ieszenakiorum Pofonii delitescantibus,
 cognosci poterit, quorum nonnulla fragmenta inde ex-
 scripta Excell. Med. Doct. *David Gömöri Junior*, a-
 mice nobiscum serie hac communicauerat: *Nemzetes*
*Hentzidai Matyas Udvari Doktornak Esztendei Con-
 ventionalis fizetese Ieszén kejsz Penz flor. 480. Hus,*
Kenyér annak rende szarent: negy Lovára szena, abrak.
Datum in Lib. Reg. Ciuitate Cassou. die 1. Ian. 1708
ad mandatum Suae Serenitatis Principalis proprium.

Casparus Benitzky. Item *Extractus Regesti Conuention.* an. 1705. *Doktor Langnak flor.* 1000. *Tabori Borbelynak fl.* 200. *Patikariusnak fl.* 150. Item *Ex Ciuitate Agriensi die 1. Mart.* an. 1705. *Lissouini Doktornak fl.* 600. *ad mandatum Serenissimi proprium.* *Georgius Rahi, m. p.* Item *Borbely Janosnak fl.* 30. *Somodi Peter Udvari Magyar Borbelynak fl.* 30. Item *Ex Perceptoratu Camerae Schemnicienfis aulicus Chirurgus Sanzier die 26. Iun.* 1705 *percepit fl.* 1170. Anno 1707. *Korponai Borbelynak fl.* 54 *Patikariusnak fl.* 42. etc. Si quis temporum illorum infelicitatem penitus rimari cupiat, Acta haec Turbatoris pacis publicae consulat, desiderio suo satisfacere poterit.

Cent. II. Part II. Art. XL. pag. 336. Dubitaueramus quidem *Numum Imp. Othonis aereum nostrum* vnquam forte fuisse in lucem litterariam educum, atq̄ certiora nunc iam edocti errorem corrigimus, atque idem ipsum ex asse numisma maximi Moduli Othonis, non modo in *Thesauro Numismat. Antiquor. Hollandet- riano* pag. 85. Num. 838. sed etiam in *Numophylacio Burckhardiano* Part. I. Num. 601. pag. 113. iam antea publicatum esse, vltro profiteamur.

Cent. III. Artic. VIII. pag. Nomina quoque *Physicorum prouincialium Transiluaciae*, prout Magnus iste Principatus in XI. Comitatus an. 1784. insu regio subdivisus est, iam etiam recensetimus. 1) In Comitatu Albenfi *Samuel Vdsarhelyi.* 2) In Comitatu Hunyad, cum Zarand vnito *Ladislaus Bruz.* 3) In Comitatu Cibiniensi, cum parte Albae superioris *Mich.*

Mich. Fronius. 4) In Comitatu Küküllő, cum sede Siculicali Marus, *Steph. Matyus.* 5) In Comitatu Fogaras, cum Partibus Albae superioris vnito, *Ios. Cziegler.* 6) In Comitatu Haromszék cum Districtu Barcensi et parte Albae superioris vnito, *Ant. Kováts.* 7) In Comitatu Udvarhely, cum Csk et Gyergyo vnito, *Io. Hertel.* 8) In Comitatu Tordensis superioris cum inferiori Kolos et Doboka, nec non Districtu Bistriciensi vnito, *Io. Szegedi.* 9) In Comitatu Kolos superioris cum Comitatu Torda inferiori et sede Siculicali Aranyos vnito, *Samuel Pataki.* 10) In Comitatu Szolnok interioris cum Doboka superiori vnito, *Petrus Pecs.* 11) In Comitatu Szolnok mediocris, cum Comitatu Kraszna et Districtu Kövár vnito, *Iosephus Zoltán.* Gubernialis vero Physici munus cum *I sepho Félfalusi* Artic. VIII. superius statim nominato exspirauit, frustra *Samueli Baligha* et *Gabr. Zagonio* illud, inuito L. B. Sam. Br—lio, sollicitantibus, teste *Stephano Halmaçyi*, Transilvano, in Historia sui temporis MS&ta ad annum 1766 mense Apr. referente. Iuuabit forte id quoque verbo saltim monuisse, annis his XV. proxime elapsis, quibus Vniuersitas Studiorum Regia in Hungaria florere coepit, Doctores Medicos 85. Pharmacopaeos 82. Obstetricatores 20. Obstetrices 121. Chirurgiae Magistros 910. ita Fastis Facultatis Medicae attestantibus, iam esse consuetis publicis honoribus adfectos.

Centur. III. Artic. X. pag. Erfi Vniuersitas Studiorum Heidelbergensis gloriari possit minime, Studiosos gente Hungaros axiomate Doctorum Medicinae vnquam

vnquam ornauiſſe, plurimos tamen eorum ſinu ſuo liberaliter fouiſſe, docet Catalogus Hungarorum ex Matricula Academiae eiusdem collectus, quem anno ſequenti 1786. quarta iam vice celebrando iubilaeo, obſeruationibus ſuis Clar. Carolus Büttinghaufen SS. Theol. Profeſſor Heidelbergeniſis, ex Actis ſcholaeſticis, vt quidem promiſit, illuſtraturus eſt :

Anno 1568. Mich. Paxi, Matthias et Iacob. Thuri. *Anno 1573.* Mich. Gorſa Varfanyi, Io. Pöus Debrecinus, Paul. Cfengeri. *Anno 1576.* Ant. Langius Coroneniſis, Matthaeus Georgi Tranſilu. *Anno 1577.* Fabianus Piſo Bellenius, Paul. Varfanyi, Dauid Sigism. Caſſouieniſis. *Anno 1584.* Nic. Thonenſis, Steph. Gentſi, Valent. Vari. *Anno 1585.* Ifac. Fegyverneki, Franc. Thorneniſis, Franc. Vafärhelyi. *Anno 1586.* And. Karolinus, Io. Budeus, Steph. Cforba Debrecinus. *Anno 1587.* Io. Szilvaſi, Alex. Sombori, Lib. Baro Georg. Kornis Tranſilu. Mart. Budai, Io. Hertel Tranſ. Georg. Spinenſis, Tranſilu. *Anno 1588.* Val. Sarközi. *Anno 1589.* Nic. Bogathi, Claudiop. Io. Rodner, Tranſ. Io. Mallendorffius, Tranſ. St. Szamosközi, Io. Berger, Hungarus.

Anno 1590. Io. Borus, Matth. Nyful, Io. Taratzk, Debrec. Io. Török, Io. Czegledi. *Anno 1591.* Io. Tolmani Medienſis, Mich. Beke Tolnaeus. *An. 1592.* Mich. Szegedi, Tyrnau. Io. Veresmarti, Paul. Sz. Mihalyi, Moſ. Kallai, Mart. Störle Eiſtr. Mich. Szinervarallyai, Matth. Baranyi, Io. Kallar, Mich. Loſontzi. *An. 1593.* Elias Berger Briznenſ.

Ge. Váczi, Balthaf. Molnar, Debréc. *An.* 1595.
 Petr. Falkmari Coronaf. Paul. Koti, Transf. Emeric.
 Ujfalvi, Mart. Hoggius, Transf. Io. Ludouicus Transf.
 Ge. Scholner, Transf. *An.* 1596. Io. Budakerus
 Transf. Steph. Tököli, Lib. Baro in Kesmark, Mich.
 Szerdahelyi, Steph. Tallyai. *An.* 1597. Albert.
 Molnar Szentzienfis, Steph. Decfius Barouius. *An.*
 1598. Petr. S. Debretzeni, Io. Alex. Ketskemeti,
 Bened. Paftoris Szegedinus, Mich. Maior Vifolyi,
 Dan. Paftoris Szegedi, Mich. Tatar Patai, Mof. Vá-
 farhelyi, Transf.

Anno 1600. Io. Megyeri, Andr. E. Szikszai,
 Petr. Váci, Emer. Kovacsnai, Vincent. Szepfi, Ge.
 Thuri, Petr. P. Aluintzi, Petr. Taxoni. *An.* 1601.
 Io. Szegedi, Casp. Ungvari, Io. Budaeus, Ge. Hen-
 del, Transf. Petr. Erfek, Steph. Nyilas Melotai,
 Steph. Kevi, Io. Bede Szölöfi, Ge. Czeglédi. *An.*
 1602. Petr. Paftoris Bekefi, Matth. Felegyhazi.
An. 1603. Mich. Bölöni, Nic. Tököli, Lib. Baro
 in Kesmark, St. Paftoris Miskoltzi. *Anno* 1604.
 St. Tonforis Váradí, Io. Santa Ketskemeti. *Anno*
 1606. Alb. Molnar Szentzienfis. *Anno* 1608. St.
 Lucius Miskoltzi, Mich. Várdi Dobrai, Io. Karatsomi
 Budaeus, Andr. Pulcri Rettégi, Paul. Gyimóthi,
 1609. St. Siderius Szikszai, Io. Dajka Keferüi,
 Io. Paulides Lanifai, Emer. Regius Pétzeli, Io. Mat-
 thaei Samaraeus, Mich. Karaszteleki, St. Kernyei,
 St. Pankótai, Io. Buzas Ketskemeti, Matth. Latzko
 Szepfi, St. Sartoris Szepfi, Petr. Czopa Borzasi.
 Iac. Váradí.

Anno 1610. Io. Bornemisza, Nic. Lengyel Komáromi, Io. Halto Fegyverneki, Emér. Kintfés Tasnadi. 1611. Gé. Kotocz Szepli, Pául. Bényel Szepli, Io. Pastoris Körtvelyesi, Dan. Varsányi, Io. Filitzki de Filefalva. 1612. Io. Szántó Fútl, Mich. Pitter, Paul. Orvos Surius, Val. N. Szent Györgyi, Transf. Bened. Sánta Karoli, Io. Nagy-Berenyi, Georg. Iof. Ponicaeus. 1613. Ge. Pellionis Lövei, Thom. Miklosvári, Io. Ovári, Paulus Czeglédi. 1614. Casp. Gyárfas, Iof. Csengeri, Iof. P. Szántai, Matth. P. Samsondi, Transf. Io. Borfi Szentzi, St. Herman Kereszegi, Mart. Bene Viski, Andr. Sartoris Vardai, St. Sattoris Szepli, St. Fabri Viski, Io. Mihályfalvi Ketskeméti, Andr. Kifivi Gyongyösi, Petrus Sutoris Vari, Mich. Saghi, Paul. Seraphi Komáromi, Steph. Vellechinus, Ge. Sartoris Sornaci. 1615. Dan. B. Koradi, Petr. D. Diószegi, Mich. G. Megyei, Petr. Pastoris Kis Dobszai, Andr. P. Békési, St. Katona Gelei, Steph. P. Fegyverneki, Matth. Major Zikszai, Io. Albenfis Transilu. 1616. Mich. Kanisai, Andr. Prágai, Io. Fufus Paktai, St. P. Varsanyi, Andr. Karoli, Ge. Jakóbits Bakai, Ioan. Putnoki Tallyai, Matth. Jasz-Berenyi, St. S. Peli. 1617. Thom. Fekete Kökenyeidi, Franc. Sidó Czepeinus, Casp. Bojti, Mart. Szilvási, Thom. Tifzabetsi, Basil. Borzasi, Io. Miskolczi, St. Szikszai, Mich. H. Szepli, Barth. Fülckén, Transf. Mart. Baufner, Transf. Bened. Sz. Királyi. 1618. Thomas Suba Levai, Mich. Erdő Belteki, Franc. P. Tornai, Mich. Afzalos de Göncz, Mart. Dús Muraközi, Casp. Egri Lazari, Ge. Udvarhelyi. 1618. Mich. Ujhelyi, Mich. Diószegi, St. Szilvási, Ge.

László Darnai, Io. F. Góncz, Ge. S. Nadudvari, St. Sz. Némethi, Matthias M. Czanaki, Ge. Karoli. 1619. Nic. Vári, St. Bethlen de Iktár, Com. Transf. Sigism. Bartfai Nobilis, Mich. Kornis Nobilis, Emer. Mindszenti, Ge. Czulai.

Anno 1620. Mich. Bodo Simándi, Bened. Pastoris Bihari, Franc. Nagy Debrecinus, St. Csontos Fegyverneki, Matth. C. Szantai, Franc. Z. Petri, Paul. F. Porcsalmi, Mich. P. Balai, Mart. Bakai, Io. H. Lévai, St. B. Korodi, Io. S. Kaposi, St. P. Thornaesus, Io. Songari. 1621. Mart. C. Borasi, Ge. P. Onodi, Petr. Petsvárad. *Bellum tricennale ingentem hiatus introduxit.*

Anno 1655. Thom. P. Tifzabetsi, Mich. Rimaszombathi. 1661. Nic. Bethlen de Kis Bun, Comes de Küküllő, Transf. Paul. Csernatoni, dicti Comitibus Ephorus. 1673. Mich. Eperjesi, Ge. Várfarhelyi, Io. Copis Kallai. 1679. Io. Szondi, St. Olle Mocfai, Io. Selymes.

Anno 1680. Michaël Rimaszombathi. *Novus hiatus propter bellum Gallicum in fine superioris seculi crudeli methodo gestum.*

Anno 1724. Io. Wisnyai, Sigism. Lengyel. 1726. Petr. Tunyogi. 1734. Michaël Hollósi. 1736. Steph. Marc. Tokaji. 1738. Mich. Torök, Paul. Szönyi. 1739. Tzene.

Anno

Anno 1740. St. Csapo Etfedi. 1741. Iac. Ant. Resplendi, Emer. Katona. 1746. Franc. Török, Franc. Töltesi. 1748. St. Wifzlai. 1750. P. Felicianus a S. Iosepho Ord. SS. Trinit. de Redemptione Captiuorum ex prouincia Sclauoniae, Hung. et Transf. in Conuentu Agriensi. 1751. Io. Ts. Szent Péteri, Paul. Fodor, Paul. Vitus, Franc. Barátosi. 1753. Steph. Varannai. 1755. Sam. Mogyorosi. 1756. Franc. Ujfalusi. 1771. Ge. Ar dai, Io. Szantó, Ios. Szombati, Franc. Hajdu. 1776. Io. Pap de Szaldobos. 1779. Mich. Nagy, Franc. Palfi, Adam. Nagy Putnoki.

Anno 1780. Dan. Nagy de Bere, Ladislaus Palassa, Mich. Bartók, Sam. Mindszenti, Michael Etfedi, Io. Simon. 1781. Franc. Toth, Michael Diófzegi, Georg. Nagy ex Mitske, Steph. Nagy, Franc. Tamassa, Ad. Barkasi, Sigism. Galamb, St. Toth, Sam. Sapi, St. Borfos, Sam. Domjan, Io. Illyes, Emer. Szaklanyi, Io. Szeremlei. 1782. Paul. Szabo, Ios. Hermányi Pető, Paul. Szente, Paul. Osgyani, Io. Kementzki, Mich. Budai. 1783. Io. Pólya, Mart. Ongi, Io. Mikó, Henr. Bőszörményi, Franc. Szathmari, Paul. Gerendai, Andr. Toth, Sam. Dienes.

Claudat agmen Medicorum Hungariae et Transilvaniae laboriosissimus aeuo nostro in Hungaria Doctor Chirurgiae, Ios. Iacobus Plenck, in Vniuersitate Studiorum Tyrnauiensis, Budensis, Chirurgiae, Anatomies, et Artis Obstetriciae Professor, cuius curriculum Vitae iisdem ipsis verbis, prout ad Nos trans-

missum accepimus, hic iam pouissime recitabimus:
 „ Ego *Iosephus Iacobus Plenck*, natus sum Viennae
 „ anno 1739. Studiis humanioribus in Iesuitarum
 „ scholis publicis imbutus, Chirurgiae, atque Medi-
 „ cinae in Nosocomio S. Trinitatis quadriennio sub
 „ celeberrimo *Retter*, Chirurgiae Doctore, et tunc
 „ temporis primario et expertissimo Practico Nosoco-
 „ mii, operam nauauit. Demum sex annis, qua
 „ Chirurgus primarius rei tormentariae Sacri Romani
 „ Imperii militum Medici, et Chirurgi munere fun-
 „ ctus in Romano Imperio. Viennam redux, in pa-
 „ tria praxim exercuit. Tandem anno 1770. munus
 „ Professoris publici et ordinarii anatomes, chirur-
 „ giae, atque artis obstetriciae in Vniuersitate Tyr-
 „ nauensi ab Augustissima Maria Theresia mihi con-
 „ cessum est. Demum iam in sextum annum in Vni-
 „ uersitate Budensi eodem officio fungor.“ Functus
 omnino est cum singulari Iuuentutis scholasticae Hun-
 garicae emolumento ad annum 1784. usque, quo
 auctoritate Imperatoris Vindobonam in *Academia* re-
 cens erectam Medico-Chirurgicam militarem, dictam
 a Fundatore *Iosephinam*, translocatus, ibidemque
 Chirurgiae, Chemiae, Botanicesque Professor P. Ord.
 nec non Director pharmacopaeorum militarium, atque
 Chirurgus Status militaris supremus constitutus est.

O P E R A.

- 1) *Methodus noua et facilis argentum viuum aegris
 venereu ~~Est~~ infectis exhibendi.* Viennae anno
 1766. in 8. plag. 5 1/2.

- 2) *Nouum systema tumorum*, Viennae anno 1767.
8. plag. 15.
- 3) *Primae Lineae Anatomee*, Viennae anno 1775.
8. plag. 19.
- 4) *Elementa Chirurgiae pro tironibus in Regno Hungariae*. Viennae anno 1778. plag. 12.
- 5) *Compendium Institutionum Chirurgicarum*. Tyrn. anno 1775. 8.
- 6) *Aphorismi de cognoscendis et curandis morbis chirurgicis*. Viennae 1775. pl. 6.
- 7) *Selectus materiae chirurgicae*. Tyrn. anno 1775.
8. plag. 5.
- 8) *Compendium Anatomies*. Viennae anno 1775. 8
plag. 6.
- 9) *Doctrina de morbis oculorum*. Viennae anno
1777. 8. pl. 14.
- 10) *Compendium de morbis cutaneis*. Viennae anno
1776. 8. plag. 8.
- 11) *Doctrina de morbis dentium et gingiuarum*. Budae
anno 1778. plag. 7.
- 12) *Comp. de morbis venereis*. Viennae 1779. 8.
plag. 11.
- 13) *Pharmacia chirurgica*. Tyrnauiae anno 1775.
plag. 15 1/2.
- 14) *Elementa medicinae et chirurgiae forensis*. Budae
anno 1781. plag. 12.
- 15) *Elementa artis obstetriciae*. Viennae 1781. plag.
14. tab. aen. 2.
- 16) *Bromatologia, seu Doctrina de esculentis et potulentis*. Viennae anno 1783. 8. alph. 1. pl. 4.
- 17) *Toxicologia, seu Doctrina de venenis et antidotis*. Viennae 1784. 8.
- 18) *Casuisica, etc.* G 8 4 Haec

Haec sunt potiora Plenckii nostri Opera, latine edita, quorum pleraque prelo renouata, nonnulla in Germanicum, Gallicum, Anglicum, Italicum, Hungaricum, Hollandicum sermonem translata sunt. Recensiones illorum criticae in Commentariis Lipsicis, Berolinensibus imprimis Ephemeridibus litterariis Tom. 35. part. 2. pag. 463. vt et Celeb. Halleri, Richteri, Todii, Wasserbergii, Bibliothecis medico-chirurgicis bono vt plurimum cum calculo inueniuntur.

Centur. III. Artic. XVI. pag. 264. *Maximilianum Stoll*, prouincialem in Comitatu Hungariae Hontheimensi primo Physicum, et mox in Vniuersitate Studiorum Vindobonensi Praxeos Medicae Professore laudatissimum, anni 1787. die 23. Maii mortuum esse, Ephemerides Hungaricae Vindobonenses Szatsvaianae Partic. XLIII. nobis nunciarunt, in quibus *Samuelem Andrad*, Medicinae Candidatum, gente Transiluanum, Praeceptorum suo fidelissimo tale ex tempore posuisse epitaphium legimus:

*Stollius hac parua Magnus decumbit in vrna
 Corpore, parte tamen stat meliore sui.
 Corpus, non animam rapuit mors saeua perennem,
 Id fors, hanc autem perdere nulla, potest.
 Maximus in cineres Vir est mutatus inanes,
 Ah quantum Medicum quahtula tumba capit!
 Pannonis extulerat vitam tellure Viennam,
 Quam tegit Austriaco trux Libitina solo.
 Vindobonae docuit, terra sanauit vtraque,
 Hac Dozor, Medicus clarus vbique fuit.*

Imo

*Imo plus dico, nostri, non mentior, orbis,
Dum fuit, Hippocrates, dumque carebit, erit.*

Stollii huius Effigies genuina aeri incisa, Ephemeridibus Litterar. Berolinens. *Allgemeine Deutsche Bibliothek* inscriptis, Vol. LXVI. Part. I. praefixa, offertur contemplanda, tali ornata perigrapha: **MAXIMILIAN STOLL K. K. RATH UND PROFESSOR ZU WIEN.** inferne cum subiecto Lemmate: *Wünscht Aerzten seine Kunst, und Königen sein Herz.*

Centur. I. Artic. 8. pag. 13. *Bejtheum*, auctorem antiqui operis botanici Hungarici, perperam *Stephanum* nos aepellauisse contigit, quandoquidem in frontispicio laudati Operis *Andream* reuera fuisse legitur: decepti enim sumus *Nomenclatore stirpium Pannonico* a Clar. *Clusio* primum edito, et mox a *Cyvitingero* repetito, et ab horum sequacibus *Lampeo*, *Haynoczio*, *Bodio*, qui Eum singuli non *Andream* sed *Stephanum* fuisse in Scriptis suis publicauerunt. Sed interim nonne diuersus Auctor fuerit *Andreas* a *Stephano*, dispiciant Clarissimi Patriae Duumviri, *Mich. Pap Szathmáriensis*, Theol. Prof. *Claudopolitanus*, et *Steph. Nagy Szerentsiensis*, V. D. Praeco *Iaurinensis*, quorum vterque *P. Bodi Athenas Hungaricas* cum aditamentis necessariis in vltus Reipublicae litterariae se propediem de nouo edituros promiferunt.


Centur. II. Artic. 62. et Centur. II. Part. I. pag. 24. addenda: *Christianus Paecten*, Pater, Incl. Comitatus *Gömöriensis* Physicus ordinarius, scripsit Poëma Teutonico eloquio expressum in coronationem

nem Francisci I. Rom. Imp. Pofon. anno 1745. in
fol. *Filius* eiusdem cognominis, patria exsul, anatomi-
niae in Imperiali AA. LL. Academia Professor, et
Academiae militaris Medicus, atque mox altiorum Im-
perii Ruffici tribunalium Confiliarius, vt et Collegii
Medici fupremi Petropolitani Cancellarius, fulmine
apoplectico taetus anno 1779. obiit, a quo profecta
funt:

- 1) *Ars medendi, captui eorum, qui non funt Medici, sermone Ruthenico accommodata.* Petropoli anno 1765. in 8. Recufa ibidem anno 1766.
- 2) *Pharmacopoea Caftrenfis Roffica*, pro iis, qui in exercitu imperiali medicinam faciunt. Petropoli anno 1765. 8. iterata anno 1779. in 8.
- 3) *Pharmacopoea Roffica*, Petrop. anno 1778. in 4. Recenf. in Nouo Promptuario Medico Clar. Baldingeri Vol. I. Part. VI. pagg. 553. et 565. Iterata ibidem nitide vna cum *Pharmacopoea caftrenfi*, anno 1782. in 8. Differtatio erudita *De Sale effentiali Tartari*, Göttingae publicata, raro obuia amplius confpicitur.
- 4) *Obferuationes medicas de peste Smolenskia* nobis promiffas videre nondum licuit, an illas morte praeventus edare potuerit?

Cent. II. Part. II. pag. 229. addenda: Anno
trabeationis D. N. I. C. 1779. in platea Ciuitatis
noftreae *Mefter* nuncupata, eruta eft e terrae yfceri-
bus ollula *figlina*, argenteis prifcorum Hungariae Re-
gum, S. Stephani, Geizarum, Belarum, Caroli prae-
prius Roberti denariis plena; tres eorum prae reli-
quis

quis omnibus dum nostram excitassent attentionem, exmissi delineatas illorum icones ad præstantissimos Patriæ Viros, rei numariae scientia indutos, nemo tamen nos edocere potuit, cui potissimum Regum nostrorum illi essent adscribendi, itaque destinaui in animo sic aeri incisos in tabella isthac beneuolis offerre Lectoribus contemplandos:



Primi huius Nummuli, in quadrum formati, pars antica Stellam magnam hexagonam, et inter singulos eius radios singulas paruas ostentat rosulas, vel stellulas minores; postica vero tota est vacua. Nonne est

est Andreae, exemplo Magorum Stella tali praelucente exercitum Chrifticolarum cruciatum Hierofolymas verſus ducentis? quandoquidem Andreas II. is eſt, qui Solis, Lunae ac *Stellarum* ſymbola coeperit omnium primus Sigillis regiis inferere. Ex hoc fonte promanauit fortaffe is quoque error, vt Repoſitorium quoque e muro Criptae excauatum coeleſtino colore pictum, cui Regis Andreae I. crurum ac femorum oſſa quatuor incluſa in Eccleſia Abbatiae S. Aniani Conf. Tichoni-enſi religioſe cuſtodiuntur, Stellis eiufcemodi aureis XXV. hexagonis PP. Benediſtini recentiori mox aetate conſilio imprudenti affabre exornauerint. Verum nonne ~~id~~ quoque ab ea Expeditione Sacra forte profectum fuiſſe dixeris, vt fortiffimos quoſque ac famigeratiſſimos ſuos belli Duces Natio noſtra *Cſillag - Vexer*, Duces ſtellatos, communiter lingua ſua adpellitare conſueuerit?

Secundi effigies obuerſa ſuperne inter duo puncta, littera M. vel A. duplicata cum ſubiecto eidem II. Graecorum, ſed lineola recta intermedia a ſe inuicem diſtinctis, vel, ſi mauis, templo, turri inſtructo, et ſimul duobus a latere capitibus cucullatis et barbatis, inferne vero Luna crescente decuſſata, et ſubiecta ſtellula octagona eſt ſignata; *aduerſa* vero pars ſuperius Liliſium infertis duabus inter explicatas corollas Roſulis, atque inferius Leonem procurrentem exhibet.

Tertii, eiusque minimi moduli *facies anterior* crucem ſimplicem cum duobus capitibus coronatis facie imberbibus, *poſterior* Leonem a laeua dextram verſus pro-

progredientem repraesentat. Gratissimam omnino modo nobis, sed etiam Patriae litteratae eos praestituros esse operam, si qui erudita sua commentationumcula illos illustrauerint. Illa ipsa vero Numismata, oppido rariora, Excellentissimi ac Litteratissimi S. Rom. Imp. Comitum, Consiliarum, et Commissarum Regum, *Sam. Teleki de Szek* Filio, *Dominico*, erectae mentis ac optumae indolis Adolescenti, dono obtuli possidenda, adornandae suae supellectili numariae adgreganda.

Dum litterarias hasce minutias ad se transmissas laudatus Comes, (nunc Pro-Cancellarius Aulae Regiae) Heros ab omni scientiarum genere instructissimus, legeret, sequenti nobis beniuolo respondit epistolo, ad diem 15. Dec. anni 1786. M. Varadini signato:

„ *Experientissime Domine Med. Doctor!* Quemadmodum tua in rem litterariam Patriae merita magnifacio, ita nihil mihi gratius iucundiusque accidere potest significatione propensae tuae erga filium meum voluntatis. Typos numulorum, quos ipsi impertiri voluisti, nemo facile diuinabit. Periculum fecit sacrorum in Coetu Helveticae Confessionis additorum Minister, *Rev. D. Kereztesi*, rei etiam numariae apprime peritus, quo successu? Tu ipse iudicabis. De me interim tibi persuadeas, velim, laudabiles tuos conatus, quibus res patrias illustrare, veterumque monumentorum memoriam in vitam reuocare pergis, ita mihi probari, ut meam in adiuvandis studiis tuis operam, meaque erga te officia villo umquam siue loco siue tempore desiderari sim passurus. M. Varadini die 15. Dec. 1786.

Sam. T. Teleki. m. f.

En ipsas quoque Rev. Viri Iosephi Keresztesi
 Litteras nomini nostro inscriptas: „ Experientissime
 „ D. Med. Doctor, Domine mihi plurimum colende!
 „ Excellentissimus Sacri Rom. Imperii Comes, Com-
 „ missarius Regius noster, D. Sam. Teleki de Szek,
 „ dignatus est typos trium Numorum tuorum Hunga-
 „ ricorum, in rationem Filii sui Dominici transcri-
 „ ptorum, mecum eo fine communicare, vt, si
 „ possem, Oedipum agerem; tanti quidem non sum,
 „ vt inter acutissimos rerum patriarum indagatores
 „ vel vltimum occupem subsellium, voluntati tamen
 „ optimi huius Maecenatis refragari nequaquam ausus,
 „ sequentia obseruo:

„ 1) Numum tuum quadratum, sub Fig. I.
 „ superius repraesentatum, hariolor esse Caroli I.
 „ ex similitudine Numi in Fig. I. inferius videndi.

„ 2) In Numo altero litteras ibidem indicatas
 „ non tam Litteras, quam Templum potius videri,
 „ et nisi duo illa capita cucullata et barbata essent,
 „ adfirmarem illos esse Elisabethae et Mariae ex Numi
 „ fere similitudine Fig. II. inferius producendi, cu-
 „ ius effigies obuersa superne inter duas stellas hexa-
 „ gonas turrinam habet eum cruce simplici, quae arci
 „ imposta est, in cuius duplici porta semicirculari duo
 „ capita muliebria apparent cum peplo; aduersa vero
 „ pars Basiliscum alatum cum duobus pedibus, et
 „ cauda in gyrum contorta ostendit. Si coniectura
 „ hac nihil profecero, dicam esse Caroli et Ludouici,
 „ quorum in Numis Leo Venetus, Lilia Andegauen-
 „ sia, Luna, Aquila, et alia animalia fere vbique
 „ obseruantur.

„ 3)

„ 3) Typum Numi tertii sub Fig. 3. exhibiti
 „ pariter conicio esse Caroli cum Ludouico filio,
 „ confirmatus Numis sat frequentibus Inscriptione hie
 „ notatis: MONETA REGIS SCLAVONIAE, qui
 „ fere eiusdem sunt formae. Leo rugiens est Vene-
 „ tus. Proinde est mihi prae manibus Numus Ludo-
 „ uici, qui parte altera totus est glaber cum stella,
 „ vt subobscore videtur, pentagona; altera vero
 „ circulo inclusum Leonem rugientem ostentat, cauda
 „ bifurcata, cum perigrphe: LVDOVICVS etc,
 „ Fig. III. nisi forte aliquis ex Litterarum caracte-
 „ ribus et cauda Leonis Bohemici dicat esse Ludouici II.



„ Sunt ad manus meas praeterea non modo
 „ quatuor denarii Caroli, sed alii quoque nonnulli
 „ oppido rariores, Oedipum quaerentes, quorum
 „ icones chartae dumtaxat impressas, nec, quod ma-
 „ ximopere doleam, ob chalcographi inopiam peni-
 „ cillo delineatas, vt aeri inciderentur, me mittere
 vice

„ vice hac potuisse, vt ita Opus tuum Biographicum
 „ illis ipsis vel ex parte minima locupletaretur. Vale
 „ Virorum optime. M. Varadini die 13. Decembr.
 „ anni 1786. Ios. Kozltes, V. D. M. M. Vara-
 „ dentis. m. f.

Dum his voto nostro haudquaquam satisfactum esse palam fit, vberiore Denariorum nostrorum enodationem praestolabimur a Viris Patriae numophilis. Si vero de raritate numismatum talium Hungaricorum vellemus gloriari, in promptu nobis est *Numophylacium* huius *Kazzaianum*, toties in opere nostro laudatum, quod praeter recensita in Eo Regum nostrorum numismata, missis reliquis, sequentia quoque ibidem proflare nouerint cupidi rerum patriarum indagatores. Licet eorum nonnulla iam autem e tenebris in lucem emeruisse probe sciamus, sed quia non vbiuis promiscue obuia reperiantur, hic illa coniunctim aeri incisa cum plerisque aliis, numquam adhuc in apricum productis, ad contemplandum, et, si placeat, interpretandum seriem hac offerimus: S. Stephanus Fig. A. Petrus Fig. B. Samuhel, qui et Aba dictus Fig. C. Andreas Fig. D. Bela Fig. E. Bela Caecus Fig. F. Bela Fig. G. Geisa Fig. H. Geisa cum Ludouico Fig. I. Ladislaus Fig. K. Ladislaus Fig. L. Kalman Fig. M. Ludouicus Fig. N. Maria Fig. O. et P. Iaiaz, qui forte est Geisa Fig. Q. et R. Reliqui Oedipo indigent Figg. S. T. U. X. Y. Z. J. V. W. α . β . γ . δ . ϵ . ζ . η . θ . Stephanus, vter? Fig. M. Varadentis Fig.

Fig. A.














Fig. O.









Nummus cupreus loco omnium ultimo exhibitus, a laudato statim superius Viro, *Iosepho Kereszteljo*, ad cupream eruditionis et morum aetatem relegando, adiecta historiola, nobiscum communicatus, etsi recentioris sit aetatis, ob summam tamen raritatem ad reliquorum censum hic referri meruit; cuius *pars antica* habet Litteram I. corona tectam, et ab utroque latere numeris 1707. in aliis similibus 1706. et 1708. scriptam, *postica* vero: IN NECESSITATE VARADII ENSI, cui conflando occasionem praebuisse certo intelleximus *Franciscum Rakoczium*, notissimum principem feditiosum, qui dum arcem M. Varadinam capere summa ope niteretur, verum ardiori obsidione Urbem cingere nequiret, loca circumiacentia occupavit, et Ductoribus exercituum *Georgio Lib. Baroni Palotsai* et *Steph. Bone*, vna cum milite in oppidulo vicino *Püspöki* haerentibus arcem hanc ad deditionem cogere intendit. Etsi *Rakotz* ani bis per Caesareanum Ducem *Rabutin* repulsi fuerint, obsidio nihilominus per tres annos duravit, qua re id effectum est, ut Praefectus Arcis, *Steph. de Becker*, Caesari deuotus, summa rerum omnium inopia pressus, tantum habere posset, quo milites in arce sustentarentur, collectis vndique vasis cupreis, Numum hunc, in quo I. Iosephum Regem designat, cudere coactus est. Liceat

nouissime heic loci Nummi Synchroni Rakocziani, aequae cuprei, cum Inscriptione: PRO LIBERTATE notati, quamuis promiscue sit obuius, mentionem ob id saltim iniicere, quod singulas illius Litteras singulis vocibus cum Aduersarii tum Caesareani sunt interpretati. 1) *Rakocziani sic*: PR NCEPS, RAKOCZI, OPE, LEGIONUM ILLUSTRISSIMI, BERCSENI, ET, RELIQVORVM, TOTAM, AVSTRIAM, TVRBABIT, ENSE. Quod Hungarice ita forte quam commodissime expresseris: PRINTZ, RAKOCZI, Orszagunknak, Legy Igazgatoja; Bercsenivel, Edgyütt. Rontsd-el, Tapodd-meg, Austrianak, Tanatskozafait, Ellenink. 2) *Caesareani vero sic*: FERIBITIS, RIBELLES, OMNES, LAQVEO, IGNE, BELLO, EXSILIO, RELIQVI, TANDEM, AVSTRIACORVM, TRIBVTARII, ERITIS. Gentili eloquio sic: Partos, Reb-llis, Országnak, Lakosi, Igaz, Biratoktól, Elpartoltatok, Roszszul, Tanatskozttatok, Austria, Titeket Elfogveszteti,

Eiusdem putris farinae sunt versiculi quoque famosi, quos Milites Rabbatiniani, Debrecini hiberna fumentes, ibidem in Auditorio Collegii publico adpictis parietibus Scientiarum et Virtutum imaginibus maleteriati subscripserunt Anno P. C. N. 1708.

Theologia cum Libro et inscriptione lemmatis
Semper Virgo.

Fingis, non pingis, casto Vrbs Debrecina colore,
Haec tua dum meretrix Virginis ora refert.

Virgo fuit, fateor, fuit incorrupta Susanna,
 Incorrupta fuit Virgo Susanna fuit.
 Corruptere duo miseram, corrumpitis omnes,
 Quam tam foecundam progenerere Patres.

Iustitia cum Ferro et Libra.

Num quid palpandum vobis est indice Libra
 Iustitiae ferrum viscera vestra subit.
 Discite iustitiam moniti, atque docete magistri,
 Diuinum est verbum, sanctius esse nequit.
 Sed postquam docuit, didicit nemoque rebellis,
 Dicite, quae tandem regnat in orbe fides?

Prudentia.

Exulat hinc prudens, vbi stulta rebellio regnat,
 Ergo stultitiam pingere debueras.

Astronomia cum tubo.

Astra quid obseruas, stellae cecidere rebelles,
 Hi regni casus sunt mala signa tibi.
 Victrices aquilae sua frangunt cornua tauro,
 Germanoque iubent subdere colla iugo.

Philosophia.

Praemissas binas fecit Germania, Maior
 Tibiscum superat, Danubiumque Minor.
 Praemissas sequitur Conclusio certa, rebellem
 Hungariam poenas exitiumque sequi.

Fortitudo.

Si nescis, Virgo haec Germano nata parente,
 Stat firma, ac hostem non fugit illa suum.
 Dum fugit, et refugit male conscius Hungarus hostem,
 Dic mihi, quis fortem dixerit esse Virum.

Patientia.

Solamen miseris superest patientia rebus,
 Dum iungunt reliqui, iussa manere domi.
 Tot mala non ferres, mala tot non passa fuisses,
 Si quoque mansisses Vrbs Debrecina domi.

CEHANI quoque Regis Hungariae Denarium Biographiae Cent. II. Part. II. pag. 229. nos in apicium produxisse probe recordamur, et hoc nomine *Geisam I.* intelligi forte debere innueramus, iis potissimum adducti rationibus, quod in Nummo Fig. H. superius statim indicato, CEISANVS, alibi ZECHANVS quoque adpellaretur, atque quod Is cum Ladislao I. in aversa Numi eiusdem facie characteribus non ad Monasticos sed Romanos accedentibus signato simul imperitauerit; teste praeterea Denario quoque Fig. I. litteris G. et L. *Geisa* scilicet et *Ladislao* notato: est quod CEHANI nomine STEPHANVS quispiam Rex potius intelligendus veniat, dimissa opinione nostra, parum absuit, quin ad nuperas cogitationes, a Clar. *Cornidesio* in Promptuario litterario *Vngriſches Magazin* inscripto Vol. III. part. 3. pag. 365. seqq. adlatas, vltro transiuerimus.

Ad Numos quoque nostros incognitos Figg. V. et β . *Falconibus* signatos lubet quidpiam subnectere. Prostant quippe in scriniis litterariis Simonificianis Mandata ac Priuilegia quaeipiam regia, ciuitatibus montanis *de exsoluendis Falconibus* impertita, quibus, vt coniectura est, non Aues ita nuncupari solitas, sed nummorum forte genus intelligi debere, qui ab impressa Falconis imagine *Falcones* vocabantur, in eum fere modum, vt *Cruciferi* a cruce, *Mariani* a vultu B. V. Mariae denominationem sortiti sunt. Quod Denarium sub Litt. V. positum adinet, legitur in *Christ. Adolph. Klotzii Opusculis Numariis*, Hal. Magd. an. 1772. in 8. edit. cap. II. pag. 15. „ Agrigentinos „ numos aquila leporem vnguibusprehendente, ro- „ stroque oculos eruente signatos esse, quos *Begerus* „ ad Rheginorum tyrannum, *Anaxilam*, qui primus „ in Siciliam leporem intulit, refert, et sub aquila „ latere putat Theronem, Agrigentinorum tyrannum. „ Alii vero cum *Hauercampio* putant aquila et le- „ pore in Numis Agrigentinis designari horum anima- „ lium copiam. “ Quae prior interpretatio si vera est, essent hi Numi satyrici. Haec omnia totidem verbis relata, et iconibus Numorum leporis et aquilae simulacris notatorum illustrata, vberius videri poterunt apud *Philip. Parutam* in *Sicilia Numismatica*, Lugd. Bat. anno 1723. in fol. edit. Part. I. pag. 415. seqq. Iam vero Denarius noster quum sit Hungaricus, atque si ad Satyricorum classem referendus, *Ludouico I.* facile adscribi poterit, qui necem fratris sui *An- draeae*, Regis Neapolitani et Siciliae vltus, ad formam veterum Numorum Siculorum hunc fieri iubere, si vero hoc minime, abundantiam factim horum animalium

lium in Hungaria significare poterit, vbi simile spectaculum in campis nostris longe lateque patentibus faepitculae exhiberi comperimus. Laudatus quidem *Reu. P. Innocentius Simonchicz*, Cler. Regul. e Scholis Pils, in priuilegio *Caroli I.* paullo ante memorato, quinque Marmatis oppidis *Visk, Huszt, Tetjü, Hofzsumezö*, et *Szulös*, anno 1329. concessio, in quo dicti ciues Marmatici pro terragio de singulis fundis integris singulos dimidios Falcones Regi dare et soluere iubentur, a reliqua vero Falconum persolutione ob terrae sterilitatem liberi declarantur, tali Falconum soluentorum nomine, genus numerum, Falconis simulacro notatorum, intelligendum esse interpretatur in erudita sua *Disquisitione*, quam propediem hoc siue editurum se nobis per litteras promisit: atq; pace tanti Viri dixerim, haec Regis *Caroli I.* verba, in priuilegio notata, e *Caroli du Fresne Glossario ad Scriptor. med. et inf. Lutinitatis*, Francof. anno 1710. in fol. edit. omnium quam commodissime explicari poterunt, dum pag. 388 sic loquitur: „ *Falconagium*, tributum species, a Falconibus, vt par est credere, primitus appellatum, tamen ad alias praestationes postea deriuatum, quod in aliis eiusmodi non semel obseruare est in hoc Glossario. Charta *Philippi Pulcri*, Regis Fr. anno 1297. in *Regeſto Rubeo Camerae Comp. Paris.* qua concedit *Abbati S. Germain Parisiensis sex modios auenae, et decem solidos vel circiter Paris. annui ac perpetui redditus, debitos ratione cuiusdam constumae, quae vocatur Falconagium, quos apud Cormelias habebamus.*“

Sed,

Sed, ne quid dissimulemus, quum manifeste constet ex Fastis oppidi Szigethini antiquioribus in Articulo XVIII. priuilegii Carolini superius relati, loco Falconum expresse technicum Hungarorum vocabulum Akonem, certam rerum mensuram; in Litteris vero Sigismundi Regis quibusdam, apud nos superstitis, Fulconis vocem barbaram, definitam salis secti quantitatem ea aetate significantem occurrere, quippe quod iam Seculo XII. salis fodinas in Marmatia quoque cultas fuisse e Codice MS&to inter Instrumenta litteraria gentis Poganyianae adseruato constat: interest itaque maximopere, vt, missis Falconibus suis, dispiciat curatius Rev. P. Simoncsrezius, quis Carolini Diplomatis regii, Marmaticis ciuibus liberaliter concessa sit reuera sensus vero quam simillimus; atque nonne forte longe rectius per Hungaricum Tulok, vel Tulkonem, bouem scilicet iuuenem, explicari debeat?

Rudioribus his seculis contigit Clero Hungariae ita esse felici, vt non modo causas ciuiles diiudicaret, exercitus militares coordinaret, et in aciem duxeret, homines plebeos nobilitari praerogatiua dotaret, sed rem quoque monetariam accuraret, vel, quod maxime esset Juris Regalis, an etiam nonnumquam monetas cudendi facultatem, exemplo *Vener. Conuentus Iaszouien/sis*, sibi arrogaret? Dispiciendum omnino foret, Numus enim Fig Y. cum *Agno paschali*, Eiusdem Insigni Heraldico decoratus, et alter Biographiae nostrae Cent. II. Part. II. pag. 228. memoratus, et Inscriptione *MON. IOESSENSIS* notatus, talem, ipsis
quo-

quoque *Conuentualibus*, hoc axioma hoc edum glori-
antibus, animo nostro ingenerauit suspicionem.

Vtinam vero inueniretur iam quispiam e numero
ciuium nostrorum, qui *Numophylacium Hungaricum*,
vel *Hungariam Numismaticam*, aut etiam *Historiam*
Regum Hungariae e Nummis, fidissimis illis rerum ge-
starum *Commentariis*, *illustratam* concinnaret, et fo-
ras ederet; atque optimam hanc gloriandi occasi nem
Populares nostri ab hominibus peregrinis sibi haudqua-
quam praeripi paterentur!

Desiderium nostrum superius nunc statim indica-
tum egregie illustrat *Thalerus* rotundus in Numophy-
lacio nostro recentissime repositus, qui e puro con-
flatus argento, et drachmas sex pendens pharmaceu-
tico pondere. in *antica parte* Virum pectore tenus ex-
pressum, barbatum, et mitra capiti imposita ornatum
monstrat cum perigrapha: IOANNES TELLEGDINVS
ARCHIEPISCOPVS COLOCENSIS. *Postica* vero
pars scutum habet ouale, manubria et aliis ornamen-
tis vtriusque stipatum, cui superne in medio *Mitra*
archiepiscopalis, a dextra ibidem *crux simplex*, a la uero
pedum pastorale, adiecta visuntur: in ipsa vero
Scuti gentilitii area in duas partes aequales perpen-
diculariter diuisa, a dextro latere *acinaces euaginat*
erectus, et huic inhaerens *corona aperta*, atque apici
fiella hexagona incumbens; a sinistra vero parte tribus
lineolis horizontaliter distincta, superne *Rosa* corollis
quatuor aperta, in medio *crux simplex*, inferne vero
Lilium emarginatum, conspiciunda offeruntur cum cir-
cumtuso lemmate: DOMINVS PROTECTOR MEVS.

1643. Pulcrum reuera hic foret cognouisse, vtrum Moneta haec, paucis visa, fuerit publicis promiscue ciuium vsibus destinata? atque adeo Archiepiscopus quoque iste habuerit elargitam sibi monetas cuiusmodi facultatem? vel quod saltim pro *mnemonica* sit illa habenda? si ita; nonne ob id conflata, quod secundas forte festiue celebrauerit sacerdotii sui primitias? aut quod isthoc plane anno indicato diem obiuerit supremum? aut alia qua demum cumque de causa, et opportunitate in lucem publicam protrusa fuerit? Taliū Numismatum collectione, eorundemque diligentiori scrutinio, et enodatione, Res Patriae nostrae, in obscuro latentes, mirum quantum illustrarentur.

Centur. II. Part. II. pag. 6. Recensitis Clar. Stephani Hatvani, Med. Doct. et in Athenaeo bonarum artium Debrecinensi Phil. et Mathem. Professoris, Operibus adnumeratur: 6) *Modesta Disquisitio, num in Philosophia, eadem doctrinae capita tractari, et sic eadem Philosophia, quoad omnes eius partes, in scholis, gymnasiis, et Academiis Romano-Catholicis, Augustanis, et Reformatis, salua Religione doceri possit?* Viennae, litteris Kurzböckianis, anno 1785. in 8. plag. 4 1/2.

Meruit postremum tanti Viri, salutifero ordini nostro adscripti, *Epitaphium* quoque, lapideo Monumento sepulchrali, in coemeterio suburbano extra portam Czegledinam erecto, litteris vncialibus incisum, hic repetere:

α. ω.

D. O. M. S.

STEPHANVS, HATVANI.

MED. DOCT. PHIL. ET. MATH. IN. COLL.

REF. DEBRECINENSI. PROFESSOR.

I. COTTVS. BIHAR. TAB. IVD. ADSESSOR.

HIC. IACET.

NATVS. AN. CIJICCXVIII. RIMASZOMBATINI,

LITTERIS. IMBVTVS. LOSSONTZINI,

ERVDITVS. DEBRECINI.

ACADEMIAS. HELVET. ET. BATAV. SALVTAVIT.

BASILEAE. VERB. DIV. MIN. ET. MED.

D. CREATVS.

REDVX. PROFESSORIS. MVNERE.

PER. AN. XXXVII. FVNCTVS. EST. FELICITER.

DENATVS. AN. CIJICCLXXXVI D. XVI. NOV.

VIXIT. AN. LXVIII.

CVI. HOC. MONVMENTVM.

VXOR. MARIA. CSATARI.

FILII. PAVLVS. ET. STEPHANVS.

FILIAE. MARIA. ET. IVLIANA.

LL. MMQ. DD.

Auðor

Auctor Operis huius Biographici dum excolendi studii medici causa inter Anglos versaretur, absoluto curia Obstetricio, quas a *Wilhelmo Smellie*, Med. Doct. et Artis utriusque Obstetriciae non modo theoreticae, sed et practicae Professore Londinensi, multis Scriptis clarissimo, obtinuerit Litteras testimoniales, typis expressas, et capite Hippocratis e vetusta gemma depromto signatas, lubet loco hoc etiam adpingere:

These are to certify, That during the time of two Courses Mr. Stephan Wefzpremy, Doctor of Physick, hath carefully attended my LECTURES on MIDWIFERY, by which he has had the Opportunity of being fully instructed in all the different Operations and Branches of that Art. Wirnefs my Hand, this 19. Day of July 1755.--

William Smellie, Med. Doct.
et Teacher of Midwifery
in London.

Ab Inclita vero Societate Lipfica Scientiarum Iablonouiana Diploma Auctori impertitum, dum in numerum *Sociorum honorariorum* adlegeretur, hunc in modum legitur:

Q. D. B. V. IOSEPHVS ALEXANDER IABLONOVIVS, S. R. I. Princeps, Palatinus Nou grodenfis, Equ. Torqu. S. Spir. rel. antiqua nobilitate, Regum affinitate, diuino ingenio, amore patriae, et rerum summa prudentia illustris, cum, nobili aemulatione incensus, ad exemplar Romanae et Parisinae Academiae, quarum ornamentis gloriabatur, regiae liberalitatis immortale monumentum, sub auspiciis Ser. Pr. Electoris, instaurare, et Societatem nostram sui iudicii ingenuam interpretem constituere decreuisset; non id solum spectauit, vt auro, imagine, atque auctoritate brabeutarum alacriora ingenia incenderet, sed et principes in omni disciplina Viros, quorum consilio ac prudentia instituti splendor ac fides augeri posset, honoris causa in laudem et consiliorum nostrorum societatem adscisceret, suisque ornamentis augeret. Memor principalis instituti, et tam sanctae voluntatis, Illustris Societas Iablonouiana, inter alios viros, nobilitate gentis, et litterarum conspicuos, Virum Doctrina et meritis illustrem, STEPHANVM WESZPREMI, Med. Doct. et Lib. Regiaeque Ciuitatis Debreczinenfis Physicum Ordinarium, ob praeclarum ingenium, in vero videndo acumen, et demonstrando felicitatem, vniuersae Philosophiae, inprimis vero interioris naturae intelligentiam, scriptis litterarum monumentis nobilitatam, morumque sanctam simplicitatem,

in solemni confesso, liberis omnium suffragiis electum, publice appellatum, *Sociorum honorariorum* numero vltro et lubens adscripsit, adscriptum Diplomate designandum curauit. Lipsiae a. d. XXIX. Decembris MDCCLXXX.



D. Carolus Andreas Bel, Sereniss. Saxon. Elect. Consil. Aul. Poët. Prof. Publ. Ordin. Nationis Francon. Collegii Philos. et Ducalis Senior, Academiae Decemulr, et Bibliothecarius, Societatis Scientiarum Iablonouianae Praefes.

Christianus Augustus Clodius, A. M. Prof. Organi Aristotelici, Maioris Principum Collegii Socius, Societatis Scientiarum Iablonouianae Secretarius perpetuus.

Centur. III. pag. 211. Viris clarissimis, *Ios. Pap Fogarasio*, et *Mich. Pap Szathmario*, aemulatio eruditionis praemio coronatis, accensendus quoque est *Samuel Benkő*, Comitatus Borsodiensis in superiore Hungaria Medicus prouincialis. Dum scilicet Academiae Scientiarum, Arrium, bonarumque Litterarum *Diuionensis* in annum 1785 sequentem exhibisset medici argumenti Quaestionem ab Eruditis soluendam: *Determiner les signes, auxquels dès le debut d'une fièvre continue ou intermittente, on reconnoitra, si elle sera maligne, et ceux, qui dans son cours indiqueront le moment, ou elle sera sur le point de prendre un caractère de malignité: déterminer quippe signa, quibus post apparitionem febris continuae aut intermittens cognosci queat, vtrum ea futura sit maligna, illaque, quae in decursu harum febrium indicabunt momentum temporis, quo malignae febris indolem nanciscuntur; atque praemium optimae Dissertationi Monetam 300. Librarum Gallicarum proposuisset, tum laudata haec Gallicae Nationis Academia in confesso ad d. 21. Iul. anni 1785 habito praemium, quod dicitur *accessorium*, in Medicum nostrum *Samuelem Benkő* conferendum quidem pro merito decreuit, sed praemium isthoc ab ea eruditorum Societate sibi destinatum, vt aperta monstrabat schedula, eidem concessit, qui Quaestionem quampiam medicam mox a se proponendam soluturus iret. Quae generosa Victoris adeo praefatae Academiae placuit, voluntas, vt eam in perpetuam rei memoriam vna cum Dissertatione Auctoris praemio coronata Actis suis, *Memoires de l'Academie des Sciences et belles Lettres de Dijon* inscriptis, inferere cenuerit. En par ver-*

borum ex praelibatis Actis excerptorum: *Monsieur Samuel Benkó, Docteur en Medecine, et en Philosophie à Miskoltz, ville du Comté de Borsod, dans la haute Hongrie, est celui, qui a également obtenu le prix Accessit. Son memoire porte pour devije ce passage d'Horace: Si quid nouisti rectius istis; Candidus imperti, si non, his vtere mecum. L'Academie se fait un devoir de reveler le noble disintereffement de cet Auteur, il n'ambitionnoit, que l'honneur du triomphe, et à l'ouverture du billet cacheté, qui renfermoit son nom, l'on a vu, que s'il lui seroit decerne, son intention etoit, que l'Academie fit de la Medaille l'objet d'un prix, dont le sujet auroit une question relative aux fevres intermittentes. En ipsas quoque eiusdem Academiae Litteras blandissimis verbis conceptas, quibus Auctorem nostrum de propenso suo in Eum adfectu certiozem fecerat: „ Vir clarissime „ doctissimeque! De Dissertationibus praemium ab „ Academia propositum sperandi causa, mandatis, „ hesternae die fuit statutum. Tua autem ad Vltoricem „ proxime ACCESSIT, et feliciori cum euentu in- „ dubitanter primam palmam contendisset, si Quae- „ stionis soluendae nuncium citius ad te peruenisset, „ nec nimium festinanter illius adgredi solutionem „ fuisses coactus. Te clinicum, Vir clarissime, ae- „ que doctum ac sagacem renunciat haec Dissertatio, „ munificum te humanique generis ardenti amore fla- „ grantem praedicat. Numismatis aurei designatus „ vsus de praelaro isto consilio permultum te gratu- „ latur academica Societas, et maximi esse apud „ illam Te persuasum exoptat. Vale, iterumque „ vale, Vir munifice, doctissime, maximeque colende*

„ et benigne accipias specimina summae venerationis
 „ humillimi obsequiosissimi Serui MARET, Doctoris
 „ medici, et Academiae Diuionensis a Secretis. Di-
 „ uionae die 22. Iul. an. 1785. “

Praeter reliqua, ab Auctore hoc nostro profecta
 etiam esse opuscula sequentia cognouimus:

- 1) *Tentamen Aquae acidularis Rankensis in Inclyto Comitatu Aba-Ujvariensi sitae Theoretico-practicum.* Cassov. an. 1778. in 8. plag. 2½. Illustriss. Comitum, Stephani Andrassy, honoribus inscriptum.
- 2) *A' hojagos Himlöröl való Tanács-adás.* Cassov. an. 1781. 8 plag. 4. Tractatus hic de Variolis curandis concinnatus eidem Excell. Comiti, Stephano Andrassy, nuncupatus est.
- 3) *Topographia Oppidi Miskolcz, Historico-medica.* Cassov. an. 1782. in 4. plag. 13. Principi Cardinali, Iosepho a Battyán, dicata. Exmissa ad Societatem Regiam Medicorum Parisiensem, dum Galliae Viri eruditi nobiliora Regni sui Loca iussu regio describerent, Litteris eiusdem Societatis responforiis ad d. 2, Maii an. 1783. manu Secretarii perpetui Vicqu'd'Azyr signatis egregie collaudata.
- 4) *Problema chirurgicum: Quisnam potest esse animi pathematum in morbos chirurgicos influxus? et quae remedia sunt contra effectus, qui ex*

eiusmodi influxu oriri possunt? Cassov. anno 1783. 8. plag. 9 $\frac{1}{2}$. Solutio Quaestionis problematicae haec Clar. *Ios. Plenck*, in Vniuersitate Studiorum Budensi Anat. et Chirurg. P. P. O. oblata, et recentissime in Bibliothecam Medico-Chirurgicam Iosephinam inlata est.

- 5) *Nouum Febris Scarlatinae genus, quod in 300. innocuis infantibus obseruatum, et ex aliquot cadaueribus excerptum, quale genus nullus Medicorum, non Sennertus in Saxonia, nec Navier in Gallia, nec Plenck et Stoll Viennae, non Rosenstein in Suecia, non Tissot in Heluetia, non Withering in Anglia, nec denique Weikard in Germania descripserunt. Oblatum est Excel. Consilio Regio Locumtenentiali Opusculum hoc, et mox ab Eo cum Incl. Facultate Medica Budensi ad examinandum communicatum; quod deinde Clar. Samuel Rác, Anat. et Chir. Professor, adiectis animaduersionibus auxit, in Hungaricum Sermonem traduxit, atque sub titulo: *A' Skárlátos Hidegnek Leirása es Orvoslása*, praefixo suo nomine, foras edidit, Pestini anno 1784. 8. plag. 9*

- 6) *Tentamen Philopatriae in Monarchiis et Aristocratiis promouendae philosophicum.* Vindobonae anno 1787. 8. plag. 20. Operi huic conscribendo occasionem subministravit Quaestio diu inter Danos, Anglos, Italos agitata, per quae scilicet amor Patriae in Monarchiis et Aristocra-

tiis imprimis possit promoueri. Diatriba haec Auctoris genio Gentis Hungarac, vt nostra nunc iam sunt tempora, adtemperata est; quam vero benigne ab Academia Scientiarum Mantuana regia fuerit excepta, ex Litteris Secretarii Societatis et Academiae, *Matthaei Borfu*, Mantua IV. Non. Iul. anno 1787. datis, fuimus edocti.

Claudit Wefzpremi riuos, fat prata
biberunt.

Nomina Medicorum Hungariae et Transilvaniae, quae reliquo operi huic Biographico continuando Argumenta suppeditare poterunt, sunt sequentia:

- A.** Adami Paul. Albrecht Io. Ignat. Alexander M. Andrad Samuel. Apostolovics Io. Artzman St. Artzt Io. August Matth. Augustinus.
- B.** Bácsmogyei Io. Balbus Io. Baligha Samuel. Balog Ios. Balog Soos Mich. Barben Io.^s. Bartel Io. Bartók Ios. Bathi Io. Bauer Christ. Bauler Wolffg. Beddeus Sam. Beer Io. Belius Io. Theoph. Benedek Io. Benkotzi St. Benkó Sam. Berger Io. Bernád God. Békki Ios. Bezded Nic. Binn Io. Iac. Birgel Matth. Bischoff Thadd. Boehm Ios. Ephr. Borosnyai N. Paul, Bölöni Mich. Bruz Ladisl. Bukisch Car.
- C.** Canestrini Anton. Cassai Georg. Mich. Centner Io. Chenot Adam. Chernei Io. Chernel Christ. Chrysaëus Barthol. Chytraeus. Clofius St. Conhard Nic. Cornarius Diomed. Csapo Ios. Cseh Szombati Ios. Csernak Ladisl. Csernanfzky Samuel. Curtius Andr. Czapoufzki Andr. Czepecz Io. Cziegler Io. Paul.
- D.** Degenhard Io. Thom. Deimbl Franc. Adam. Dentulini M. Thom. Dietrichius. Dombi Sam. Donner Io. Sig. Drauth Sam. Dömök Gregor.

E. Ebhard Ge. Sig. Ebner Iof. Egerpataki Paul. Ehlinger Lud. Elhard Io. Christ. Engel Io. Iac. Euyedi Casp. et Steph. Erber Iof. Erdelyi Iof, et St.

F. Fabri Io. Fabritius Iof, et Paul. Fabi Maurrit. Facetius Elias. Farkas Steph. Fege Konkoli Mich. Fejervari St. Fel-Vintzi Georg. Ferrati. Fischer Iof, et Car. et Franc. Godofr. Foegler Io. Bapt. Fogarafi Georg. Foit Mart. Földi Ioh. Francisci Andr. et Ioh. et Balthaf. Franciscus Mag. Frankensteln Mart. Franc. Freisinger Iof. Fridenrich Io. Christ. Fromknecht Mich. Gabr. Fronius Andr. et Martin. Fuchs Matth. Fucker Iac. Fuerst Io. Mich. Furiani Io. Andr. Fuichich Paul.

G. Gabriel Io. Sam. Gáthi Io. Gelb Ign. Gergelyfi. Gerngrofz. Gezenovius Io. Gilg Io. von Gilgenberg. Giralduſ M. Mich. Glatzinger Io. Mich. Gloſius Sam. Gogolak Emer. Gömöri Daudid iunior et St. Graaff Io. Mich. Gräff Mich. Gramelius Mart. Groſſe Andr. Carol. Grofz Io. Gruber Abrah. Gruenblat Abrah. Grundler Io. Bapt. Grünſchnek Io. Bapt. Guzeſch Io. Gutwein Vincent. Gyarmathi Sam.

H. Haberland Io. Godofr. Haidenreich Lud. et Io. Lud. Hammer Nic. Hartung. Hatvani St. Haupman Iof. Havranek Iof. Hegenetius Troſſfr. Heinzely Mart. Heisler Ge. Hennel. Hentzidai Math. Herman. Hermansfeld Io. Andr. Hertel Io.

Hervartowfzky Sam. Hieronymus Mag. Hoff
Io. Ignat. Hoffinger Io. Mich. Horvath Io.
Bapt. Horvath Sam. et Matthias, de Hofszufalva.
Huber Io. Christ. Hudelist Ignat. Hueber Io.
Sam. Hunnelburgensis Io. Hutter Iac. Hufzti
Zach. Theoph.

I. Ianosi Georg. Ibranyi. Inama. Inftitoris
Matth. Intze Mich. Ioni Henr. Iofa Ignat.
et St. Iudex Georg.

K. Kamauf Georg. Kapoun. Kassai Mich. Ka-
stenholz Honor. Wih. Kehr Io. Frid. Keller
St. Kepler Lud. Kereszuri Franc. Kefzler
Io. Mich. Keyl Andr. Khor Franc. Kieslin-
ger Thom. Kis - Vitzai Iof. Klein. Klement
Mich. Knie Iof. Knogler Mart. et Iof. Christ.
Kochlatsch St. Anton. Koczin Ignat. Koelfch
Mart. Koller. Kolosvari Sam. Komorofzky.
Korman. Kovats Ant. Kormendi Iof. Kömi-
ves Paul. Kövesdi Io. Car. et Io. Krall Mart.
Kramer Iof. Kreschowfzky. Kriegerb Christ.
Krietabel Iof. Kuettel Ge. Kuttinelly Ant.

L. Lange Io. Godofr. La Langue Io. Bapt. Lan-
dani Mich. Car. Lani Paul. et Ge. Lenhard
Io. Liebetraut Io. Godofr. Liedeman Iof. Sig.
Lieffman Frid. Lipszky Paul. Lifchovini Io.
et Andr. et Sam. List Samuel. Loebelich Io.
Lumnitzer St. Lupini Dan.

M. Macerati. Madacs Petr. Maehrl Ier. Ma-
ior Sig. Malacz. Malus Paul. de Mare Franc.
Xav. Markolt Franc. Marthius Io. Martini
Dan. Maschitz Iof. Matolai Io. Matyus St.
et Matthaeus. Mauksch Dan. Maxai Mich.
Melchiori Iof. Nep. Meyer Lud. Ern. Miléřz
Iof. Miliarius Io. Ant. Millius. Millner Sam.
Milloradovits Petr. Molitor Franc. Molnar.
Mylius Io. Frid. Myřz Mart. Muller Iof.

N. Nadányi Io. Nagy Ge. Nemeti St. Neu-
man Sam. Neustetter Mich. Nicoleti. No-
vak Iof.

O. Oehme Car. Oertl Godofr. Oervendi Io.
Oesterreicher Iof. Man. Oppenheim Sam. Bernh.
Orgoványi. Orořzi Mich. P. Oswaldus.

P. Palatini Iac. Palkovits Andr. Palotska Iof. Par-
na Ioh. Parschitius St. Pauer Sam. et Christoph.
Paxi-Szathmari Mich. Pazmandi Gabr. Pedemon-
tanus Io. Persa. Petrogalli Iof. Petrus Mag.
Petsi Andr. et Petr. Pfeiffer Mich. Pfeutzer
Alex. Phentner Frid. Philadelphi. Pillich Io.
Ferd. Pilman St. Pitterman. Pittner Gabr.
Placer Elhard. Plenck Iof. Pluszkal Leopold.
Polgari Mich. Portner. Pöckh Io. Ign. Prandt
Ad. Ignat. Privigyei Nic. Procop Io. Pruch-
man Ant. Fudelko Iof. Puecher Io

Q. Queifar Ignat

R.

R. Raab Mich. Rác Sam. Radnitzki Ignat. Raenner Theoph. Rayman Samuel et Adamus. Raymund Iof. Reing Iac. Rettig Franc. Rezeney Iof. Rheticus Ioach. Ribe Gideon et Mich. Ribezius Israel. Richter Car. Godofr. Riedel Io. Rigler Sig. Ritter Ge. Rod Georg. Rodlisperger Paul. Iof. Rosa Io. Franc. Roscius Achat. Frid. Roth Ge. Rothe Sig. Theoph. Ruel Ge. Rumbaum Car. Frid.

S. Sailer Io. et Car. Wilh. Salius Io. Schänkebank Io. Schedius Sam. Christ. Schilpacher. Schimert Io. Schirmer Io. Schluga Io. Bapt. Schmidt Io. Christ. et Io. Georg. Schneller Io. Ge. Schoppel Andr. Schraud Fr. Schuller Io. Gottl. Schunn Iac. Schuster Iac. Schwannensfeld Ign. Io. Nep. Schwartz Io. Mich. Schwatzedel. Schweger Ignat. Scopoli Io. Ant. Sebastianus Mag. Sebeok Sz. Miklofi Alex. Securius Iof. Segner Io. Mich. Seivert Mich. Selingus Andr. Seredi Valent. Seuler Luc. Schoretits Mich. Ign. Simoni Mart. Singer Iof. Slaby Franc. Somogyi Iof. Sontag Sam. Soterius Andr. Sperlich Ant. Sreter. Staehling Iof. Steger Io. Paul. Steiner. Stajnerli Dan. Sterius. Stipsits Ferd. Stocker Laur. Stuckard. Szalay Emer. Szegedi Iof. Szeli Car. Szoboszlai Sam. N. Szöóts Andr.

T. Tartler Georg. Tartzali Paul. Tattai Iof. Temlin Matth. Teutsch Andr. Textoris Dan. Thomas Ferd. Theis Mich. Gottl. Thill Ge. Eric. Thomas Mag. Timpelius Franc. Topolinfszky. Topo-

Topolits Andr. Torner Mich. Tot Iof. et Mich.
 Trangus. Trnka Vencesl. Troester Io. Trogmayer
 Iof. Gottl. Trost Io. Mart. Tudek. Tutius Mart.
 Tzak.

V. Vafarhelyi Iac. et Steph. et Sam. Vuker Iof.
 Vereftoi Sam. Vettei St. P. Vezza Gabr. Vietoris
 Dav. Vogel Io. Georg. Ugrotzi Mich.

W. Wachsmann Sig. et Andr. Waghi Ge. Wagner
 Luc. Waldman Dan. et Efa. Wampe. Weifz.
 Wernischech Io. Iac. Wieland Io. Car. Wimmer
 Andr. Winckler Iof. Winder Iof. Winterl Iac. Iof.
 Wohlleben Iof. Wolff. Wolfgangus Mag. Woyta
 Car. Ant.

Z. Zacharides Ge. Zagoni Gabr. Zagoni Bara St.
 Zamolxis. Zeber Io. Iac. Zelenkai Ant. Zey Andr.
 Zoltan Iof. Zurbrucken Mich. Zivkovits Io.



INDEX GENERALIS

Rerum et Nominum memorabilium, in his IV. Biographiæ Tomis contentorum. Numerus Maior *Primus* Centuriam I. Lipsiæ anno 1774. editam; *Secundus* Centuriæ IIæ Partem Priorem Viennæ an. 1778. edit. *Tertius* Centuriæ IIæ Partem Posterio rem Vien. an. 1781. edit, *Quartus* Centuriæ IIIæ Decad. I. et II. Vien. an. 1787. edit. Minor vero Numerus paginas indicabit.

A.

- A**baris, Scythæ Philofophus et Medicus. II. 1.
 Academiae S. Rom. Imp. Naturæ Curioforum Membra
 in Hungaria. IV. 58.
Adrianus, Archidiaconus Dobocensis in Tranfilvania,
 Med. Doct. I. 1.
Agnethler Mich. Theoph. Med. Doct. Profess. Vita
 et Opera. I. 3.
Ajtai Andr. Med. Doct. Vita et Opera. II. 3.
Albicus Sigism. Caesaris et Regis Hungariæ Sigismundi
 Physicus, Archi-Episcopus Pragensis, Medicinæ
 Doct. Vita et Opera. IV. 114.
Albrich Ioan. Med. Doct. Vita et Scripta. II. 6.
de Amelia Thomas, AA. LL. et Med. Doct. Archi-
 diaconus Strigoniensis. IV. 1.
Alchimia et Alchimistæ damnati. II. 59. 71. 132.
 IV. 234.

Ale-

- Alexander Magister, Physicus, Canonicus Spalaten-
fis. IV. 42.
- Amadonus Petrus Raymundus, Med. Doct, Historicus.
IV. 6.
- Amuletorum vanitas. III. 355.
- Anacharsis, Scythæ Medicus, II. 12.
- Anonymi Hungariæ Medici antiqui. I. 51. III. 191
451. IV. 12. 120.
- Antonius, Med. Doct, Archidiaconus Ragusinus,
III. 1.
- Apati Nicol. Medicus, Theomyſta, Vita et Scripta.
IV. 15.
- Apatzai Tseré Io. Vita et Opera. I. 6.
- Apothecarii Budenſes antiqui. IV. 270. — Debre-
cinenſes. IV. 275.
- Aqua Reginae Hungariæ. I. 40. II. 213.
- Aquarum medicatarum Hungariæ Scriptores qui? II.
78.
- Arkofi Benediçt, Med. Doct. Vita et Opera. III. 4.
- Asparagi virtus aphrodiſiaca. III. 236.
- Atzel Gabriel, Medicus, Vita, II. 15.
- Auçuſ Matth. Alexii Turzonis archiater. IV. 127.
- Auguſtini ab Hortis Chriſtian. Med. Doct. Vita. I. 7.
- Auner Steph. Med. Doct. Vita et Scripta. III. 7.
- Auri vegetabilis Hungarici fallacia. III. 159.
- Ausfeld Chriſtian. Med. Doct. Vita et Opera. III. 9.

B.

- B**alog Steph. Medicus, Theomiſta. III. 24. 461.
- Balfamus Hungariæ Carpathicus. I. 8. II. 39.

Balfa-

- Balfarati Vitus Io. Med. Doct. Vita et Opera. I. 10.
 — ab intoxicationis crimine vindicatus. IV. 348.
- Bánfi Hunyadi Io. Alchimista Adeptus. I. 12.
- Bathoriensis templi Inscriptiones. IV. 75.
- Bacsmegyei Steph. Paul. Med. Doct. Chemicus, Vita,
 Opera. II. 19.
- Bauler Wolfgang. Med. Doct. IV. 123.
- Baufner Sebast. et Bartholom. Med. Doctores. II. 22.
- van der Bek Schendo Mich. Medicus peripateticus.
 I. 88. III. 270.
- Bejthe Steph. Andr. Botanicus. I. 13. III. 238. IV.
 473.
- Benefchovinus Ad. Traian. Medicus. IV. 126.
- Benkő Samuel, Medicinae Doct. Opera. IV. 499. —
- Bentzig Matthias, Med. Doct. Vita. I. 16.
- Beretzk Viz-aknai Georg. Med. Doct. II. 26. IV.
 372.
- Betha Io. Maximiliani II. Regis Hungar. Physicus,
 Abbas Cisterciensis in Hungaria. IV. 40.
- Bethlen Catharina, Medica, Vita et Opera. I. 18.
- Bezded Nicol. Med. Doct. IV. 14.
- Biblicorum translationes Hungaricae enumerantur. IV.
 27.
- Blandrata Georg. Med. Doct. vita et Scripta. I. 20.
- Bonanus Procop. M. Doct. Vita. I. 22.
- Branche, Petri Vardai, Archiepiscopi Colocensis,
 Physicus II. 33.
- Brandolinus Lippus laudatus. — III. — 41. 42.
- Brenner Martin. Med. Doct. Vita, Opera. III. 36.
- Breuer Io. Med. Doct. et Typographus, Vita, Libri.
 I. 23.

- Brückmannus Franc. Ernest. Medicus peregrinator,
Opera. IV. 47.
Buccella Nicol. Med. Doct. IV. 7.
Buchholtz Georg. Vita, Scripta. II. 35.
Budenſis Societas litteraria. I. 2. 52. II. 211.
III. 261.
— — Vniuerſitatis Studiorum fata. III. 56. 173.
Bukifch Carol. Medicus Sympatheticus, Libri. I. 186.
Buzinkai Georg. Med. Doct. Vita et Scripta. I. 24.

C.

- C**apodiliſta Franc. Io. Med. Doct. IV. 14.
Carceus, aliter Kartzagujſzallafi Martin. Med. Doct.
I. 26. III. 454.
Caſertanus Epifcopus, Ioan. de Leonibus, M. Doct.
IV. 4.
Chriſtianiffimi titulus Regibus Hungariae proprius.
IV. 408.
Chryſaeus Bartholom. Med. Doct. IV. 43.
de Cilano Maternus Chriſtianus, Med. Doct. Profeſſ.
Vita, Libri. III. 45.
Cleri medicinam exercentis licentia. II. 179. III.
172. IV. 10. — peculiaris veſtitus. IV. 12.
— diiudicantis cauſas ciuiles importunitas.
IV. 217.
Clerus Hungariae olim vxoratus. III. 429.
Clima Hungariae quale? IV. 186.
Cluſius Car. Medicus et Botanicus. IV. 45.
Conrad Andr. et Ioſ. Med. Doctores, Vita et Opera.
IV. 52.

- Colstein Simon, Med. Professor antiquus Budensis,
Vita. III. 55.
- Cornides Dan. laudatus, die 4. Oct. an. 1787, mor-
tuus. III. 199. 131. IV. 119. 453.
- Coruiniani Medici recensentur. I. 51. II. 60.
- Cramer Paul. Med. Doct. Vita, Scripta. II. 49.
- Csapó Ios. Med. Doct. Opera. III. 303.
- Csatari Io. Opera MS&a. III. 400.
- Csuzi Cseh Io. Med. Doct. Theomyssa, Vita, Opera.
I. 26. III. 454.
- Curtius Andr. Med. Doct. IV. 9.
- Czeglédi Io. V. D. Minister, Medicus, Vita et Opera.
IV. 66.
- Czirbesz Andr. Ios. laudatus. I. 210. III. 221.
225. 291. 431. 341.

D.

- D**acia de Nicol. Ord. Praedicat. Theologus, et
Medicus. I. 31.
- Debrecinensis Ecclesiae Pastores suburbani. IV. 40.
— urbani. IV. 362.
- Deccardorum, Patris et Filii, Med. et Botanicorum
Vita, Scripta. IV. 81.
- Demendy Ladislaus Praepositus et Vicarius Colocensis,
Sigismundi Physicus. III. 64. IV. 2.
- Dimjen Paul. Med. Doct. Vita et Opera. II. 51.
- Diofzegi Steph. Med. Doct. Theologus, Vita et Scripta.
I. 31.
- Dombi Sam. Med. Doct. Opera. II. 79. 117. IV
434.
- Draco, Colomanni Regis Medicus. I. 32.

Dudith Andreas, Episcopus Quinque-Ecclesiensis,
Vita, Libri. I. 33.

E.

Eberlin Georgius, Medicinae Doctor, Vita. II.
199. III. 73.

Ecclesiarum Protestantium Fautores in Hungaria, IV.
312.

Eckius Valentinus, Philosophus, Vita, Opera. III.
75.

Eleazarus, Medicus Iudaeus. IV. 121.

Elisabetha Regina Hungariae. I. 39. II. 213.

Ellebodius Nicaf. Medicinae Professor, Canonicus
Pozsoniensis, Vita, Opera. I. 40.

Engerhard, Apothecarius Budensis Wladislai II. regius.
IV. 274.

Enyedi Samuel, Medicinae Doctor, Vita et Scripta.
II. 54.

Erdelyi Io. Monachus Cartusianus in Scepusio, alchi-
mista. II. 58.

Erhart, Elisabethae Reginae, Alberti R. coniugis,
Physicus. IV. 113.

Euangelista Io. Isabellae Reginae Physicus. III. 88.

F.

Fabuschi Georg. Med. Doct. Vita. I. 42.

Febris Hungaricae Scriptores enumerantur. II. 168.

Fejervari Steph. Med. Doctor infelix. IV. 149.

Felfalusi Ios. Med. Doct. IV. 127.

Fischer Dan. M. Doct. Vita et Opera. I. 44. II. 215.

- Fogarasi Sam. Med, Doct̄ infelix, Vita et Scripta.
IV. 144.
- — Ios, Pap, Philosophus insignis. IV. 201.
- Fontana Franc. Medicus Coruinianus. II. 60.
- Forgach Adam. Comes, Chemicus. III. 91. 462.
- — Franc. Comes, Episcopus M. Varadensis reprehensus. IV. 348.
- Francisci Paul. Med. Doct̄. Vita. III. 105.
- Franciscus Magister, Ludouici I. Physicus. II. 178.
- Friedel M. Io. M. Doct̄. Vita et Opera. III. 106.
- Froelich David, Mathematicus Regius. Vita et Scripta.
I. 48. III. 307.
- Fuichich Paul. Med. Doct̄. II. 75.
- Furlani Io. Ad. Med. Doct̄. II. 79.

G.

- G**aleatus Martius, Medicus, Vita, Libri. I. 50.
- Gallus Christophorus, Medicus Coruinianus. IV. 45.
- Gazius Valent. Med. Doct̄. Vita et Scripta. III. 110.
- Gekemen Ladisl. Apothecarius Budensis Ludouici I. regis. IV. 271.
- Genfel Io. Ad. Med. Doct̄. Vita et Opera. I. 54.
- Gerardus, Belae IV. Regis Physicus. II. 63.
- Geyger Dan. Med. Doct̄. Vita et Scripta. III. 112.
- Gorgius Valent. Med. Doct̄. Vita, Opera. III. 124.
- Gorzo, celebris medicaster, impostor. IV. 287.
- Gothici nominis etymon ludicrum. IV. 114.
- Graegory Iac. Med. Doct̄. I. 59.
- Greiffing Valent. Vita et Scripta. III. 139.
- Gramelius Mart. Med. Doct̄. IV. 6.
- Grundel Georg. Med. Doct̄. Vita. IV. 152.

Gry-

- Grynaeus Simon, Philosophus, fata. IV. 308.
 Gömörý Dav. Med. Doct. Chemicus, Vita et Labores. II. 67. III. 101. IV. 443.
 Gürgei Paul. Med. Doct. Vita. I. 59.
 Gyöngyösi Paul. archiater Imperatricis Rufforum, Vita, Opera. I. 60.
 Gyulai Paul. Medicus, Confiliarius regius, Vita et Scripta. III. 144.

H.

- H**ambach Io. et Sam. pater et filius, Med. Doctores, Vita et Opera. II. 76.
 Hafconius Mich. Georgii Rakoczi archiater, Vita. III. 153.
 Hatvani Steph. Theologus, Philosophus, Medicus. Opera. III. 9. IV. 494—495.
 Haynoczi Dan. Opera. II. 124.
 Heldius Matth. archiater Rakoczianus. III. 158.
 Hellenbach Io. Godofr. Lib. Baro, Med. Doct. Vita I. 63.
 Henisch Georg. Med. Doctör, Mathematicus, Vita et Libri. I. 65. IV. 443.
 Hentzidai Matth. Med. Doct. IV. 462.
 Herczeg Io. Philosophiae Professor, Med. Doct. Vita et Scripta. II. 83.
 Herman Andr. Med. Doct. Vita et Opera. I. 68.
 Hieronymus Magister, Wladislai II, coniugis archiater. III. 265
 Hirschel Nathan. Med. Doct. Iudaeus. II. 198.
 Historiae Diplomaticae Hungaricae auctor quis? II. 43.

- Hoffsteter Io. Ad. Med. Doct. Vita et Scripta. I. 70
 III. 454
- Hortel Io. Med. Doct. I. 72
- Horti amoenissimi Hungariae. III. 200.
- Hungaricarum rerum Scriptores patrio sermone qui?
 III. 402.
- Hunnelburgensis Io. Sigism. Regis Physicus. II. 135.
- Hunyadi Franc. Philoſophus, Medicus, Poëta, Vita
 et Opera. II. 86.
- Hufzti Steph. Philoſ. Profefſor, Med. Doct. Vita et
 Opera. II. 92.

I.

- I**efzeni, aliter Ieffenius a I-ffen Io. Caefarum archiater,
 et Med. Profefſor, Vita et Libri. II. 97.
- Inſcriptiones Romanae in Hungaria et Tranſilvania
 repertae. II. 143. III. 206. 416. 433. 460.
 IV. 412.—419. 447. 457.
- Inſitoris Moſſoczi Matth. Med. Doct. Vita. I. 73.
- Ioannes, Med. Doct. Archidiaconus Huntienſis III. 170.
- Ioannes Mazifter, Canonicus Colocſenſis, Physicus.
 IV. 42.
- Jordan Thom. Medicus caſtrenſis in Hungaria, Vita
 et Opera. I. 74.
- Italia ab Beneoict. Caroli I. Regis chirurgus, Epifco-
 pus Nitrienſis. I. 76.
- Iung Abrah. Apothecarius e Societate Iefu Medicinae
 Practicus. I. 76.
- Iupiter Etulenus quis? IV. 419.

K.

K.

- K**assai Io. Ant. Med. Doct. Vita et Opera. I. 76.
211. II. 219.
- Kalendarium Debrecinense et Bartfense. III. 135.
— Kesmarkense. III. 308.
- Kazzai Sam. Apothecarius Debrecinensis laudatus. II.
142. III. 218. 442. IV. 448.
- Kerefztefi Paul. Med. Doct. Theologus. I. 77.
- Kertzi Paul. Med. Doct. Vita. I. 109.
- Keyl Andr. Principis Apafi archiater profugus. IV.
123.
- Khien Ferdinand. Med. Doct. Vita. III. 173.
- Kircherus Athanas. laudatus. III. 202. 360. IV. 454.
- Király Steph. Philos. Profess. Med. Doct. I. 77.
- Kober Tobias. Med. Doct. Vita et Opera. I. 78.
- Kollar Franc. Adam. laudatus. I. 40. IV. 425. 427.
- Komáromi Io. Petr. Med. Doctor, Vita et Scripta,
II. 111.
- Kováts Tatai Georg. Med. Doctor, Vita et Opera,
I. 80.
- Kramer Io. Georg. Medicus Castrensis, Opera. IV. 168.
- Kreisel Io. Sigism. Med. Doct. Vita et Scripta. I. 81.
- Kyr Paul. Med. Doctor, polymathes. Vita et Opera.
II. 119.
- Kökösi Steph. Med. Doct. I. 82.
- Koleséri Sam. Med. Doct. Consiliar. R. Vita, Opera.
I. 82. III. 128. 132. IV. 146. 147.
- Köpetzi Io. Med. Doct. Philosophiae Professor, Apafii
Principis archiater. III. 178.

L.

- L**adislaus, Episcopus M. Varadiensis, Ludouici I. Physicus. III. 180.
- Lang Jacob, Ambros. Francisci Rakóczi Principis Medicus. I. 90. IV. 463.
- Laszky Albert Alchimista infelix. I. 92.
- Laurentius Mag. Medicus I. 91.
- de Leonibus Io. Episcopus Catertanus, Med. Doctor, IV. 4.
- Liebezeit Ge. Sigism. Med. Doctor, Vita, Opera. II. 122.
- Lippai Io. Botanicus, Opera. III. 190.
- Litterarum Hungaricarum antiquitas. III. 190.
- Loebelius Io Botanicus. I. 104.
- Loew Andr. et Carol. pater et filius, M. Doctores, Vita et Opera I. 94.
- Longobardus Iac Episcopus Csanadiensis, Caroli Regis Physicus III. 217.
- Lues pecorum agrj Debrecinensis. III. 247.
- Gallica quando in Hungariam illata. III. 408. 477. IV. 404.
- Lustus Pannoniae, Liber rarissimus. I. 203. 212. III. 84.
- Luzinszky Emericus, Lib. Baro, Chemicus. IV. 240.

M.

- M**adacs Casparus, Botanicus, Opera. III. 230.
- Madai Dan, et Dav. Sam. pater et filius, Med. Doctores, Vita et Opera. I. 100. III. 454.

- Manardus Io. Iac. archiater Wladislai II. R. Vita et Libri. I. 102. III. 407.
- Marikowfzky Mart. Med. Doct., Vita et Opera. III. 243.
- Marpurger Med. Doct. Iudaeus. II. 199.
- Marquardus, Med. Doct., Canonicus Zagrabienfis. II. 125.
- Martinus, Plebanus Budenfis, Med. Doct. II. 126.
- Maryus Steph. Med. Doct. Vita et Opera. IV. 128.
- Matsi Andr. Medicus. IV. 372.
- Medici Hungariae antiquiffimi. II. 65. III. 448. IV. 42.
- Italicae originis. IV. 2. — Iudaei caputium portare iuffi. IV. 13.
- infelices Hungariae qui? IV. 147. — Pofonienses II. 199. IV. 247.
- prouinciales. IV. 268. — Sempronienfes. II. 183. — Tranfiluani. IV. 131. 463.
- Melchior Nic. Alchimifta Adeptus, Archiepifcopus Strigonienfis. II. 128.
- Megerlinus, plebanus Cibinienfis, Med. Doct., III. 251.
- Melius Juház Petrus, Theomyfta, Botanicus, Vita et Libri. I. 104. II. 46. III. 238. 455. IV. 359.
- Metzger Mart. Chrif. Med. Doct., Vita et Opera. III. 256.
- Milius Iulius, archiater Coruinianus. I. 2. III. 259. IV. 283.
- Michael, Canonicus Zagrabienfis, M. Doct. II. 133.
- Milleter Io. Med. Doct. Vita et Scripta. I. 113.
- Miskoltzi Franc. Chirurgus, Opera. I. 114. III. 413.

- Missa B. Iobi curatiua Luis Gallicae. III. 408.
 Missalia Ecclesiarum Hungaricarum antiqua. I. 112.
 III. 408.
 Moller Car. Otto, Med. Doct. Vita et Opera. I. 115.
 IV. 196
 Molleri homonymi alii. IV. 194.
 Molnar Adam, Med. Doct. Vita et Scripta. III. 266.
 Monauis Fridericus, Med. Doct. et Profess. Vita et
 Libri. II. 135.
 Monedulatus, al. Tsokas Petr. polymathes, Opera.
 I. 188.
 Monstrum bicorporeum Virgineum Hungaricum. I. 27.
 153. 185.
 Montagna Barthol. Medicus Corninianus. IV. 9.
 Mulieres Hungariae eruditae. IV. 300.
 Mutinius, Ducis Ladislai Doctor. I. 118.

N.

- N**agy Borosnyai Mart. Med. Doct. II. 149.
 Neuhold Io. Iac. Med. Doct. Vita et Opera. I. 119.
 Nicolaus, Canonicus Strigoniensis, M. Doct. Index
 in caussa ciuili. IV. 211.
 Nouicampianus Alb. Philosophus, Vita et Scripta.
 III. 275.
 Numerum Typi: Ludouici II. infantis. II. 208.
 Alexandri Seueri Imp. III. 215. Caroli Ro-
 berti III. 222. Othonis Imp. III. 337. IV.
 463. Titi Sempronii Graci III. 465. Dav.
 Madai, Med. Doct. III. 455. Cehani, La-
 dislai, Gaitihae, Colomanni, Salomonis Regum
 Hungariae. III. 229. Ios. Fogarassii aemulato-
 ri.

rii. IV. 202. Mich. Pap Szathmári IV. 209.
 Sponsiani Imp. IV. 423. Wladislai Ducis Bo-
 hemi IV. 429. Obsidionis Strigoniensis IV.
 432. Fortalitii Alba Carolini IV. 432. S.
 Stephani, Petri, Samuhelis, Andreae vtriusque,
 Belarum, Geizarum, Ladislai, Mariae, et alii
 Regum Hungariae incogniti. IV. 481—486.

O.

Olei Juniperini vsus polycrestus. III. 369.

— — Libani Carpaticae. II. 39.

Olah Nicol Archiepiscopus Strigoniensis, Alchimista
 adeptus. II. 129.

P.

Paeken Christ. pater et filius, Med. Doctores,
 Opera. I. 123. II. 24. IV. 473.

Pakfi Szathmari Paul. Philos. Prof. M. Doct. Vita et
 Scripta. III. 282.

Palumbini Matth. Med. Doct. Vita. II. 151.

Pannoni Ioan. plures sunt. II. 154.

Pápai Molnar Toth Mich. Theologus, Alchimista,
 IV. 236.

Pápai Tariz Franc. Senior, Med. Doct. et Professor,
 Vita et Libri. I. 124.

— — Junior, Med. Doct. Vita. IV. 225. —
 Andr. Med. Doct. IV. 230.

Par'chitius Nic. Med. Doct. Vita. II. 159.

Pataki Sam. pater et filius, Med. Doctores II. 162.

Paterfon Hain Io. Med. Doct. I. 131.

- Io. Peck Christ. Med. Doct. Vita. II. 167.
 Pedemontanus Io. Medicus. IV. 10.
 Perbegg Ios. Car. Med. Doct. Confiliarius, Vita,
 II. 18 IV. 262.
 Perectoldus Caroli Roberti Chirurgus. II. 171. III. 461.
 Pereni Gabr. a crimine intoxicationis vindicatus. IV.
 349.
 Perlitz Io. Dan. Med. Doct. Vita et Opera. I. 138.
 Persecutio Protestantium in Hungaria. II. 152. III. 27.
 — — in Austria, et Vniuersitate Viennensi. IV.
 384 — 404.
 Pestis Hungaricae Scriptores. II. 23. III. 13. —
 Barcensis in Transilvania, II. 7. — Debreci-
 nensis. Ibid. 12. — Kartzagienfis ibid. 8. —
 Pofonienfis et Viennensis. III. 14.
 Petrus, Archiepiscopus Colocensis, Physicus. I. 138.
 — — Physicus et Apothecarius Budensis. III.
 461. IV.
 Pétsi Andr. Philos. et Med. Doct. II. 173.
 — — Lucas, Botanicus. II. 175. III. 286.
 IV. 378.
 Pfeutzerius Benignus Alex. Med. Doct. IV. 120.
 Piperel Ezech. Med. Doct. I. 140.
 de Placentia Iac. Caroli I. Physicus, Episcopus Csa-
 nadiensis. II. 178. III. 230.
 Placerus Erhard. Med. Doct. IV. 10.
 Plenck Ios. Chirurgiae Profess. Budensis, Vita et Libri.
 IV. 469.
 Poëte Hungarorum celebriores. III. 278. IV. 254.
 Polidamus Valentinus, Medicus et Poëta, Vita et
 Opera. IV. 2.

- Praetorius M. Dav. Medicus, Polyhistor, Vita et Scripta. III. 304.
- Preysius Christoph. Medicus, Poëta. I. 141.
- Professores Collegii M. Varadiensis. II. 56. — Debrecinensis II. 85. — S. Patacensis III. 286. — Alba-Iuliacensis III. 288. — Kesmarkensis III. 306. — N. Enyedensis IV. 241. — Claudiopolitani IV. 374. — Vniuersitatis Vinnensis Euangelici quomodo et quando exturbati. IV. 384—404.
- Puecher Io. Medicus. IV. 126.
- Purkircher Georg. Med. Doct. Poëta, Opera. IV. 247. 462.

Q.

Quercus folia in aes transmutata. III. 115.

R.

- R**ayger Wilh. Car. et Carol. pater, filius, nepos, M. Doctores, Vita, Opera. I. 143.
- Rayman Io. Ad. Med. Doct. Vita, Opera. I. 154. III. 313.
- Rheticus Ioach. Med. Doct. Mathematicus. IV. 121.
- Rhod Georg. Med. Doct. Theologus. IV. 123.
- Ruland Io. Dav. Philosophiae et Medicinae Doctör, Vita et Opera. I. 158.

S.

S.

- S**ailler Car. Wilh. Medicinæ Doctor, Vita et Scripta.
II. 182.
- Sambucus Io. Caesarum archiater, Historicus, Vita,
Libri. III. 322. IV. 378.
- Scalich Paul. Theol. et Philos. Doct. Vita. I. 160.
- Scheinberger Andr. Med. Doct. II. 184. Salius Io.
Med. Doct. II. 203. III. 252.
- Schilpacher N. Med. Doct. IV. 247.
- Schirmer Io. Med. Doct. IV. 123.
- Scholtz Ierem. Philos. et Med. Doct. I. 162.
- Schönlin Io. Philos. et Med. Doct. III. 348. IV. 371.
- Schönvisner Steph. laudatus. III. 467. IV. 451.
- Schrederius Georg. Med. Doct. IV. 122.
- Schwabius Christ. Ioach. Med. Doct. Vita. III. 351.
- Schwartz Io. Theoph. Med. Doctor, Vita et Opera.
II. 185.
- Scultetus Weighard, Phil. et Med. Doct. archiater
Bethlenianus. I. 162. III. 425.
- Sebastianus Magister, Medicus Coruinianus. II. 62.
- Segner Io. Andr. Med. Professor, Consiliarius Regius,
Vita. I. 164.
- de Senbeßg Seyfrid, Sigismundi Regis Physicus, Ca-
nonicus. IV. 12.
- Sericanda, al. Seidenchweiff Leop. M. Doct. IV. 462.
- Siluanus Georg. Med. Doct. Opera. I. 166.
- Simonides Simon. Med. Doct. I. 167.
- Sinapi Mich. Aloyf. Philos. et Med. Doct. vagabundus,
Opera. I. 168.
- Skollanits Iof. Franc. Med. Doct. Consiliarius, Vita.
IV. 258.

- Slotze Sam. Med. Doct. Scripta. III. 355.
- Soranus Io. Med. Doct. IV 462.
- Spaenholtz N. e Soc. Iesu, Medicus polemicus, Opera.
I. 169.
- Spilenberger Sam. et Dav. pater et filius, Med. Do-
ctores, Vita, Opera. I. 169. III. 457.
- Sponsianus Imperator quis et quando vixit? IV 423.
- Spindler Paul. Med. Doct. Vita et Opera. T. 173.
- Squarcialupus Marcel. Camil. Medicus eristicus, Vita,
Opera. I. 174 214.
- Stancarus Franc. Theologus et Medicus seditiosus.
II. 187.
- Steinenfis Christoph. Medicus, Vita, Opera III. 368.
- Stock Io. Med. Doct. Praepositus Scepusiensis, Sigis-
mundi archiater. I. 176. III. 428.
- Stocker Laur. Phil. et Med. Doct. Opera I. 180.
- Stoekinger Mich. Godofr. Med. Doct. Vita. III. 379.
- Stoll Maximil. Med. Profess. Vita, Opera. IV. 264.
- de Strigonio Franc. Med. Doct. Canonicus Alba-
Regalensis. IV. 7.
- Strobelberger Io. Med. Doct. vita et Scripta. III. 380.
- Struthius Iof. Isabellae Reg. Physicus, Vita et Opera.
III. 385.
- Superattendentes Hel. Conf. Trans Tibiscani. IV. 366.
- Szathmari Pap Mich. laudatus IV. 209. 415—423.
- Sz Kereszti Dan Chemicus. I 181. IV. 127.
- Sz. Peteri Ionas, Med. Doct. Vita et Scripta. I. 182.
- Szoboszlai N. Sam. Med. Doct. II. 92.
- Szonyi Beniam. laudatus. III. 278.
- van Swieten Gerard. Lib. Baro laudatus. II 46. 80.
— Epistolae. IV 438.

T.

- T**ectander Ios. Elisabethae Reginae Physicus, Vita et Opera. III. 394.
- Thaddaeus Magister, Physicus apoftholicus. IV. 5
- Thomas, Stephani IV. Regis intoxicator. II. 66.
- Thomas, Med. Doct. Archidiaconus Nitriensis. III. 170.
- Tibullus Coruiniensis. III. 127.
- Tichtel Io. Medicus Coruiniensis. II. 192.
- Tokajensis Vini laudes. II. 116.
- Tolnai Steph. Theomystra et Medicus, Vita, Opera. II. 193.
- Torkos Iustus Io. Med. Doct. Vita, Opera. I. 183
- — Iosephus, Theomystra, Opera. III. 414. 463. laudatus. IV. 412.
- — Ioan. Med. Doct. Vita et Scripta. IV. 267.
- Toxaris, Scythia, Philosophus et Medicus. II. 196.
- Tseh Mart. Hippiaeter. I. 188.
- Tsokas Petr. Polymathes. I. 188.
- Typographiae Claudiopolitanae fata. IV. 376.
- Tzanaki Matth. Georgii Rakoczi I. Physicus. I. 194.

Z.

- Z**acharias, Medicus Iudaeus. IV. 13.
- Zeber Io. Iac. Med. Doct. IV. 124.
- Zerechen Magist. Apothecarius Ludouici I. Budensis IV. 270.
- Ziegler Andr. Medicus, Opera. III. 403
- Zilagyi Petr. Med. Doct. IV. 119.
- Zolicoffer Maximil. Honor. Med. Doct. IV. 247.
- Zoltan Ios. Med. Doct. Vita et Opera. I. 207.

*Errata Operarum prius corrige,
quam legas.*

| Pag. | Lin. | |
|------|------|--|
| 5. | 5. | Italiae originis. <i>lege</i> : Italicae originis. |
| 8. | 6. | <i>et alibi passim locis innumeris, absque punctis diaereseos</i> : Poeta, Poefis, Michael, aer, coemere, cacoethes, etc. <i>lege</i> Poëta, Poefis, Michael, aër, coemere, cachoëtes. |
| 12. | 31. | Sigisdimun Imp. <i>I.</i> Sigismundi Imp. |
| 20. | 21. | Theomista. <i>I.</i> Theomyta. |
| 21. | 25. | הגתורים. <i>I.</i> הגתורים. |
| 29. | 19. | Batthani. <i>I.</i> Battyani. |
| 31. | 12. | <i>et alibi</i> . Naeonesi. <i>I.</i> Neonesi. |
| 35. | 19. | Alexandro Ros sumtus impendente. <i>supple</i> : Alexandro Ros operam non nisi collocante, Ecclesia vero Debrecinensi sumtus impendente. |
| 37. | 30. | Andrea Forkos. <i>I.</i> Andrea Torkos. |
| 40. | 28. | fundata. <i>I.</i> fundata. |
| 42. | 31. | Schrandtner. <i>I.</i> Schwandtner. |
| 48. | 19. | Memorabilibus Comitatus Liptouienfibus. <i>I.</i> — Liptouienfis. |
| 51. | 15. | Szibethensibus. <i>I.</i> Libethensibus. |
| 65. | 17. | praetiosos. <i>I.</i> pretiosos. |
| 67. | 23. | heredis. <i>I.</i> heredio. |
| 68. | 16. | dictis. Albae. <i>I.</i> dictis Albae. |
| — | 17. | editis. Libr. <i>I.</i> editis Libr. |
| 69. | 2. | phylliras. <i>I.</i> philyras. |
| 70. | 7. | donatas. <i>I.</i> donata. |
| 74. | 6. | εσειται. <i>I.</i> εσειται. |
| 94. | 3. | saturatiare. <i>I.</i> saturatiore. |
| 97. | 11. | νοκί. <i>I.</i> κίκί. |

E R R A T A.

- Pag. Lin.**
104. 23. viellicorum, *l.* villicorum.
119. 29. in Consuentu Benedicti. *l.* in Conuentu
S. Benedicti.
120. 27. Ignatius Batatyni, *l.* — Battyani.
123. 27. roto sole, *l.* orto sole.
125. 19. ipsam quoqtaur vim, *l.* ipsam quoque
vitam.
126. 30. scatuientes, *l.* scaturientes.
130. 26. traduntur vitae. *supple* traduntur genera-
lia vitae.
143. 13. St. Magy. *l.* Steph. Nagy.
150. 30. expugnaret. *l.* expilaret.
161. 8. De Medicinae. *l.* De Medicina.
168. 10. hominis. *l.* nominis.
169. 16. Valentino Georgio. *l.* Valentino Gorgio.
172. 20. Nicolai de Parelli. *l.* Nicolai de Garelli.
174. 18. coemeterii institutione. *l.* — visitatione.
176. 15. effosis Wampyrorum. *l.* effosis Waumpy-
rorum.
- 20. 25. Cruzium, Alkrichium, Patabium.
l. Csuzium, Albrichium, Patakium.
178. 26. ab Erndselio. *l.* ab Erndtelio.
179. 4. de morbo Viennensis, *l.* de morbo Vien-
nensi.
182. 3. verni aeris, *l.* verni aëris.
- 20., Parelli Praeparatis. *l.* Garelli —
186. 10. enunciata. *l.* annunciata.
188. 5. prouent. *l.* prouenit.
191. 23. calor temperatus. *l.* calor temperatur.
193. 19. hydronici *l.* hydropici.
- 26. turgescunt. *l.* turgescens.

E R R A T A.

- Pag. Lin.
193. 28. putridi calidus. *l.* putridi halitus.
196. 6 Sedani. *l.* Gedani.
201. 30. STEPHANVM Pap Fogarasi. *l.* IOSEPHVM —.
205. 30. prelo ubiecta. *l.* prelo subiecta.
209. 26. ידועה נפץ *l.* ידועה נפץ *dageschatum.*
210. 12. 13. 14 En iam ipsum quoque Numismatis Icona delineatum. *l.* En iam ipsam quoque Numismatis Icona delineatam. Reliqua intermedia verba inscio Auctore clam inconsulte intrusa deleantur.
220. 20. libere exanimat. *l.* libere examinat.
224. 4. ipsam Sigismundum. *l.* ipsum Sigismundum.
228. 23. Augustissimum Regis Consiliarium, *l.* Augustissimi Regis Consiliarium.
229. 11. aleae fortunae. *l.* ollae fortunae.
230. 1. ex soluto aere. *l.* exsoluto aere.
- 14. deliniauimus. *l.* delineauimus.
237. 26. שמים. *l.* שמים.
- 27. שמים. *l.* שמים.
238. 3. 20. שמים. *l.* שמים.
242. 32. anno 1730. *l.* anno 1630
243. 8. presbiter. *l.* presbyter.
246. 16. reluxarunt. *l.* relaxarunt.
- 20. ira Dei ingentem vestram. *l.* in gentem.
250. 24. aethero polo. *l.* aethereo polo.
251. 16. elegiaco carmine. *l.* elegiaco carmine.
252. 8. Rex aduenta! *l.* Rex aduentat!
257. 9. exsequiorum die. *l.* exsequiarum die.
260. 11. anno indicatæ. *l.* anno indicato.
268. 17. singularum Medicorum, *l.* singulorum Medicorum,

- Pag. Lin.
275. 26. Krandi. *l.* Kraudi.
279. 22. splendori consultarum. *l.* splendori consulturum.
282. 16. Ticini. *l.* Ficini.
289. 18. rediesit. Opus. *l.* redierit, Opus.
306. 17. Conuersionem traductum. *l.* traductam.
- 31. Libellum publicandam. *l.* Libellum publicandum.
310. 20. enumerantur. *l.* enumerarunt.
311. 11. Phylosophus. *l.* Philosophus.
- 18. Symon. *l.* Simon.
313. 11. Fuerunt quippe. *l.* quoque.
335. 21. vniuersus ordines. *l.* vniuersos ordines.
338. 12. paullo anta. *l.* paullo antea.
340. 9. Paullus Söth. *l.* Söthi.
343. 27. filias compulsus. *l.* compulfas.
347. 4. alumni. Ad Contzen. *l.* alumni: Adamus Contzen.
355. 12. scomatibus. *l.* scommatibus.
364. 24. Superattendens electus an. 1657. *del.*
365. 32. post Paullus Czegledi *adde* Ios. Nánasi.
374. 32. anno 1730. *l.* an. 1630.
375. 9 an. 1752. *l.* an. 1572.
376. 35. Geor. Professor. *l.* Geograph. Professor.
377. 17. censum soluit annum. *l.* annum.
- 31. turbaretu. *l.* turbaretur.
384. 36. paedago. *l.* paedagogo.
385. 2. 9. 15. 35. ex ae. latius. factae. potur.
l. ex ea. altius. factae. potuit.
387. 12. Ioanni, Schwartzentaller. *l.* Ioannes —.
388. 23. Secretariis. *l.* Sectariis.

E R R A T A.

- Pag. Lin.
389. 6. 7. 19. 20. eundem, factionis. Stipant
examinares. inexpertes. *l.* eundem factionis.
stipant, examinaret. inexpertes.
391. 15. Anno 1594. *l.* Anno 1564.
393. 6. Michaël Spitalē. *l.* Spitaler.
409. 26. 27. publico auctoritate praemunitur. *l.*
publica auctoritate praemunitus.
- 28. *post* compellat *adde* Andream I. aequē S.
Ladisl. Decret. Libr. I. cap. 37. vt et Gey-
sam a B. Mauro, et aliis plures Reges no-
stros passim Christianissimos adpellatos legimus.
416. 11. PONTAMO. *l.* POTAMO.
419. 6. SOBriazue mente. *l.* SOBriauē mente.
420. 12. ἐπιμαί *l.* ἐρύομαι.
- 22. חנני *l.* חנני.
421. 4. Iuliae Dominae. *l.* Iuliae Domnae.
424. 21. Numophilacii. *l.* Numophylacii.
429. 3. 16. *post* in vico *adde* Harkats dicto. Pessi-
num. *l.* Pessinam.
434. 24. perplexe. *l.* perbelle.
437. 9. filerae. *l.* philyrae.
443. 12. in pancto cognitionis. *l.* in puncto.
449. 8. Lapis Inscriptionem. *l.* Lapidis Inscriptionem.
- 10. *post* referri *adde* debere.
451. 4. Bregetlane. *l.* Bregetione.
- 11. 18. dominus, Saucius. mira. *l.* dominus
Saucius. mire.
452. 3. adferto. *l.* adfuto.
457. 13. Hydrophilacium. *l.* Hydrophylacium.
462. 19. fecisse. *l.* fuisse.
464. 17. Samueli. *l.* Samuele.

E R R A T A.

- Pag. Lin.
473. 12. aepellauiffe. *l.* adpellauiffe.
475. 3. scientia indutos. *l.* scientia inclutos.
476. 7. Criptae. *l.* Cryptae.
480. 4. Keresztes. *l.* Keresztefi.
- 18. aeri inoifa haec numismata. Vtinam vero
 Typographus, vt pollicitus est, aeri, et
 non ligno incidenda, et quidem maiori cum
 accuratione, curasset, fidem datam libera-
 turus.
- 29. Stephanus vter? Fig. M. Varadensis. Fig.
supple Stephanus, vter? Fig. η. M. Vara-
 densis. Fig. θ.
486. 2. *post* Keresztesio *dele* ad cupream eruditionis
 et morum aetatem relegando.
- 15. Georgio, Lib. Baroni. *l.* Georgio Lib.
 Barone.
491. 6. 25. 28. Tetzö. Abbati S. Germain. con-
 stumae. *l.* Tetsö. Abbati S. Germani. cou-
 stumae.
489. 10. *post* Vrbs Debrecina domi *adde* faceffant
 ad malam crucem Rabbatiniani cum reliquo
 carmine, *Libertatis* et *Geometriae*. simula-
 cris subscripto, quum fellis et indignationis
 id omne plenum fit, indignum omnino ratus
 iam ex Aduersariis depromere.
493. 21. *post* crux simplex *adde* Archiepiscopis prae-
 ferri solita.
499. 6. Academiae exhibuiffet. *l.* Academia —
500. 29. *de* p'aelaro consilio. *l.* de pra c'aro consilio.
 Reliqua operarum vicia, quae plura sunt, Lector
 beneuolus pro aequanimitate sua corrigat.

Noluit Typographus ultimam hanc paginam relinquere vacuum, placuit itaque eidem acutissimorum Censurum Berolinensium Iudicium, de secundo Biographiæ huius Tomo in Ephemeridibus suis Litterariis *Allgemeine Deutsche Bibliothek* inscriptis publicatum, loco hoc supremo adnectere, quod Appendice Ima Volumini XXXVI subiecta, hunc in modum legitur pag. 620. seq.

Gewiß hat der Verfasser zur Vaterländischen Litterärsgeschichte viel beygetragen, und ist in Ungarn ohngefähr das, was Hamburg in Deutschland ist; es ist auch der große Fleiß des Verfassers, alles in sein Fach gehörendes zu sammeln, sehr sichtbar ——— Einige seiner Helden sind blos Verfasser von Dissertationen, oder gar von noch ungedruckten Manuscripten. Sonst hat der Verfasser die wichtigsten Bücher auf seinem Wege zu Rathe gezogen, selbst Manuscripte einige seiner Gekrönten, verdienen auch wirklich das Monument, das er ihnen errichtet. Ueberhaupt enthält dieser Theil 50. Lebensbeschreibungen; aber fast kommt es uns vor, als wenn es Hrn. Bekpremi schwer geworden, eben diese Anzahl voll zu kriegen. Jesseni oder Jessenius, Jakob de Placentia, Wipacher, Monavius, sind ohne Zweifel diejenigen, welche den Leser am meisten interessieren werden ——— Albrich,
sein

sein merkwürdiges Mijt. von der Kronstädtischen Pest haben Chenot und andere genutzt. Diese Pest raffte der Stadt Debresin allein über 8700 Menschen weg, wüthete im October am grausamsten, rief in demselben Monate allein 3493. Menschen auf, und tödtete an einem einzigen Tage 164. Gelegenheitlich findet der Leser S. 41. eine weitläufige Nachricht vom Ungarischen Balsame und dessen Erfinder, Oleum Libani, Leinbaumbbl. Seit van Swietens Traktate von Vampyren 1755. sey man hierüber sowohl, als über die Hexenhistorchen in Ungarn weg. S. 46. Wir gestehen, daß wir den *Abaris* und *Anarcharis*, wovon Herr *Befremi* vieles beybringt, hier nicht würden gesucht haben.



ad Pag. 202.



ad Pag. 207.



ad Pag. 203.



ad Pag. 207.



ad Pag. 205.



ad Pag. 209.





ad Pag. 211.

Nro 10.

Ar.



ad Pag. 437.

et

441. 442



AVR.

J. W. Engelmann 63



4



